ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS IX - VOLUMEN IX

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXVII

Annus IX - Vol. IX Die 10 Ianuarii 1917 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AOTA BENEDICTI PP, XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CONSOCIATIO CLERI CONSORTIALIS IN CIVITATE BONONIENSI INDULGENTIIS IN PERPETUUM DITATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Compertum Nobis est exploratumque in civitate Bononiensi canonice erectam exstare Congregationem cleri Consortialis quatuor urbis regionum, eamdemque a Decessoribus Nostris Pio PP. IX et Leone' PP. XIÍI rec. me. nonnullis fuisse indulgentiis ac spiritualibus gratiis ad tempus ditatam. Nunc vero cum praefinitum enunciatarum concessionum spatium effluxerit, et dilectus filius Augustus Lanzarini sacerdos, cleri Prior, enixis Nos precibus flagitaverit, ut dictas indulgentias innovare, sive de integro, perpetuumque in modum, largiri dignemur: Nos, ut benemerenti,clero Bononiensi singulare sit Nostrae voluntatis pignus, votis his annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus. Quae cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis Sacerdotibus memoratam in Congregationem cleri Consortialis Bononiensis nunc et in posterum rite adlectis, sive adlegendis, qui, vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, quotannis, sollemnitate Assumptionis Deiparae* Virginis Mariae, praecipuae coelestis eiusdem Societatis Patronae, Metropolitanum Bononiense templum a medietate diei praecedentis ad occasum usque solis dicti diei festi,

devote visitent, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam; iisdemque sociis dictae Congregationis nunc et in posterum pariter exsistentibus, quoties Consortiis intersint, et admissorum pariter confessione expiati ac coelestibus epulis refecti, ecclesiam in qua defunctis suffragia rite feruntur celebrent, ut supra preces fundentes, et ad mentem Romani Pontificis addant semel recitationem Orationis Dominicae, Salutationis Angelicae ac Trisagii, similiter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Denique iisdem sodalibus praesentibus et futuris enunciatae Congregationis Consortialis cleri, qua vice devote et contrito saltem corde, consuetisque precibus effusis, processiones de licentia Ordinarii habendas comitati sint, vel iuxta Societatis tabulas aliud quodvis pietatis sive caritatis opus exerceant, de numero poenalium in forma Ecclesiae solita septem annos totidemque quadragenas expungimus. Porro largimur sociis ipsis liceat, si malint, plenariis his ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud S Petrum, 'sub annulo Piscatoris, die x decembris **MCMXVI**, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

ECCLESIA S. ANTONII ABBATIS, NEAPOLI, AD SACRUM MILITAREM ORDINEM CONSTANTINIANUM RESTITUITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Quum anno MDCCCLXIII per similes Litteras Apostolicas die xxv septembris Piscatoris annulo obsignatas ecclesia titulo S. Antonii Abbatis, Neapoli, quae pertinebat ad Sacrum Militarem Ordinem Constantinianum, subiecta fuit iurisdictioni ordinariae Archiepiscopi Neapolitani pro tempore, rec. me. Pius PP. IX statuit et cavit, ut provisoria ratione id vigeret, donec aliter per Ipsum vel per Sanctam Sedem provideretur. Nunc vero, cum post nominationem dilecti filii Praesulis Ioannis de Sangro di Casacalenda in Magnum Priorem Ordinis Constantiniani, annuente ac probante hac S. Sede, factam

sub die III mensis decembris anni superioris MCMXV, opportunum Nobis visum sit, ut ecclesia ipsa, cum illi adnexa animarum cura, enunciato Ordini restituatur, Nos, haec quae infrascripta sunt, decernimus ac mandamus. Nimirum de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, quae per superenunciatas Litteras Apostolicas statuta fuerunt, revocantes atque obsoleta decernentes, dicto Magno Priori Ioanni de Sangro, illiusque in munere successoribus, beneficium Abatiale cum cura animarum S. Antonii Abbatis, Neapoli, cum omnibus et singulis iuribus et praerogativis illi adnexis, eadem Nostra Apostolica Auctoritate, tenore praesentium, conferimus. Verum praecipimus, ut m exercitatione curae animarum ipse Magnus Prior subiectus iugiter sit Ordinario Neapolitano, eodem modo eademque forma qua subiiciuntur Ordinariis paroeciae in ecclesiis Regularium erectae; itemque ut Equités Ordinis Constantiniani, praesertim si ecclesiastici, iugiter obnoxii sint proprii Ordinarii iurisdictioni, praeter quam in rebus quae stricto sensu ad Ordinem memoratum pertineant. Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere : illisque ad quos pertinent, sive (pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse et[j definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Sanctionibus Apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xin decembris MGMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

TEMPLUM S. IOANNIS DE DEO, QUOD GRANATAE EXSTAT, TITULO BASILICAE MINORIS COHONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat Granatae praenobile templum sub titulo S. Ioannis de Deo, quod medio saeculo xvin renovatis artis operibus magnificentius conditum fuit. Sacra illa aedes conspicienda est

vel ipsa mole, quae fronte eximia, geminisque turribus et augusta testudine cohonestatur. Interius autem nitet auro, marmore nec non affabre pictis sculptisque sanctorum imaginibus et simulacris, quae parietes, sacella et plura templi altaria pulcherrime exornant. Regulari familiae ex Ordine S. Ioannis de Deo, in domo contigua commoranti, tum divini cultus decus, tum cetera sacra munia concredita sunt, quibus duodecim ex eodem Ordine fratres assidue naviterque perfunguntur. Templum di vite ac copiosa supellectile refertum est, ibique plurimae coelitum sanctorum reliquiae in urnis ac pretiosis thecis religiose asservantur. Potissimum vero in altari principe sacrae divi Ioannis de Deo exuviae, argentea capsa praegrandi reconditae, coluntur. Praeter indulgentias, quibus totius enunciati Ordinis fruuntur ecclesiae, templum hoc Granatense, utpote aggregatum Archibasilicae Lateranensi, iisdem spirituatualibus potitur bonis, queis eadem abundat omnium Ecclesiarum Mater et Caput. Haec animo repetentes dilectus filius Fridericus Rubio Alvarez, Provinciae Hispanae, Mexicanae, Lusitanae Ordinis S. Ioannis de Deo praepositus, Nos enixis precibus flagitavit, ut Granatense templum, Deo in honorem suimet Ordinis Fundatoris dicatum, titulo ac Basilicae dignitate decorare dignemur. Nos autem, inspecto commendationis officio Archiepiscopi Granatensium, auditisque V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sacris tuendis Ritibus praepositis, templum Granatense S. Ioannis de Deo Confessoris, Apostolica Auctoritate Nostra, praesentium vi perpetuumque in modum, simplici Basilicae titulo cohonestamus, cum privilegio deferendi tintinnabulum et conopaeum, cui eiusdem ecclesiae stemma (non tamen auro vel argento ornatum) addere liceat. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive poterunt pertinere, nunc et in posterum plenissime suffragari: sicque rite iudicandum ac definiendum esse, irritumque et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xx decembris MGMxvi, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. EMMANUELEM BAILLY, MAGISTRUM GENERALEM ORDINIS AUGUSTINIANI A B. V. MARIA SIDERIBUS RECEPTA'. OB PLURA ET PRAECLARA MERITA SOCIETATIS « DE NOTRE-DAME DE SALUT » GRATULATUR, QUAM IDEM ORDO CONDIDIT ATQUE ETIAM NUNC NAVITER MODERATUR.

Cher Fils,

Votre touchante supplique Nous a rappelé les bienfaits accomplis par l'Association de Notre-Dame de Salut, fondée et dirigée par les Membres de Votre Congrégation, enrichie de précieuses faveurs spirituelles par Nos Prédécesseurs de sainte mémoire, les Papes Pie IX, Léon XIII et Pie X. Groupés sous la belle devise évangélique: « Adveniat regnum tuum », les Membres de l'Association, si attachés à l'Eglise, si affectionnés au Vicaire de Jésus-Christ, se distinguent par leur foi agissante et leur apostolat infatigable, en accomplissant les oeuvres de religion et de charité pour le salut d'un grand nombre d'âmes.

En présence des féconds résultats obtenus, sous des formes variées, il Nous plaît de vous exprimer toute Notre satisfaction. En même temps Nous faisons des voeux ardents pour que, suivant l'impulsion donnée par votre Congrégation, les foules se remettent en marche, le plus tôt qu'il sera possible, pour implorer les secours d'En-haut dans les lieux où Dieu manifeste particulièrement sa puissance et répand l'abondance de ses grâces.

Pendant que les tragiques événements qui ensanglantent l'Europe mettent obstacle à cette pieuse entreprise et aux autres œuvres, qui, aux temps ordinaires, sont propres de votre Institut, il Nous est très doux de féliciter l'Association de Notre-Dame de Salut d'avoir porté l'effort de son zèle vers l'œuvre des messes, des chapelles et des autels portatifs et d'avoir pu, à l'aide de généreuses aumônes, assurer dans les armées et sur les champs de bataille, la célébration du Saint Sacrifice de la messe à tant de prêtres et la distribution de la Sainte Communion à tant de fidèles.

C'est pourquoi, désireux d'encourager les Membres de l'Association et ses Directeurs, ainsi que tous les Bienfaiteurs de ses œuvres, Nous leur octroyons, avec l'effusion de Notre cœur, la bénédiction aposto-

lique, gage des faveurs célestes et témoignage de Notre paternelle bienveillance.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 24 mai 1916, en la seconde année de Notre Pontificat.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD IACOBUM CARD. GIBBONS, ARCHIEPISCOPUM BALTIMORENSEM, OPERAM COMMENDANS COMITATUS AD ADIUVANDOS MISEROS BELGARUM PUEROS INSTITUTI, DECEM MILLIA LIBELLARUM PRO EISDEM MITTIT.

Signor Cardinale,

Pietà profonda di padre stringeva, ancora una volta, il cuor Nostro nel leggere - in una importante lettera, testé inviataci dall'egregio signor Presidente del benemerito Comitato di soccorso al Belgio - descritta a rapidi tratti, ma con l'evidenza della più terribile realtà, la compassionevole situazione di numerosi fanciulli belgi che, durante due tristi anni, soffrono per mancanza di nutrimento adatto a sostenerne le tenere esistenze sul primo germoglio stesso della vita. Con accenti di angoscia, il sullodato signor Presidente Ci ha rappresentato tante famiglie desolate che, dopo aver dato tutto quanto era umanamente possibile dare, non hanno più nulla onde sfamare i loro nati; Ci ha fatto passare, quasi dinanzi agli occhi velati di pianto, le lunghe file, sempre crescenti, di bambini in attesa della quotidiana distribuzione del pane; piccoli infelici, le cui membra, assottigliate dalla denutrizione, recano non di rado l'impronta di esiziali malattie, che dalla denutrizione stessa ripetono l'origine. Ci riferiva egli bensì come, a scongiurar tanto male, il Comitato, dando prova del suo miglior volere nè perdonando a sacrifizi, abbia organizzato la distribuzione ai fanciulli di un pasto supplementare al giorno; ma aggiungeva con dolore che, per insufficienza di mezzi, il Comitato medesimo non trovasi in grado di apprestare siffatto soccorso a tutti i bambini che ne abbisognano.

Nel desiderio di provvedere tali mezzi, il degno Presidente volgeva il pensiero ed il cuore ai milioni di fanciulli della sua felice e nobile America, che, nell'abbondanza che li circonda, qualora avessero avuto una idea esatta della sventurata condizione dei piccoli loro coetanei del Belgio, e specialmente se fosse ad essi giunta una Nostra parola esor-

tatrice, non avrebbero esitato un momento a concorrere, secondo un piano prestabilito, nel sollevarla.

Ora, tutto ciò considerato*, Noi così umanitaria e santa reputiamo l'opera indicataci che, aderendo senza indugio all'espresso desiderio di chi dirige il Comitato, siam venuti nella determinazione di segnalarla e raccomandarla, come facciamo con la presente, a Lei, signor Cardinale, e per suo mezzo agli illustri Membri di cotesto venerando Episcopato, al Clero, ad ogni persona di cuore e particolarmente a quei fanciulli dell'America, sui quali si fa riposare ogni speranza di successo del piano escogitato a quel pietoso fine dalla stessa benefica Istituzione. Nè dubitiamo, per verità, anche Noi che ì felici figli di America, senza distinzione di fede o di classe, gareggino, nel loro innocente orgoglio, all'approssimarsi di un inverno che si annuncia ancor più crudo e penoso dei due precedenti, in porgere ai poveri fratellini della Nazione Belga, pur attraverso l'immensità dell'oceano, la mano soccorritrice e l'obolo di quella carità che non conosce distanze.

Le parole del Redentore Divino : « Ogni volta che avete fatto qual« che cosa per uno dei più piccoli di questi miei fratelli, l'avete fatta « a me » (S. Matteo, XXV, 40), così acconciamente ricordate in tale circostanza, sono arra sicura del gradimento e premio celeste; mentre Noi sentiamo altresì quanto, in questo periodo di atroce lotta fratricida, nobiliti, agli occhi stessi del mondo, i popoli delle terre più fortunate il far opera di verace bene ed amore ed il versare un po' di balsamo sulle ferite.

Sicuri che Ella, da tutti, secondo le forze, efficacemente coadiuvato, farà quanto è in suo potere per favorire la suesposta iniziativa, Noi, a contrassegno dell'amoroso interesse che abbiamo per la buona riuscita di essa, Le inviamo la qui unita contribuzione Nostra di lire diecimila ; la quale offerta, se è impari al bisogno ed apparisce tenue in se stessa, non è peraltro tale, se si considerino le condizioni di questa Sede Apostolica nell'attuale triste momento.

Nel tempo stesso, particolarmente lieti di rappresentare sulla terra quel Gesù che fu il divino Amico dei pargoli, invochiamo ben di cuore su quanti asseconderanno la nobile e delicata impresa, la pienezza delle grazie e ricompense celesti; delle quali è pegno l'apostolica benedizione che a Lei, signor Cardinale, agli altri due suoi Colleghi nel S. Collegio, ai Vescovi, al Clero ed ai fedeli tutti di cotesti Stati con specialissimo affetto impartiamo.

Dal Vaticano, il 28 ottobre 1916.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD ANTONIUM CARD. MENDBS BELLO, PATRIARCHAM LISBONENSEM, CETEROSQUE LUSITANIAE ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS, DE COMMUNIBUS LITTERIS OBSEQUII PLENIS, GRATIAS AGENS.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Scribendi ad vos, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, opportunitate libenter utimur, quam Nobis praebent communes vestrae litterae. Eas dedistis in annuo conventu congregati, scilicet ut testata simul ab omnibus pietas, uberior Nobis iucundiorque accideret. Accidit sane iucundissima, hac praesertim de caussa, quod commendationem habet a pastorali diligentia ac sollertia vestra. Vidimus enim argumenta quae exercuerunt consilia vestra; eaque digna plane ducimus in quibus, nunc cum maxime, episcoporum elaboret industria. Ut cetera praetereamus, decrevisse vos scribitis operam dare fovendae firraandaeque inter catholicos animorum coniunctioni. Hanc enimvero clamant tempora, ac vehementer clamant. Sed opus est consilio. Quod enim facile est pervidere, nulla consistere ac vigere concordia potest, disciplina neglecta. Huc igitur conferendae potissimum curae, ut qui catholicis consociationibus dant nomen - haec enim invexit aetas ad rem subsidia - non hoc uno contenti sint, sed officia religiose persequantur proposito consentanea, sentiantque in primis se ad novam quandam vocari militiam, quam sequi necesse est iis ducibus, qui in Ecclesia cum potestate praesunt, et comite fidei professione nihil timida.

Nos interea ex susceptis laboribus ut uberrimos percipiatis fructus, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae apostolicam benedictionem vobis omnibus, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, clero populoque unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvn decembris MCMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV .

ACTA SS. CONGREGATIONUM

CONGREGATIONUM
ACTA

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DEGRETUM

CIRCA MATRIMONIA MIXTA NULLA EX CAPITE CLANDESTINITATIS

Ordinarius Dioecesis N., obtenta iam facultate sanandi in radice matrimonia mixta, nulla ex capite clandestinitatis quia non celebrata ad normam Decreti *Ne temere,* quando pars acatholica renuit se sistere coram parocho catholico, quaerit nunc:

1) Utrum quando pars acatholica non renuit se sistere coram parocho catholico, renuit tamen omnino praestare debitas cautiones, providendum sit per dispensationem et renovationem consensus coram parocho catholico passive se habente, vel potius per sanationem in radice: et quatenus providendum sit per sanationem in radice

2) Utrum facultas sanandi in radice in hoc secundo casu comprehensa censenda sit necne in facultate iam obtenta sanandi in radice matrimonia mixta, nulla ex capite clandestinitatis, vel

3) Utrum peti debeat an non nova facultas a S. Sede.

In plenario conventu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii habito feria iv, die 20 nov. 1912, propositis suprascriptis dubiis, Emi ac Rmi Dñi Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, omnibus mature perpensis, respondendum decreverunt:

Ad 1um *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad 2um Non comprehendi.

Ad 3um Provisum in secundo. Et supplicandum SSmo ut sanare dignetur in radice matrimonia ex hoc capite nulla quae usque adhuc invalide ab Episcopis sanata fuerint.

Et sequenti feria v, die 21 eiusdem mensis, SSmus D. N. D. Pius divina providentia PP. X in solita audientia R. P. D. Adsessori eiusdem Supremae Sacrae Congregationis impertita Emorum Patrum resolutionem benigne adprobare et confirmare et sanationem in radice matri-

moniorum quae ex hoc capite nulla usque adhuc invalide ab Episcop s forte sanata fuerint largire dignatus est.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 22 decembris 1916.

Aloisius Castellano, *S. B. et U. 1. Notarius.*

SACEA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

DE CONSTITUTIONE VICARII GENERALIS IN CIVITATE S. STEPHANI, DIOECESIS LUGDUNENSIS.

Cum, vacante Metropolitana Sede Lugdunensi, nonnulli fideles civitatis S. Stephani denuo et enixe postulassent, ut pro faciliori fidelium regimine proque suae civitatis decore propria episcopalis cathedra inibi erigeretur, die 29 iulii curr. an. haec quaestio in plenario S. Congregationis Consistorialis Conventu iterum examini subiecta est. Sed, cum multa nec parvi momenti argumenta dissuadèrent Lugdunensem dioecesim in duas partes dividere, aliunde vero visum esset aliquid concedi posse, quo iusta fidelium illius civitatis desideria, quantum fas esset, explerentur, et hac ratione quaestio de divisione tolleretur, nec ultro discutienda veniret, SSmus D. N. Benedictus PP. XV, votis inhaerens ab Emis S. Congr. Consistorialis Patribus expressis, antequam metropolitanam Sedem de suo Pastore pro videret, ea quae sequuntur statuit ac decrevit:

1. Unus ex Vicariis Generalibus Revmi Archiepiscopi Lugdunensis pro tempore stabiliter in posterum residere debebit in civitate S. Stephani, ibique pro civitate et pro locis illius civilis provinciae a Sede Lugdunensi remotioribus, quae idem Revmus Archiepiscopus suo decreto designabit, munera sui officii explebit.

2. Vicarius hic consiliis episcopalibus Lugduni semel saltem in hebdomada habendis, interesse debebit, ut regiminis unitas sarta tectaque undequaque servetur.

3 Ut Confirmationis sacramentum administrare et pontificalia ad "divini cultus splendorem, praesertim in civitate S. Stephani, peragere valeat, idem Vicarius regulariter episcopali charactere decorabitür. Quam ob causam idem Revmus Archiepiscopus, antequam aliquem sacerdotem ad officium Vicarii Generalis in civitate S. Stephani eligat, rem conferat cum Apostolica Sede. " '

4. Vacante Sede Archiepiscopali, Vicarius in civitate S. Stephani residens, in suo munere perseverabit, dependenter tamen, ad tramitem iuris, a Vicario Capitulari Lugdunensi.

Praesentibus valituris, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 30 octobris 1916.

£g G. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. ffi S.

I. Baptista Rosa, *Substitutus.*

II

AD REV.MOS ITALIAE ORDINARIOS

DE ORDINATIONE CLERICORUM MILITARE SERVITIUM OBEUNTIUM

Ut ius certum omnibusque perspicuum statuatur circa ordinationem clericorum, qui, bello hoc perdurante, militare coacti sunt, SSmus D. N. Benedictus PP. XV, de consulto peculiaris coetus-S. R. E. Cardinalium, declaravit et statuit:

1) Vetitum omnino esto, gravissimis de causis, quemlibet clericum, qui militaria stipendia faciat, vel ad militiam mox vocaturus praevideatur, etsi aliunde dignum et idoneum, ad sacrum subdiaconatus ordinem promovere; et super huius prohibitionis observantia omnium, ad quos spectat, conscientia graviter oneretur;

2) quod vero attinet ad ulteriorem ordinationem eorum qui in sacris iam sint constituti, si in eisdem ut supra adiunctis versentur, recurrendum est ad respectivas Sacras Congregationes, quae in casibus singulis, necessitate aut alia gravissima causa intercedente eaque comprobata, legitimo insuper studiorum cursu ab ordinando emenso et proprio Dioecesis aut Religionis Ordinario postulante, opportune providebunt; semper tamen sub conditione ut candidatus congruum temporis spatium

obtinere queat, quo per spiritualem recollectionem ad sacram ordinationem digne se disponere valeat;

3) hisce omnibus servatis, ad petitionem Ordinarii loci aut Religionis qui ordinandi sit proprius, fas esto Ordinario Castrensi clerico, ratione militiae sibi subdito, testimoniales litteras elargiri.

Haec porro SSmus D. N. publici iuris fieri et ab omnibus ad quos pertinet servari iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Sacra autem Congregatio, praesentis Decreti publicatione usa, universos sacrorum per Italiam Antistites monet ac vehementer hortatur ut clericos, qui ad militiam vocati sunt vel erunt, diligentissima sollicitudine ac vigilantia prosequantur iuxta Litteras circulares a se datas die 16 iunii 1916.

Datum Romae, ex S. Congr. Consistoriali, die 2 ianuarii 1917.

✠ C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

L. ✠ S.

✠ V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sacrae Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

16 decembris 1916. — Cathedrali ecclesiae Bosanensi praefecit R. P. Angelicum Zanetti, Commissarium Provincialem Ordinis Fratrum Minorum in Sardinia.

18 decembris. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Heracliensi R. D. Sebastianum Nicotra, Nuntium Apostolicum in Republica Chilena.

25 decembris. — Titulari episcopali ecclesiae Sidoniensi R. D. Iosephum D'Alessio, parochum ecclesiae cathedralis Neapolitanae, cum deputatione in Auxiliarem Emi Cardinalis Archiepiscopi Neapolitani.

2 ianuarii 1917. — Cathedrali ecclesiae Constantinianae R. D. Franciscum Bessière, parochum loci *Sidi-bel-Äbbes* in dioecesi Oranensi.

5 ianuarii. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Ephesinae R. D. Laurentium Lauri, Internuntium Apostolicum in Republica Peruviana.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS H***

ABSOLUTIONIS ET CONDONATIONIS MISSARUM.

Die 20 novembris 1915

Species facti. - Ad hanc S. Concilii Congregationem datis reverenter litteris, exponebat Episcopus H..., N. N., eius dioecesis parochum, morte correptum fuisse, antequam res suas apto ordine disponere valuisset. Inter cetera compertum, parochum hunc quemdam Missarum manualium numerum adhuc persolvendum reliquisse, quarum stipendia omnino consumpserat. Quum autem, teste Episcopo, nullus esset defuncti sacerdotis superstes heres nullaque hereditas nisi debitorum, ac propterea deesset quicumque *iustitiae* titulo obligatus ad supplenda Missarum onera; quum etiam fieri non posset ut titulo *charitatis,* Curia episcopalis aut dioecesani sacerdotes huiusmodi onus in se susciperent, attenta Curiae et cleri paupertate, suppliciter idem Episcopus Beatissimum Patrem rogabat, ut dignaretur « super neglectas Missarum satisfactiones condonationem clementissime concedere ».

Animadversiones. - Qui super hac facti specie scripsit Consultor, censet quidem locum esse petitae condonationi eamque efficacem fore in supplendo de Ecclesiae thesauro iuxta mensuram divini beneplaciti, fructu Missarum non celebratarum; contendit tamen conditionem *sine qua non* petitae concessionis eam esse, ut aliquis christifidelis viator opus quoddam bonum, quamvis non proportionatum, ad hanc intentionem peragat; hoc autem bonum opus opportune constituetur - ex Consultoris sententia - etiam in unius Missae celebratione. Quapropter precibus Episcopi oratoris respondendum proponit iuxta hanc formulam: « Quatenus non desit sacerdos qui paratus sit ex charitate unam Missam « applicare pro oneribus a defuncto relictis, sacra Congregatio Concilii, «peracta illius celebratione, reliquarum Missarum defectum supplet « de thesauro Ecclesiae: secus nihil aliud superest, nisi ut *oretur pro « defuncto ».*

Huiusmodi conclusionem idem Consultor hisce rationum momentis fulcit.

In primis dubium non est posse a R. P. generatim Missarum condonationem concedi, quod dilucide ostendit, cum communi, Pasqualigo, *De Sacrif. Nov. legis,* II, q. 1151 ubi scribit: «Dicendum est, Summum « Pontificem posse supplere fructum plurium sacrificiorum per dispen- « sationem meritorum Christi, quae sunt in thesauro Ecclesiae. Pro quo « supponendum est tamquam certum, adesse in Ecclesia thesaurum in « quo recondita sunt merita et satisfactiones Christi, ut tradunt commu- « niter Theologi », quorum plurimos allegat, post S. Thom., *Suppl.,* q. 25, a. 1, « et desumitur ex Clem. VI in extrav. *Unigenitum,* de poenit. et « remis, ibi : *quem quidem thesaurum, non in sudario repositum, non in « agro absconditum, sed per Beatum Petrum coeli clavigerum eiusque suc- « cessores, suos in terris Vicarios, commissis fidelibus salubriter dispen- « sandum.* Hinc autem desumitur ratio : Fructus sacrificii consistit in « propitiatione, impetratione et satisfactione, ut constat ex Conc. Trid., « sess. XXII, can. 3, *de sacr. Miss.* Rursus sacrificium non causât hos « effectus seu fructus, nisi quatenus applicat virtutem et fructum sacri- « ficii Crucis, ut desumitur ex eodem Conc., sess. XXII, cap. 1, *de sacr. «Miss.* Cum ergo fructus sacrificii Missae consistat in applicatione vir- « tutis sacrificii Crucis, et possit Summus Pontifex hanc virtutem appli- « care, siquidem est reposita in thesauro Ecclesiae, cum sit fundata in « meritis et satisfactionibus Christi, et ipse sit dispensator eiusdem the- « sauri, poterit mediante applicatione virtutis sacrificii Crucis supplere « fructum plurium sacrificiorum ».

Stante hac doctrina, quod videlicet facta applicatione thesauri Ecclesiae per R. P., suppleatur *fructus* sacrificii Missae, etiam sequitur post eamdem factam applicationem relè vari ab onere celebrandi quicumque ad hoc tenebatur, dummodo Missae non fuerint institutae ob commoditatem populi, vel ob cultum Ecclesiae, vel ob aliquem huiusmodi finem, ita ut, quod principaliter intenditur non sit fructus sacrificii, sed ipsa actio celebrandi, quae suppleri non potest. Etenim, seclusa hac hypothesi, quum ordinario qui dant eleemosynam non intendant nisi fructum sacrificii, dum Pontifex supplet de thesauro Ecclesiae fructum Missarum, commendantes percipiunt aequalem fructum ceu perciperent si celebrarentur omnes Missae commendatae. « Ergo nullum « praeiudicium patiuntur, et obligatus celebrare censetur solvere totum « id, ad quod in favorem commendantium Missas se obligavit, non secus « ac si obligatus solvere decem áureos, solveret unam monetam quae « decem aureis aequipolleret » (Pasqualigo, 1. c, q. 1152).

Itaque absolutionis seu condonationis Missarum duplex considerari potest effectus, alter *immediatus,* in supplendo, per applicationem vir-

tutis sacrificii Crucis, quae in thesauro Ecclesiae praecipue spectatur et continetur, fructus celebrationis Missarum commendatarum ; alter *mediatas* (qui nempe per praecedentem obtinetur), in relevando sacerdotem oneratum ab ulteriori Obligatione conscientiae pro Missis nondum celebratis. Manifestum autem est hunc alterum effectum mediatum obtineri non posse, si sacerdos oneratus iam defunctus sit, quando de absolutione concedenda agitur; tunc enim iustum Dei iudicium cum eo completum est, nec potest anima illius iuvari nisi per modum suffragii: atque in hunc sensum saepius Apostolica Sedes petitionibus id genus rescribere consuevit: *Oretur pro defuncto.* Attamen alter effectus, seu immediatus, hac ipsa de causa quod ab altero non dependet, sed potius e converso, adhuc obtineri posse videtur, neque spernendus est, quum immo magni momenti sit, pias oblatorum intentiones, sive ad vivorum utilitatem sive ad defunctorum suffragium pertingant, non defraudan.

Quaerendum igitur, ait Consultor, sub qua conditione valeat R. P., thesauri Ecclesiae solus dispensator, illum reserare ut ex eo, urgente necessitate, suppleantur fructus omnes a commendantibus Missas intenti, quamvis sine actuali Missarum celebratione. Ad rem animadvertit huiusmodi gratiam condonationis, supplente Sanctitate Sua de Ecclesiae thesauro, esse in genere *indulgentiarum,* hac una posita differentia, quod in indulgentiis applicantur dumtaxat *satisfactiones* Christi ac Sanctorum, quarum virtute poena temporalis peccati remittitur, dum in condonatione Missarum applicatur *virtus* ipsa sacrificii Crucis, cum *fructibus* inde consequentibus (quatenus hominibus sunt applicabiles ac pro mensura divini beneplaciti), atque exinde supplentur fructus ex actuali Missarum celebratione percipiendi. Haec tamen differentia non impedit, iuxta Consultorem, quominus gratia condonationis iisdem subsit conditionibus, sub quibus fit indulgentiarum concessio; has vero'conditiones ex D. Thoma recenset, qui docet: « dicendum quod indulgentiae « simpliciter tantum valent quantum praedicantur, dummodo ex parte « dantis sit *auctoritas,* ex parte recipientis *charitas,* et ex parte causae *«pietas» (Suppl.,* q. XXV, art. 2). Communis autem doctrina est, pietatem ex parte causae id designare, quod intercedat ex parte illius, cui concessio fit, aliqua satisfactio, seu opus bonum sive meritorium, cui meritum satisfactionum Christi et Sanctorum applicari valeat: hinc est quod concessio indulgentiarum ordinario non fit, nisi iniuncto aliquo opere pio peragendo, ac etiam in indulgentiis quae *in articulo mortis* S. P. aliquando impertit, spectantur saltem opera bona quae moriturus in vita peregit. Hanc quoque *causam pietatis* - censet Consultor - similiter intercedere debere, ut gratiae condonationis Missarum locus

fiat; hoc est requiri putat, tamquam praeviam necessariam conditionem, ut aliquis christifidelis *maior* opus quoddam bonum peragat, seu ponat, cui applicari valeant merita et satisfactiones Christi quae sunt in thesauro Ecclesiae hominibus applicabilia, adeo ut fructus Sacrorum omissorum aequipollenter obtineri queat.

Hoc autem opus bonum, quum, prout patet ex dictis, non secus ac in ceteris indulgentiae formis sit tantummodo causa motiva, non effectiva, minime requiritur proportionatum ad condonationis effectum: ut praeclare docet Angelicus : « Non enim causa remissionis *effectiva* est «*vel devotio vel labor vel datum recipientis indulgentiam, aut causa « pro qua datur indulgentia; unde non oportet ad aliquid horum pro- « portionare quantitatem remissionis, sed ad merita Ecclesiae, quae « semper superabundant » *(Suppl.,* q. 25, art. 2 in corp.). Ac praeterea: « Causa *motiva* non requiritur ad hoc quod secundum eam mensurari « debeat remissio poenae, sed ad hoc quod intentio illorum, quorum « merita communicantur, ad istum pervenire possit » *(Suppl.,* q. 25, art. 2, ad 5). Hinc est, iuxta Consultorem, ut opus bonum quod necessario requiritur peragendum, quasi causa motiva petitae condonationis, qualiscumque fuerit numerus Missarum supplendarum, constitui possit vel in *una* Missa; per communicationem enim virtutis Sacrificii Crucis, quae est in thesauro Ecclesiae, augescet fractus huius Missae, ita ut pertingat ad valorem plurium quae neglectae fuerunt.

Hucusque votum Consultoris.

Ex officio, praxim S. C. quod spectat, recolebatur, post Lucidi, *De Visit. Ss. Liminum,* vol. II, § VIII, art. 5, n. 80 ss., hanc quoque S. C. C, etiamsi supremam a Summo Pontifice hac in re facultatem obtineat, in examine petitarum absolutionum missarum nonnullas pro constante disciplina normas adoptasse, quas idem scriptor, Lucidi, hisce complectitur: «Absolutio pro praeteritis omissionibus remissionem et con- « donationem praesefert a persolvendo eo, quod iure debetur. Iamvero « huiusmodi indulgentiam adhiberi vetant decreta *de celebr. Missar.,* « § 25, *insuper,* nisi ex rationabili causa seu aequa commiseratione. « Quin imo si quis, sub malitiosa vel irrationabili spe absolutionis huius- « modi consequendae Missarum celebrationem omittere praesumpserit, « diserte in iisdem decretis declaratur, hoc in casu, gratiam nullimode « suffragari, et huiusmodi spes, utpote irrationabilis et illicita, damnatur « ac reprobatur.

« Quapropter S. C. Concilii, tunc solum absolutionem pro praete- « ritis omissionibus impertiri consuevit, cum dilucide pateat absque « culpa Missas celebratas non fuisse, nec ceteroquin tantus supersit redi-

«tus, ut omissionibus praeteritis suppleri valeat...; namque bona fides « plurimum semper valuit, ut Missarum absolutio a S. G. concederetur. « Aliter vero sese gerit S. C. quandocumque constiterit, reditus adhuc « satis esse oneribus sustinendis, adeoque hoc in casu omissiones quam« primum suppleri praescribit.

« Quando vero S. G. absolutionem concedit, imponit semper salu« tare m aliquam poenitentiam, ac praesertim celebrandi certum Missa« rum numerum ».

Ex his vero colligitur, iniunctionem a S. G. fieri solitam in hisce absolutioni bus concedendis, esse potius in genere *poenitentiae,* quam in eodem censu, quo, in indulgentiarum concessione, haberi solet opus bonum a recipiente indulgentiam peragendum. Quin immo iuxta Benedictum XIV, *de syn. dioec,* 1. XIII, c. 15, ipsa Apostolica Sedes causam hanc pietatis, quatenus necessaria dicatur, in se suscepisse videtur, quum « in suffragium et expiationem animarum, pro quibus omissa « Sacrificia offerri debuerant, congruum Missarum numerum celebrari « quotidie mande t ab aliquibus Cappellanis huic muneri addictis in « Vaticana Basilica » ; cui argumento aliud addi potest quod suppeditat praeclara Constitutio Ssmi Dñi Nostri Benedicti XV, *Incruentum Altaris* d. 10 aug. 1915, ubi altera e tribus Missis omnibus Sacerdotibus die solemnis commemorationis Defunctorum celebrandis indultis reservari iubetur « ad mentem Summi Pontificis, quam satis superque declaravi« mus » nempe « ut omissa cum ingenti defunctorum detrimento suf« fragio, quantum in Nobis est, aliquo pacto suppleamus ». Cfr. *Act. Ap. Sedis,* 1915, p. 403.

RESOLUTIO. - Quum porro in plenariis comitiis Emorum Patrum S. C. Concilii die 20 nov. 1915, cum praemissis animadversionibus propositae fuissent preces Episcopi H., super his rescribendum Emi Patres censuerunt: « S. C, attentis expositis, benigne tribuit Episcopo oratori « facultatem impertiendi petitam condonationem : curet tamen idem Epi« scopus ut una saltem Missa celebretur pro oneribus quorum satisfactio« nem omisit defunctus parochus, supplente in reliquis Sanctitate Sua « de thesauro Ecclesiae ».

Quam resolutionem SS. D. N. Benedictus Div. Prov. PP. XV, in audientia infrascripto Secretario concessa die 22 eiusdem mensis et anni, approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

LETTERA A MONS. GUIDO MARIA CONFORTI, VESCOVO DI PARMA, INTORNO ALLA PROPOSTA DI UNA UNIONE MISSIONARIA DEL CLERO.

Illmo e Revino Signore,

Non ho mancato di prendere in attenta considerazione lo schema presentato dalla S. V. Revma per una *Unione missionaria del clero.* I crescenti bisogni delle Missioni, le circostanze speciali dei tempi e i gravi danni, che all'opera evangelizzatrice della Chiesa derivano dalla guerra, che travaglia l'Europa, fanno vivamente desiderare un più ampio sviluppo dei mezzi atti a propagare la fede nel mondo. A tale scopo nulla può meglio conferire che lo zelo operoso del clero per coltivare le vocazioni all'apostolato, illuminare i fedeli sulla necessità di soccorrere le missioni e meglio organizzare le opere a tal'fìne già approvate e raccomandate dai Sommi Pontefici. Veggo quindi con piacere la iniziativa da Lei presa, con questo santo intento, di una Unione missionaria del clero, e mi son dato premura di presentarne il progetto al Santo Padre.

Sua Santità, nella udienza del 23 corr. ottobre, si è degnato mostrare il suo alto compiacimento per tale opportuna proposta diretta a favorire l'opera dell'apostolato, che a Lui è sì a cuore, e nutre speranza che possa, con l'aiuto di Dio e il favore dei Vescovi, trovare largo consenso nel clero e nei fedeli d'Italia.

Nel portar ciò a conoscenza della S. V., Le partecipo pure che Sua Santità benedice paternamente Lei e tutti i promotori e aderenti alla sua pia proposta.

Io poi prego il Signore che La conservi prosperamente.

Roma, li 31 ottobre 1916.

Di V. S. Revma

Devmo Servo

}$j D. CARD. SERAFINI, *Prefetto.*

L. © S.

0. Laurenti, *Segretario.*

II

NOMINATIO .

Brevi apostolico nominatus est:

20 novembris 1916. — *Vicarius Apostolicus Ho-nan Orientalis,* Iosephus Noe Tacconi, Episcopus tit. Aradiensis.

SACKA CONGREGATIO RITUUM

I

DUBIUM

DE DOMINICA MINORI OCCURRENTE VEL CONCURRENTE CUM FESTO DEDICATIONIS B. M. V. AD NIVES.

A nonnullis Kalendaristis, de consensu respectivi Ordinarii, Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione reverenter expositum fuit; nimirum:

Ex additionibus et variationibus in Rubricis Breviarii ad normam Bullae *Divino afflatu,* Festum Dedicationis cuiuslibet Ecclesiae est semper primarium et Festum Domini (tit. IX, 1), et de Dominicis minoribus seu per annum, semper fieri debet officium, nisi occurrat vel concurrat aliquod duplex I vel II classis aut quodvis festum novem Lectionum Domini (tit. IV, 2; tit. VI, 2).

Unde quaeritur:

Utrum Festum quoque Dedicationis B. M. V. ad Nives, ritus duplicis maioris, praeferendum sit Dominicae minori tam in occurrentia quam in concurrentia?

Et sacra Rituum Congregatio, audito voto specialis Commissionis, prae oculis habito quod, in casu, sub enunciato titulo fit Officium

B. Mariae Virginis ad Nives, titularis Basilicae Liberianae, loco Officii Dedicationis eiusdem Basilicae, rescribendum censuit: *Negative.*

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 1 decembris 1916.

ꟷ A. CARD. VICO, EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE,

S. B. G. Pro-Praefectus.

L. © S. t

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

TAURINEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOSEPHT BENEDICTI COTTOLENGO, CANONICI SACERDOTIS, FUNDATORIS INSTITUTI TAURINENSIS PARVAE DOMUS A DIVINA PROVIDENTIA.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, Tuto procedi possit ad solemnem eiusdem Ven. Servi Dei Beatificationem P

Quo causae Beatificationis venerabilis Dei Famuli Iosephi Benedicti Cottolengo iuridica absolveretur cognitio, non triginta aut quadraginta, sed quinquaginta et amplius annorum spatium praeterlabi necesse fuit. Etsi enim vel inde ab anno millesimo octingentesimo sexagesimo tertio in ecclesiastica Taurinensi curia inquisitioni ordinaria potestate instruendae super ipsius Dei Famuli sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum fama manus admota fuerit, atque quatuordecim post annos, anno scilicet millesimo octingentesimo septuagesimo septimo, a sa. uve. Pio Papa IX lectissimae causae huius signata fuerit Commissio, nihilominus minoribus, ceu vocant, Dubiis interea ad finem perductis, non nisi anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto quaestioni super virtutibus heroicis aditus patere potuit. Ex utriusque sane apostolici et ordinarii processus actis, copiosis admodum atque opimis, quippe quae viginti et unum haud exiguae molis complent volumina, uberes idcirco aptaeque depromptae tunc fuerunt probationes, quibus planum factum fuit atque perspicuum, Virum venerabilem Iosephum Benedictum Cottolengo heroicis emicuisse virtutibus, sicuti pro apostolica auctoritate

sua felic. rec. Leo Papa XIII sanxit, decreto edito anno millesimo nongentesimo primo. •

Altera subinde quaestio successit, quae de miraculis est quaeque ob varios, quos nacta fuit casus, per decennium et ultra devinctos sibi habuit sollicitudine ac labore strenuos causae curatores, donec diu et vehementer exoptatum tandem sortita est exitum, quum, vix aliquot ante menses, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV decernere dignatus est: *Constare de duobus propositis miraculis;* nempe de primo « *instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Liberatae Re a cistite gravissima ex lethali infectione parta ab absorptis urinae elementis* » ; deque altero « *instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Mariae Perdolentis a cirrhosi biliari* ».

Huc usque itaque fideliter descripta atque recensita actorum series, prouti acta ipsa certo temporis ordine singulatim distincteque gesta sunt, insigni aperteque documento est, quae pro formali venerabilium Servorum Dei Beatificatione obtinenda deposcunt flagitantque sacri huius fori constitutae leges, cuncta in casu, de quo agitur, adamussim fuisse servata: eapropter nihil aliud, praefato ex capite, impedimento esse potest, quominus venerabili Dei Famulo Iosepho Benedicto Cottolengo beatorum caelitum honores merito ac *tuto* decernantur.

Quod si a pleno perfectoque legis adimplemento, quo inquirendae adipiscendaeque veritati validum situm est praesidium, iugi etiam sapientique saeculorum experientia firmatum, mens animusque convertantur ad eam, quae tam furiose ingruit tamque longe lateque dominari pergit, adeo immanem adeoque lacrimabilem temporum asperitatem, vix attinet significare, quam populo christiano opportunum contingat atque frugiferum, si solemni Apostolicae Sedis iudicio ad imitandum proponatur venerabilis Dei Famulus Iosephus Benedictus Cottolengo.

Nil proinde mirum, si in generalibus sacrae huius Congregationis comitiis, quae die vigesima octava superioris mensis novembris, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV habita sunt, proposito per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem venerabilis Dei Famuli Iosephi Benedicti Cottolengo Beatificationem?* omnes, qui aderant, cum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores censuerint reponendum *Affirmative.* Verumtamen Sanctissimus Dominus noster, quum summi momenti res in deliberatione versaretur, sententiam Sibi adhuc de more differendam duxit, divinae Sapientiae praesidium ac lumen impensius exoraturus.

Quod quidem quum praestitisset, hodierna die Dominica secunda Adventus, eucharistico sacrificio religiosissime litato, ad Vaticanas aedes acciri voluit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Pro-Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Dei Famuli Iosephi Benedicti Gottolengo Beatificationem.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi, in acta sacrae Rituum Congregationis inseri litterasque apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit quarto idus decembris anno MGMXVI.

✠ A. CARD. VICO, EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE,
S. B. G. Pro-Praefectus.

h. >g S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

BAIONEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI MICHAELIS GARICOITS, SACERDOTIS FUNDATORIS CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM A SS. CORDE IESU, VULGO « DE BÉTHARRAM ».

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus fide, spe et caritate in Deum ac proximum, nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Episcopus Baionensis dioecesis, ubi ortum habuit, vixit decessitque venerabilis Dei Famulus Michael Garigoits, ibique sacrae ipsius custodiuntur exuviae, in epistola, quam ad Romanum Pontificem de more dandam curavit, alia inter, praeclara haec de memorato Servo Dei scriptis affirmare religioni sibi duxit; videlicet: *Docuit puer innocentiam et orationis studium; famulus, cuncta obsequia, quae herorum conciliant benevolentiam; discipulus, parem in pietatis et scientiae acquisitionem ardorem; vicarius parochi coadiutor, erga superiores et senes observantiam, necnon et animarum curandarum zelo coniunctam prudentiam ; in seminariis professor et moderator, summam illam artem artium clericos*

in doctrina sana et in omni opere bono informandi; conscientiarum moderator, multiformem Spiritus Sancti discretionem; in condendo denique et formando suo Instituto, vere caelestem sapientiam ad aedificandam evangelicam turrim supra firmam petram, et dotes boni Pastoris, qui ante oves vadit et pro ipsis quotidie animam suam ponit (Summar. sup. introd. causae, pag. 24).

En, paucis, descriptum curriculum totius vitae Servi Dei eiusdemque veluti ante oculos posita fidelis atque expressa imago; eisque non puram putamque contineri scribentis opinionem, sed cuncta veritati inventa fuisse conformia, probationibus constitit, quae, utraque apostolica et ordinaria quaestione collectae, rite postmodum adductae fuerunt in iudicium.

Equidem de integra Servi Dei aetate diligenti inquisitione peracta, modoque maxime inspecto, quo cunctis in adimplendis muneribus officiisque, quae, pro sui status conditione, propria erant, ille se gessit, peculiaribus quoque temporis, loci ac personarum pensitatis adiunctis, quibus in mediis idem vixit et operatus est Dei Famulus; ex hisce omnibus satis argumentorum sumere fas fuit, quibus vir prudens aequusque rerum aestimator sibi persuasum habeat, quas Dei Famulus christianas exercuit virtutes, non communes fuisse neque vulgares, sed ob eam praesertim animi comparationem, qua ad perfecte agendum ipse movebatur, gradum illum, quem heroicum appellant, virtutes ipsas esse adeptas.

Qua posita, iuste et legitime confecta, heroicarum virtutum demonstratione, si quae forte contra facere visae sunt difficultates, hoc ipso vim suam eas amittere necesse fuit, validioremque exinde effici demonstrationem, quemadmodum ostendit significavitque solutio, quae diuturnae de scriptis quaestioni finem imposuit.

Horum namque scriptorum comperta natura, tantum abfuit, ut in dubium vocari posset bonitas doctrinae Servi Dei, quin immo ex iis, quae illum egisse liquet, non exigua eidem tribuenda sit laus. Dum enim omnia circum gallicanam et iansenisticam redolebant luem, cui nuper a fel. rec. Gregorio Papa XVI proscripti *lamnesiani* errores, sese dederant comites, ipse Dei Servus nedum circumstantis aëris corruptione se infici passus non fuit, sed, vix per eum licuit, ut de sua insalubritate remittens, paulatim sanesceret circumfusus aër, magno animo adlaboravit atque fructuose. Unde idem sibi promeruisse visus est praeconium, quod in suis *Moralibus* a S. Gregorio ad vivum sic reperimus expressum : *Neque enim valde laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Siculi enim gravioris culpae est, inter bonos bonum*

non esse, ita immensi est praeconii, bonum etiam inter malos extitisse (Lib. 1, cap. 1).

Quae ita quum se habeant, libet gratulari,' causam Beatificationis Servi Dei Michaelis Garicoits, Fundatoris Congregationis Presbyterorum a Sacratissimo Corde Iesu, dignam esse habitam, quae a rec. me. Leone Pp. XIII sacrorum rituum Congregationi cognoscenda committeretur, eamdemque, introducta quum fuerit, incoeptum actorum cursum alacriter feliciterque fuisse subinde prosecutam adeo, ut, adhinc biennium, super virtutibus heroicis instituere licuerit actionem. De qua, ceu scite sapienterque est in more positum, ter fuit disceptatum: primo nempe in Congregatione antepraeparatoria, secundo in Congregatione praeparatoria et tertio denique in Congregatione generali, die vigesima octava mox elapsi mensis novembris, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV coacta. In qua a Reverendissimo Cardinali Ludovico Billot, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium : *An constet de virtutibus theologalibus fide, spe et caritate in Deum ac proximum, nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Michaelis Garicoits, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur* ? Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine tulerunt suffragia, quae intento laetoque animo Sanctissimus Dominus noster est prosecutus, sed mentem Suam aperire distulit, ratus, in re tam gravi, diuturnis precibus sibi concedendum esse spatium.

Hodierna autem die Dominica secunda Adventus, sacro devotissime peracto, arcessiri iussit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum, et Ludovicum JBillot, causae Relatorem, una cum R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus fide, spe et caritate in Deum ac proximum, nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Michaelis Garicoits, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc Decretum publici iuris fieri et in acta sacrae Rituum Congregationis referri mandavit quarto idus decembris anno MGMXVI.

}$i A. CARD. VICO, EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE,

S. R. G. Pro-Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

PARISIEN.

DECRETUM SUPER INTRODUCTIONE CAUSAE BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DE] MARIAE MAGDALENAE DE BENGY, VICE-COMITISSAE DE BONNAULT D'HOUET, FUNDATRICIS SOCIETATIS SORORUM FIDELIUM SOCIARUM IESU.

Inter multiplices Servarum Dei causas apud Sacram Rituum Congregationem agendas, non ultimum locum sibi vindicat haec Causa Parisiensis Servae Dei Mariae Magdalenae de Bengy, vice-comitissae de Bonnault d'Houet, fundatricis Sororum fidelium sociarum Iesu. In processibus Ordinariis lnformativis ad eandem S. Congregationem transmissis exhibetur haec egregia foemina non minus generis nobilitate quam virtutum splendore illustris. Honoribus, divitiis mundique deliciis posthabitis, se suasque vires corde et animo Deo consecravit, perutilem insimul operam impendens puellis cuiusvis ordinis recte instituendis. In civitate *Çhateauroux,* die 21 septembris a. 1781 a probis piisque parentibus orta et apud templum sancti Martialis Episcopi Lemovicensis et Aquitaniae Apostoli in sacro fonte regenerata, cum imposito nomine Maria Magdalena Victoria, Deiparae Virgini et ad eius altare, in tutelam tradita, veluti aetatis, innocentiae et gratiae flos suaviter olens, oblata fuit. Infantula succrescens, etsi indole vivax, tamen praematura quadam modestia ac pietate cognatorum et intuentium sibi conciliabat amorem, et decennis ad sacrum convivium bene disposita Angelorum pane primum reficiebatur. Insurgentibus deinceps tristissimis illis temporibus quae rerum publicarum eversione Galliam divexabant, Ipsa ad domum orationis frequenter confugiens, ferventi prece sanctisque operibus Deum propitium invocare ac reddere studiose curavit. Pace cum tranquilla libertate catholicae Ecclesiae et civili societati restituta, Maria Magdalena, hortante ac suadente patre, nuptias iniit cum nobili viro Vice-comite de Bonnault d'Houet, quem Deus post decem menses per immaturam mortem sibi sustulit. Attamen ex illo. coniugio Dei famula filium peperit, quem in prima aetate Ipsa educavit et instruxit, et vix novennem patribus Societatis Iesu instituendum concredivit. Tempore autem viduitatis, Paulinis sententiis salutariter monita, pauperes, infirmos, milites contagio infectos et sacerdotes etiam hospitio receptos, congruis pietatis et caritatis offi-

ciis prosequuta est. Novis ineundis nuptiis aliquantulum illectam et inclinatam se ostendit, sed statim fidelissimis et amantissimis consiliis parens, viduitatis propositum ac statum religiose servare statuit. Quin imo perfectionis viam alacriter aggressa, in ea valde profecit sub directione patrum Societatis Iesu, quorum Institutum summopere diligebat ob praestitutum in ipso finem cum idoneis mediis ad maiorem Dei gloriam et ad animarum salutem provehendam. Vertente autem anno 1817 superno lumine ac impulsu se excitari dixit ad instituendam Familiam Sororum fidelium sociam m Iesu. Diu ac severe a suis moderatoribus ad hoc probata, tandem, eorum assensu et exhortatione, anno 1820, opus toto animo cogitatum exequutioni demandavit. Namque, favente Episcopo ^.mbianensi, primam domum fundavit Ambiani cum duabus adolescentibus ad pauperes puellas maternis curis sublevandas et, aucto sociarum numero, tum in suo natali oppido, tum in civitate Nannetensi similes constituit fundationes. Interea Ambianum reversa, ut matrem suam morientem reviseret, quum aedem, Instituti cunabula, turbatam inveniret ob quasdam difficultates exortas, de ipsius Episcopi consilio Romam petiit et Summo Pontifici Leoni XII originem et statum Societatis submisse ac fideliter retulit, ipsiusque Societatis approbationem enixis precibus imploravit. Benigne excepta et voti compos effecta, a Romano Pontifice Litteras Apostolicas in forma Brevis sub die 7 augusti anni 1826 decretum laudis cum laeto gratoque animo obtinuit. Ita recreata et firmior permanens in proposito, suum Institutum totis viribus corroborare et propagare suscepit. Undecim post annos, idest anno 1837, eadem Dei famula Romam rediit et a Gregorio Papa XVI, fel. rec, definitivam Societatis approbationem assequuta fuit. Quum ex alma Urbe Ambianum revenisset, unanimi sororum suffragio antistita^eneralis Societatis, etsi reluctans, electa et confirmata est. Quod officium rite adimplens, difficilia et diuturna itinera sustinuit atque, obstaculis et contradictionibus viriliter superatis, novas domos etiam in regionibus dissitis, praesertim in Anglia, feliciter aperuit, iugiter intenta fini Societati proposito ; nempe : puellarum institutioni, recessibus, missionibus ceterisque operibus, quae alumnas et sorores reapse efficerent ac demonstrarent fideles' socias iesu. Tandem mense martio anni 1858, quum ad annum aetatis septimum et septuagesimum pervenisset et morbi, quibus iampridem afflicta erat, ingravescerent, sentiens se ad vitae exitum appropinquare, sorores convocavit easque ad patientiae, caritatis et regularum observantiae studium exhortata est. ipsa autem Ecclesiae sacramentis refecta et in extremis redacta, sanctissimo Nomine Iesu invocato, spiritum Deo reddidit Parisiis, in domo Societatis, die quinta aprilis eodem anno 1858. Interim

sanctitatis fama quam Dei Ancilla in vita sibi adepta fuerat, post obitum magis in dies invalescens, causa et ratio fuit Inquisitionibus Ordinariis Informati vis super ea conficiendis; quibus absolutis et ad Sacram Rituum Congregationem transmissis, servato iuris ordine, de signanda Commissione Introductionis Causae actum est. Itaque, instante Iosepho Antonio a S. Ioanne in Persiceto, Ordinis Minorum Cappuccinorum Procuratore Generali et huius Causae Postulatore, quum, revisione scriptorum eidem Servae Dei attributorum peracta, nihil obstet quominus ad ulteriora procedi possit, attentis litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum, necnon Capitulorum, Ordinum et Congregationum religiosarum, rogantibus etiam viris ecclesiastica vel civili dignitate praestantibus, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Aidanus Gasquet, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur ?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, omnibusque accurate discussis et perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem si Sanctissimo placuerit.* Die 12 decembris 1916.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum, relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Mariae Magdalenae de Bengy, vice-comitissae de Bonnault d'Houet, fundatricis Societatis Sororum fidelium sociarum Iesu, die 13, eisdem mense et anno.

ffc A. CARD. Vico, EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. $ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (GHANCEREL-PLANDIN)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 10 maii 1916, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii, *instante pro appellatione Defensore Vinculi matrimonialis ex officio Curiae Parisiensis, inter* Lucianam Chancerel, *repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio deputatum Sac. Felicem Qualandri, advocatum, et* Andream Flandin, *interveniente et disceptante in causa Substituto vinculi defensoris ex officio nostri Tribunalis, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Andreas Flandin divitiis magis, quam pulchritudine Lucianae Chancerel captus, ita eius animum ad se allicere curavit, ut uterque propriis matribus intentionem manifestarunt nuptias contrahendi. At celebrationi matrimonii obstabant stipendia militaria explenda ab Andrea. Quibus peractis in civitate Nanceyensi, Andreas Parisios rediit et obtento a parentibus consensu, primum sponsalia, deinde nuptiae coram Ecclesia celebratae fuerunt die 31 iulii 1907. Ante vero matrimonium, imo ante ipsum contractum sponsalitium, Andreas Flandin declaravit se matrimonium contracturam, exclusa omnino, *absolument,* prolis generatione, quod Pessimum propositum Luciana acceptavit. Post tres annos ab initis nuptiis, Andreas, qui iam mulieris dotem dilapidaverat, thalamum coniugale definitive deseruit. Quare Luciana, obtenta prius a magistratu civili sententia divortii, Curiam adivit Parisiensem, ut nullum suum cum Andrea matrimonium declararetur, ob appositionem turpis conditionis de prole

evitanda. Processu ad normam iuris instructo, die 12 aprilis 1915 sententia prodiit actrici favorabilis. A qua tamen sententia, prouti de iure, appellationem interposuit ad H. S. Auditorium Revmus Vinculi matrimonialis Defensor Parisiensis, et hodie causa iterum discutienda proponitur sub consueta formula dubii : *An constet de nullitate matrimonii in casu ?*

Ius quod attinet, Patres adnotarunt finem essentialem et primarium matrimonii esse prolis generationem; hinc conditio apposita contractui matrimonii exludendi generationem prolis, ipsam matrimonii excludit substantiam, ac proinde nullum est coniugium. Haec autem conditio adiici potest matrimonio duplici modo. Primo quidem modo, quando haec conditio deducitur in pactum, i. e. quando nupturientes hanc conditionem ipsi inserunt contractui, ita ut sit veluti pars pacti coniugalis, et hunc casum respicit cap. ult. *De Conditionibus adpositis in desponsatione,* etc., in quo haec habet Gregorius IX: « Si conditiones « contra substantiam coniugii inserantur, puta si alter dicat alteri: « contraho tecum si generationem evites,... matrimonialis contractus, « quantumcumque sit favorabilis, caret effectu ». Altero modo conditio adiici potest contractui, quin deducatur in pactum ; fieri nempe potest ut aliquis nupturiens ita contrahere sibi proponat, ut obligationes matrimonii essentiales, aut etiam unam ex illis expresse et positive reiiciat, quo in casu, etiam absque pacto, matrimonium nullum est; sine enim obligationibus suis substantialibus matrimonium concipi nequit, quod non semel in hoc nostro Tribunali decisum fuit, uti in *Nicien.* coram Many, 24 ianuarii 1911, *Neo-Eboracen.* coram Cattani, 1 martii 1913, etc.

At caute distinguendum est inter ipsam matrimonialem obligationem, et huius adimplementum. Hoc enim potest contingere, ut contrahens ita sit animo comparatus, ut vere et serio velit contrahere et se obligare, et tamen praevidens matrimonii abusum, v. g. onanismum, pravam habeat voluntatem hoc delictum permittendi, aut etiam committendi, et ita suas obligationes violandi. Hoc in casu matrimonium validum est, quia matrimonii essentia non dependet ab eius usu. Quam sententiam expressam a D. Thoma in 4 dist. 31, q. 1, art. 3, sequitur cum pluribus aliis Canonistis Emus Gasparri in suo absoluto tractatu matrimoniali, Vol. II, pag. 43, edit. 1904. Igitur ut in hoc altero casu matrimonium sit nullum requiritur intentio, quae positive et expresse excludat ipsam matrimonialem obligationem, et non tantum huius implementum. Haec autem intentio dignoscitur praesertim ex adiunctis et circumstantiis,

maxima diligentia perpensis, sive antecedentibus, sive coneomitantibus, sive subsequentibus matrimonium.

Nunc ad factum. - In primis attendendam esse dixerunt Patres rationem agendi Andreae Flandin. Hic, prouti acta referunt, christianum matrimonium vere noluit, eo quod, cum lucri negotium agere unice intenderet, se omnino liberum esse a prole proposuit, et obtinuit, ne obligationes ex filiorum procreatione manantes suscipere!, et quando nullam amplius utilitatem ex consortio maritali cum Luciana haurire poterat,, eam dereliquit. Re quidem vera' Andreas, « qui appartenait à une « famille à idées avancées », vir erat, cuius « convictions religieuses « sont nulles ; sa morale est totalement indépendante ». Imo « sa mora- « lité est lamentable, très élastique ». Paucis ita Andreas Chancerei describit Andream Flandin: « Au point de vue morale... Mr Flandin est « un malhonnête homme, une véritable canaille », et Leo de Savignon addit: « Il est le plus grand menteur que j'ai aie rencontré dans le « cours de mon existence ». Erat ulterius A. Flandin « sans situation, «et sans fortune,... il avait des dettes, faisait des affaires par les « femmes, il a eu pour associé le mari de là maîtresse, chez laquelle il « vivait avant son mariage ». Cum ergo Lucianam vidisset, quae erat valde dives et placens, eam circum venire coepit, ut eius divitias matrimonii praetextu lucraretur. Non enim eam diligebat ; ait enim praefatus Leo de Savignon: « Il avait manifesté à sa future un amour, « qui n'était pas sincère... Je sais, que pendant la durée des fiançailles « M. Flandin avait une maîtresse, chez laquelle il demeurait. Il a « voulu donner à son mariage l'aspect d'un mariage d'inclination ». Sed unice pecuniam appetebat, prouti deponit Luciana: « Il m'a « épousé pour ma fortune, et aussi pour celle de ma mère. Ce n'est pas « un mariage que mon mari à vou u faire, il a eu dans le mariage un «moyen de se procurer des capitaux ». Quod confirmant testes Borsaignot, Vering, et Sac. Lavec, qui est pro vinculo, qui deponit: « Dans « ce mariage Mr Flandin a été guidé par un affaire d'argent... Madame « Chancere, qui croyait épouser un homme, qui lui était attaché, a « épousé quelqu'un qui tenait plus à sa fortune qu'à elle ».

Cum vero pravis hisce propositis obstaret filiorum procreatio, Andreas amore prius sibi devinxit puellam ita ut quae ipse vellet ea faceret: deinde ei suadere coepit de necessitate prolem excludendi: « C'est la « certitude de cette affection, qui a permis de faire une proposition de ce «genre. Il a donné a ma fille toutes espèces de raison: il a lui dit « qu'elle était jolie, que si elle avait des enfants elle sairait déformée,.

« que les enfants étaient gênants, qu'ils compromettaient la liberté dés «époux». Quae matris depositio confirmatur a testificatione filiae Magdalenae.

Hisce in adiunctis nuptiae fuerunt celebratae. Quae vero tabulae processuales referunt post contractum matrimonium'magis magisque ostendunt perversam Andreae voluntatem et animum. Hic enim emungere coepit sponsam usque ad ultimum quadrantem, quo peracto, eam dereliquit : « La vie commune, ait sponsa, a duré cinq ans. Pendant «trois ans mon mari a été parfait pour moi; mais pendant ce temps, « il me demandait une signature pour vendre des valeurs. Quand il n'y « a plus eu de valeur à vendre, il a changé d'attitude ». Et mater: « Dès les premiers temps du mariage toute la fortune de ma fille a été « délapidée. Alors il s'est fait prêter de l'argent par moi, sous prétexte « de monter des affaires industrielles. Cette entreprise n'a été pour lui « qu'un motif à emprunts... L'argent a été sa pensée dominante dans « tout l'affaire de son mariage. Tout le mond le voit et le sait ». Quare Leo de Savignon deponit: « M. Flandin a quitté le domicile conjugale « le jour où il n'avait plus d'intérêt à y rester. Il a profité du mariage « pour se faire prêter des sommes importantes par sa belle-mère: il «l'a moitié ruinée; il a mangé intièrement la dot de sa femme ».Post viri discessum tum sponsa, tum eius familia omnia tentarunt, ut Andreas rursus vitam coniugalem restauraret, at frustra. Sac. enim Lavec deponit: « La jeune femme a fait tout ce qu'elle a pu pour ramener « son mari à prendre la vie commune. Celui-ci n'a même pas répondu ».

In specie igitur habemus virum religiose non educatum, aere alieno onustum, qui iam ab initis sponsalibus vitam luxuriosam agebat, quique statim a peracto matrimonio sponsae fortunam dilapidare Coepit, qua penitus consumpta, absque ulla ratione, et non obstantibus sponsae eiusque familiae instantiis, domicilium coniugale dereliquit. Iamvero dici non potest hunc virum matrimonium serio voluisse contrahere. Proinde si prolis exclusionem voluit et ad suam sententiam sponsam perduxit, concludere licet non agi tantum de negotio, aut de consilio abutendi matrimonio, sed de voluntate positiva et expressa se non obligandi ad suscipiendam matrimonii obligationem, i. e. prolis generationem, utpote contrariam scelesti vitae, quam ducere cupiebat.

Secundo loco inspicienda sunt, quae sponsi ante et post matrimonium dixerunt et egerunt circa intentionem et propositum excludendi generationem. Ante matrimonium mater sponsae de hoc pravo proposito nihil scivit, quia prudenter, ne ei displiceret, filia cum ipsa hae de re sermonem non instituit. Verum de eodem proposito a sponsis mani-

festato ante nuptias, deponunt tum Renatus frater Lucianae, tum soror Magdalena. Renatus ait: « Je Tai su, peu de temps avant le mariage, par « l'aveu même de Mr Flandin, que les futurs n'avaient pas l'intention «d'avoir d'enfants». Et Magdalena, quae quotidie cum sponsis versabatur, deponit se audivisse suasiones, quibus sponsus usus est ad sensim sine sensu et subdolo modo sponsam inducendam, ut prolem excluderet. Hae rationes superius indicatae sunt, deinde prosequitur: « Et très souvent il revenait sur ses considérations jusqu'au jour, où « ma sioeur et lui ont décidé, tous deux, qu'ils n'auraient pas d'enfants... « Et ensuite, j'ai entendu les futurs parler d'avenir avec la certitude de « ne pas avoir d'enfants ». Testes etiam extra familiam hoc testantur. Ita Isabella Vering, Lucianae institutrix, ad 7: « J'ai su par mon élève que « son fiancé et elle avaient décidée de ne pas avoir d'enfants. Je lui « disais en riant que je ferai l'éducation de ses enfants, comme j'avais «fait la sienne. Elle me répondait: "Désabusez-vous, nous n'aurons « pas d'enfants... „. Elle m'a dit cela avant le mariage».

Verbis plene congruunt facta. Iam enim ante matrimonium sponsi domum conduxerunt per novem annos; et quamvis esset satis ampla, nullum pro infantulis cubiculum paraverunt. Unde G. De Savignon fatetur «que les époux n'avaient pas du tout organisé là leur existence comme des] époux, qui veulent avoir des enfants. Je crois que « la location et l'ameublement de l'appartement de la Rue Villebois « Marcuil ont été faits avant le mariage et cela encore me donne à « penser que les époux étaient d'accord avant le mariage pour ne pas « avoir d'enfants ». Eadem habet Magdalena Ghancerel, addens: « Us ont « fait ensuite des projets de sortir le soir, d'aller au théâtre, de faire « de sport,projets incompatibles avec la venue des enfants ». Nec satis; mater enim sponsae haec ha'bet: « Je leur (sponsis) ai proposé d'autres « meubles déposés dans mon grenier: parmi ces meubles il y avait un « berceau ; ils n'ont voulu à aucun prix de ce berceau. Je le leur avait « proposé une première fois avant le mariage ; quand ils l'ont refusé cette « première fois, j'ai pensé qu'ils ne voulaient pas s'encombrer, et qu'ils « l'accepteraient plus tard. Quand je leur en ai reparlé, ainsi que d'une « robe de baptême, et des petits objets de vayette, qui pouvaient leur « être utiles, ils m'ont dit qu'ils n'en voulaient pas, qu'ils n'en auraient « jamais besoin, et que ces objets seraient pour mes autres enfants, « lorsqu'ils seraient mariés à leur tour ».

Haec itaque verba, et facta recensita, insimul juncta, sat clare ostendunt sponsos ante coniugium intentionem et propositum habuisse filios non generandi.

Post initas nuptias Andreas ac Luciana idem propositum iterum atque iterum impudenter manifestarunt, illudque constanter retinuerunt. Ita Leo De Savignon: « Je leur ai entendu dire cela qu'il ne vou- « laient pas avoir d'enfants... Je leur ai entendu dire cela à eux-mêmes « plusieurs fois, peu de temps après le mariage, ceci était connu dans « leur entourage ». Imo M. Flandin « se vantait de ne pas vouloir d'en- « fants, et d'avoir converti sa fiancée à ses idées ». Mater vero sponsae: « J'ai su très peu de temps après le mariage que les époux s'étaient « entendus pour ne pas avoir d'enfants. Ils m'ont fait eux-mêmes l'aveu « de cet accord quand je leur demandais s'ils avaient des espérances. « Tous les deux m'ont parlé dans le même sens. Mon gendre m'en a « parlé cyniquement. Il se faisait une gloriole de n'avoir pas d'enfants ». Et domina de la Darre, ad 7: « Après le mariage, je ne saurais dire « à quelle époque exactement, j'ai entendu Mlle Ghancerel, devenue « Madame de Flandin, dire qu'elle n'aurait pas d'enfants, parce que son « mari n'en voulait pas, et c'était une chose qui était entendue entre « eux avant le mariage ». Eadem habent Andreas frater actricis et domina Bersaignet, quae addit ipsam his propositis sponsorum voluisse contradicere, sed inutiliter: « Dans des conversations, où je disais qué « le but du mariage était d'avoir des enfants, tous deux (sponsi) rés- « pondaient: " Nous n'en voulons pas „ ».

Quare putidam theoriam malthusianam aperte profitebantur, prouti patet ex responsione Victorinae Voisin, ad 7: «J'étais après le mariage, « au service des jeunes époux. Au but d'un an, usant du droit que « je pouvais avoir vis-à-vis de Mad. Flandin, que j'avais élevée, je lui « ai demandé et je demandais à son mari quand nous aurions à nous « occuper des enfants, qui mettraient la joie dans le ménage. Ils me «repondirent tous deux: " Victorine, laissez-nous tranquilles avec « cela!,,. Cette réponse me fut faite à plusieurs reprises. Un jour qu'il y «avait des étrangers à dîner, la personne qui servait à table rentra « dans la cuisine en me disant: " Victorine, vous désirez avoir des « enfants, dans cette maison; Monsieur vient de déclarer à table qu'il « n'y en aurait jamais „. En disant cela il regardait fixement sa femme « et celle-ci déclara de son côté qu'elle n'aurait jamais d'enfants ». Non solum, sed vehementer Andreas increpabat eos, qui praefatam theoriam non amplectebantur. Haec narrat mater Lucianae : « Quand ils « apprenaient la naissance d'enfants dans de jeunes ménages, de leur « connaissance, ils exprimaient leur étonnement de voir leurs amis « s'imposer une pareille peine. Dans une circonstance; on disait, à propos « de la naissance d'un enfant, que le père n'avait pas été ravi de cette

« naissance; mon gendre s'écria: " C'est un imbecille! Quand on ne « veut pas avoir d'enfants on n'en a pas. Nous autres, nous ne nous « mettrons jamais dans ce cas-là „. Mon gendre se vantait de prendre « toutes les précautions nécessaires pour ne pas avoir d'enfants ».

Clarum ergo est ex dictis, gestisque sponsorum, propositum liberos non suscipiendi non solum ex parte sponsi, quod per se sufficeret ad nullum coniugium declarandum, sed ex parte quoque sponsae fuisse firmissimum et inconcussum, quod ostendit ipsos serio noluisse contrahere verum matrimonium cum omnibus suis obligationibus et oneribus.

Hoc, tertio, magis elucet, si advertatur sponsos pravum illud propositum in pactum deduxisse. Etenim sponsa ait: « M. Flandin ne voulait « absolument pas avoir d'enfants, il m'a bien formellement prévenue de « cette résolution, chez lui, il ne m'a pas prise en traître. Je crois que, « si je lui avais manifesté la résolution contraire, il se serait retiré ». Nec dicatur actricem aliquantisper dubitasse de conditione vera et proprie dicta, nam ad 11, ad quaesitum: « Etait-ce une condition *sine qua « non?»* respondit: « Je viens de dire qu'il se serait retiré, s'il m'avait « trouvée dans une résolution contraire ». Neque dicendum est cum solerti Substituto vinculi defensoris ex officio, hoc Lucianam asseruisse veluti ductam a iudicis Instructoris interrogationibus. Etenim neminem latet interrogationes in iudicio instruendo fieri debere iuxta ea, quae exposita sunt in libello causae introductivo. At Luciana in suo brevi libello, haec habet: « Très éprise de lui (Andreae), j'ai consenti, en « vue de ce mariage, à des conditions que ma conscience me reproche « et que seul un amour intense avait pu me faire accepter à cette « époque ». Recte proinde se gessere iudices actrici proponendo quaestiones positas in Summario sub nn. 10-11-12 et 13. De eodem pacto ac conditione omnes fere testes deponunt. Ita mater actricis: « M. de « Flandin a nettement signifié à ma fille que si elle voulait des enfants « elle devait renoncer à lui:... il en a certainement fait une condition « de son mariage. Ma fille a accepté cette condition sans se rendre « compte de sa gravité. Je suis sûre qu'il y a eu pacte entr'eux à ce «sujet». Et soror Magdalena: «Je crois que M. Flandin tenait abso« lument à cette condition; ma sœur n'a fait aucune difficulté. La pro« position de M. Flandin a été acceptée immédiatement ». Pariter Andreas Chancerei: « J'ai déjà dit que M. Flandin faisait une condition *sine « qua non* du mariage de ne pas avoir d'enfants; il y avait donc véri« table pacte entre les futurs sur ce point ». Eadem habet Isabella Vering: «Je crois que de la part de M. Flandin la condition était absolue « et qu'il y a eu acceptation sans reserve du côté de la jeune fille ».

Tandem, aliis omissis, Leo De Savignon ait: « Je suis absolument certain qu'il y avait bien un pacte, et que c'était une condition absolue « du mariage. Le pacte a été proposé par le jeune homme et accepté « par la jeune fille. Nous en avons souvent causé ensemble, et je leur « en ai rémarqué l'immoralité ».

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et sententiamus, *constare de matrimonii nullitate in casu,* seu ad propositum dubium respondemus « *Affirmative* ».

Quare mandamus Ordinariis locorum et ministris Tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni demandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad norman SS. Canonum et praesertim, cap. 3, sess. XXV, *De Reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 10 maii 1916.

Guilelmus Sebastianeiii, *Decanus, Ponens.*
Seraphinus Many.
Aloisius Sincero.

L. ® S.

Ex Cancellaria, 5 iunii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

CAUSAE ACTAE SUB SECRETO

In S. Romana Bota, a mense ianuario anni 1916 ad mensem decembrem anni 1916, actae sunt sub secreto *sequentes causae, quarum definitiva Sententia editur tantum in parte dispositiva.*

I. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae ex parte mulieris.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* I. Prior et A. Sincero, Auditores de turno, die 3 februarii 1916, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

II. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* I. Prior et A. Sincero, Auditores de turno, die 29 februarii 1916, respondendum censuerunt: *Negative.*

III. REFECTIONIS DAMNORUM.

Proposito dubio: *An et quomodo sit locus refectioni damnorum in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens, A.* Sincero et I. Mori, Auditores de turno, die 4 aprilis 1916, respondendum censuerunt: ad primam partem, *Negative;* ad secundam partem, *Provisum in prima.*

IV. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae ex parte mulieris.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens, A.* Sincero et I. Mori, Auditores de turno, die 17 aprilis 1916, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

V. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae ex parte viri.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens, A.* Sincero et I. Mori, Auditores de turno, die 29 maii 1916, respondendum censuerunt : *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

VI. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ex parte mulieris.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* I. Prior et A. Sincero, Auditores de turno, die 16 iunii 1916, respondendum censuerunt: *Negative.*

VII. DIFFAMATIONIS ET REFECTIONIS DAMNORUM.

Proposito dubio : *An constet de iniuria, diffamatione vel damno ita ut 'sit locus reparationi et refectioni in casu,* RR. PP. DD. F. Cattani, *Ponens,* P. Rossetti et R. Chimenti, Auditores de turno, die 31 iulii 1916, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

VIII. PROPRIETATIS.

Proposito dubio: *An Sententia Rotalis diei 28 iunii 1915 sit confirmanda vel infirmanda in casu,* RR. PP. DD. G. Sebastianeiii, Decanus, *Ponens,* P. Rossetti et R. Chimenti, Auditores de turno, die 16 aug. 1916, respondendum censuerunt: *Confirmandam esse Sententiam Rotalem.*

IX. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob conditionem appositam.*

Proposito dubio: *An sit confirmanda vel infirmanda Sententia Rotalis diei 20 maii 1912,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* F. Cattani, P. Rossetti, R. Chimenti, M. Massimi, Auditores de turno, die 18 augusti 1916, respondendum censuerunt: *Confirmandam esse Sententiam Rotalem.*

X. CAPELLANIAE LAICALIS.

Propositis dubiis: *An ratione contumaciae Dñi N... in I° gradu, appellatio eiusdem sit admittenda in casu ;* 2. *An bona Capellaniae a parocho B tradenda sint parocho C,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et 1. Mori, Auditores de turno, die 6 decembris 1916, respondendum censuerunt: Ad 1: *Affirmative]* ad 2: *Affirmative iuxta modum in Sententia determinandum.*

Ex Cancellaria, 31 decembris 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. P. HENRICUM GARRIGUET, SUPERIOREM GENERALEM CONGREGATIONIS SULPICIANAE, OB LITTERAS OBSEQUENTISSIMAS QUAS IPSE, OCCASIONEM NACTUS CONVENTUS CONSILII SUPERIORIS EIUSDEM CONGREGATIONIS, BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBUIT.

Vénéré Monsieur le Supérieur.

Le Saint-Père a pris connaissance avec la plus vive satisfaction des informations si consolantes que vous avez voulu Lui envoyer au sortir des réunions du Conseil Supérieur de Saint-Sulpice.

Le Pape apprécie depuis longtemps l'excellent esprit sacerdotal de votre Compagnie et les immenses services qu'elle a rendus depuis bientôt trois siècles à l'Eglise de France. Il est heureux de savoir, par votre témoignage et celui de vos éminents collaborateurs, que, malgré les ébranlements des persécutions récentes et là violente secousse de la guerre actuelle, on a tous les motifs d'espérer que le futur clergé de France ne sera inférieur en rien aux nombreuses générations de prêtres sortis des séminaires de Saint-Sulpice.

Ces promesses d'avenir ont pour garant, comme vous le dites si bien, l'attachement traditionnel de Saint-Sulpice à l'enseignement de Rome, à ses doctrines et à ses méthodes. De cette tradition, vous êtes vous-même, Monsieur le Supérieur Général, la vivante personnification. Bien que la Procure de Rome n'ait pas l'honneur de vous compter parmi ses anciens élèves, vous vous êtes toujours montré aussi pénétré que le vénéré M. Captier, votre prédécesseur d'inoubliable mémoire, de la grande utilité pour vos jeunes confrères de venir achever dans l'atmosphère de Rome leur préparation à leur vocation spéciale.

Aussi est-ce du plus profond du cœur que le Saint-Père se plaît à TOUS considérer parmi les meilleurs de ses fils et à vous répéter qu'il compte toujours sur vous comme sur les plus efficaces et les plus puissants préparateurs du clergé de France - y compris la jeune France du Nouveau Monde - aux grandes missions qui l'attendent.

Je suis heureux, Monsieur le Supérieur, d'être en cette circonstance l'interprète des sentiments du Souverain Pontife, et de vous transmettre en même temps pour vous et tous les membres de votre chère Compagnie la plus paternelle de Ses bénédictions.

Veuillez agréer, vénéré Monsieur le Supérieur, cette nouvelle assurance de mon profond dévouement en Notre-Seigneur.

Du Vatican, 22 août 1916.

P. CARD. GASPARRL

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

AVVISO DI CONCORSO

Nella Segreteria della Sacra Congregazione Concistoriale, il giorno 12 del prossimo mese di febbraio, avrà luogo il concorso per la provvista degli uffici vacanti.

Coloro che desiderassero prendervi parte, dovranno, entro un mese dalla data del presente, esibire all' Emo Card. Segretario la domanda corredata dei titoli necessari per l'ammissione.

Roma, 8 gennaio 1917.

•f V. Sardi, arciv. tit. di Cesarea di Palestina, *Assessore,*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Il giorno 12 dicembre 1916, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria Maddalena Vittoria de Bengy, Viscontessa de Bonnault d'Houet, fondatrice della Società delle Fedeli Compagne di Gesù.
2. Concessione, ed approvazione della Messa e dell'Officio propri con Ottava in onore della Beata Vergine Maria sotto il titolo di Patrona della Baviera.
3. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Gabriele Maria (al secolo Gilberto Nicolai), sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori, chiamato Beato;
4. e degli scritti del Servo di Dio Guglielmo Giuseppe Chaminade, sacerdote^ fondatore della Società di Maria, detta dei *Marianistì;*
5. e degli scritti del Servo di Dio Pietro Lopez, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori;
6. e finalmente degli scritti del Servo di Dio Leonardo Murialdo, fondatore della Pia Società di S. Giuseppe.

Il giorno 19 décembre 1916, presso F Emo e Revmo Signor Cardinale Filippo Giustini, ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Bartolomeo Dal Monte, sacerdote bolognese, fondatore della Pia Opera delle Missioni, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria,* nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dallo stesso Ven. Servo di Dio.

SAGRA PENITENZIERIA APOSTOLICA

NOMINA

Con Biglietto dell' Eolo sig. Cardinale Penitenziere Maggiore, il Santo Padre si è degnato di nominare:

13 dicembre 1916. — Mons. Ciriaco Petroccia, *Sigillature della Sacra Penitenzieria Apostolica.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

12 dicembre 1916. Mons. Sebastiano Nieotra, *Internuncio Apostòlico nel Cile.*
15 » » Mons. Giulio Grazioli, Uditore della S. R. Rota, *Consultore della Sacra Congregazione del Concilio.*
5 » » Mons. Lorenzo Lauri, arcivescovo tit. di Efeso, *Internunzio Apostolico nel Perù.*

Con dispaccio della Segreteria di Stato, in data del 31 dicembre 1916, la Santità di Nostro Signore, su domanda del Governo della Repubblica del Cile, si è degnata di elevare la Rappresentanza Pontificia presso detta Repubblica dal grado di Internunziatura à quello di Nunziatura.

Successivamente il Santo Padre si è degnato di nominare Mons. Sebastiano Nieotra, arcivescovo tit. di Eraclea, *Nunzio Apostolico nel Cile.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

30 novembre 1916. Mons. Teofilo Meersehaert, vescovo di Oklahoma

Protonotari apostolici ad instar participantium :

20 novembre 1916. Mons. Edmondo Scholz, dell'archidiocesi di Praga.
28 » » Mons. Salvatore Pascali, della diocesi di Lecce.
6 dicembre » Mons. Antonio Iadanza, della diocesi di Télese.
>> » » Mons. Adolfo Leone, della,medesima diocesi.
20 » » Mons. Giulio Lachèvre, dell'archidiocesi di Rouen.
21 » » Mons. Enrico Parkinson, dell'archidiocesi di Birmingham.

Prelati Domestici di S. S.:

28 luglio 1915. Mons. Leocadio Dimanlig, della diocesi di Lipa nelle Isole Filippine.
» » » Mons. Antonio Lacson, della medesima diocesi.
19 novembre 1916. Mons. Giulio Spett, della diocesi di Gran Varadino di r. 1.
» » » Mons. Francesco Groh, della medesima diocesi.
28 » » Mons. Francesco Mantel, della diocesi di Amiens.
5 » » Mons. Carlo Fr. M. Beniamino Vernier, della diocesi di Montpellier.
6 » » Mons. Giovanni Floridi, della diocesi di Bergamo.
» » » Mons. Severo Pasinetti, della medesima diocesi.
10 » » Mons. Giovanni Musmeci, della diocesi di Acireale.
12 » » Mons. Giuseppe Rocchetti, della diocesi di Senigallia.
15 » » Mons. Stanislao I. Doucet, della diocesi di Chatham.
» » » Mons. Michele A. 0' Keefe, della medesima diocesi.
16 » » Mons. Giovanni Nardi, dell'archidiocesi di Bologna.
20 » » Mons. Sebastiano Huber, dell'archid. di Monaco e Frisinga.
» » » Mons. Giuseppe Romunde, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Ludovico Eugenio Ernesto Julien, dell'archidiocesi di Rouen.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 novembre 1916. ÀI sig. Rodrigo Saavedra y Pineut, marchese di Villalobar e Ministro di Spagna a Bruxelles.
17 dicembre » Al sig. Gustavo de Lamarzelle, senatore francese.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 dicembre 1916. Al sig. marchese Paolo Viti Mariani, di Roma.
2 » » Al sig. avv. Luigi Salvi, della diocesi di Bergamo.
5 » » Al sig. Edoardo Eyre, dell'archidiocesi di Westminster.
14 » » Al sig. Giuseppe Emanuele Perez Sarmiento, console generale di Colombia a Cadice e nelle isole Canarie.
15 » » Al sig. conte Pietro Chiassi, di Roma.
» » » Al sig. avv. Enrico de Grandmaison, dell'archid. di Rouen.
» » » Al sig. avv. Maria Andrea Bégouen, della medesima archid.
» » » Al sig. Enrico Lafosse, della medesima archidiocesi.
19 » » Al sig. Carlo Candiani, del Patriarcato di Venezia.
» » » Al sig. avv. prof. Emilio Pesenti, del medesimo Patriarcato.
21 » » Al sig. dott. Saverio Gatti, della diocesi di Ascoli Satriano e Cerignola.
» » » Al sig. cav. Antonio Caggese/ della medesima diocesi.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

28 novembre 1916. Al sig. Edoardo Settimio Graham, comandante d'artiglieria nelle truppe inglesi del Vicariato Apostolico di Sierra Leone.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 dicembre 1916. Al
» » » Al
» » » Al
medesima diocesi.
10 » » Al
» » » Al
14 » Al
» » » Al
diocesi,
15 » » Al cetano Ri
di Roma.
» » » Al
» » », Al
» » » Al
» » » Al

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

12 dicembre 1916. Al sig. Gioacchino De Sena, tenente della Guardia Palatina.
» » » Al sig. Luigi Mungo, tenente della Guardia Palatina.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

13 dicembre 1916. AI sig. Romeo Forti, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, ÍI Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

29 novembre 1916. Mons. Fortunato Fonseca, della diocesi di Alife.
» » » Mons. Augusto Curi, dell'archidiocesi di Fermo.
» » » Mons. Giovanni Cicconi, della medesima arehidiocesi.
1 dicembre » Mons. Giulio Bilabini, della diocesi di Bergamo.
» » » Mons. Paolo Merati, della medesima diocesi.

2	*dicembre*	*1916.*	Mons. Giovanni Testa, di Roma.
3	»	»	Mons. Eugenio Gruberskiski, della diocesi di Plock.
»	»	»	Mons. Francesco Kuligowski, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Adamo Koszutowski, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Giuseppe Michnikowski, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Casimiro Targowski, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Giovanni Roslowicz, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Adamo Maciejowski, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Boleslao Wìostowski, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Leone Goscicki, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Mariano Kowalski, della medesima diocesi.
»	>	»	Mons. Valentino Zaluska, della medesima diocesi.
»	»	».	Mons. Filippo Griva, dell'archidiocesi di Torino.
»	»	»	Mons. Bartolomeo Campana, della diocesi di Cuneo.
»	»	»	Mons. Giuseppe de Vio, dell'archidiocesi di Gaeta.
18	»•	»	Mons. Edwino Michele Angelo, dell'archidiocesi di Madras.
»	»	»	Mons. Luigi Colantoni, della diocesi de' Marsi.
19	»	»	Mons. Giovanni Costantini, del Patriarcato di Venezia.
5	*gennaio*	*1917.*	Mons. Alfonso Gentile.

Camerieri oV onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

1	*dicembre*	*1916.*	Il sig. cav. Salvatore Parisi, di Roma.
3	»		Il sig. Maurizio Musso, dell'archidiocesi di Torino.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

20 novembre 1916. Mons. Gioacchino G. de Bustamante, della diocesi di Vieh.

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S.:*

3 dicembre 1916. Mons. Ceslao Konarzewski, della diocesi di Plock.

NECROLOGIO

14	*dicembre*	*1916.*	Mons. Giuseppe Staiti di Brancaleone, vescovo di Andria.
17	»	»	Mons. Giuseppe Cecchini, dei Predicatori, arcivescovo di Taranto.
20	»	»	Mons. Enrico Monnier, vescovo titolare di Lidda.
»	»	»	Mons, Emilio Parodi, arcivescovo di Sassari.
6	*gennaio*	*1917.*	Mons. Carlo Giuseppe Gentili, arcivescovo di Agra.

Annus IX - Vol. IX Die 1 Februarii 1917 Num. *2*

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CANONICI PRO TEMPORE ECCLESIAE SS. GELSI ET IULIANI DE URBE « CAPELLANI SECRETI HONORIS» IN PERPETUUM ^ENUNTIANTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Templa huius almae Urbis Nostrae, quae antiquitate pariter ac nobilitate commendentur, ex more institutoque Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum praecipuis privilegiis atque honoribus cumulanda censemus. In sacrarum huiusmodi aedium numerum eam imprimis referre licet, quae ad pontem Aelium posita ac SS. Celso et Iuliano Martyribus dicata, inter principes Urbis Paroecias locum obtinuit, et a priscis temporibus Cappellae pontificiae titulo decoratur. Peculiare autem est eius ornamentum Canonicorum Ordo, in illa antiquitus constitutus, qui modo iustis de caussis ad S. Ioannis Florentinorum in Via Paullina translatus, Deo laudes heic persolvit, ac cetera pietatis conficit officia. Cum igitur vetus eadem Conlegiata Ecclesia SS. Gelsi et Iuliani Pontificiae Cappellae nomine merito utatur, aequum ac peropportunum esse duximus precibus Capituli, quod ad eam pertinet, obsecundare et canonicos ipsos ad potiorem dignitatis gradum promovere. Quare, praesentium tenore, Apostolica Auctoritate Nostra, universos ac singulos Canonicos pro tempore Ecclesiae SS. Celsi et Iuliani de Urbe intimos Aedituos Nostros ad honorem, seu, uti dicunt, « Capellanos secretos honoris » perpetuum in modum facimus, consti-

tuimus, renuntians us, eisque ideo omnia et singula iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta concedimus ac largimur, quibus alii huiusmodi titulo insignes utuntur, fruuntur, vel uti frui possunt ac poterunt. Certa denique nitimur spe, idem Canonicorum Çonlegium, Pontificiae benevolentiae hoc auctum testimonio, non minore studio ac sollertia, in nova ipsius, quam supra diximus, mansione, religionis decus provehendum curaturum. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque rite iudicandum esse et definiendum, atque irritum et inane si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xvi octobris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

P. CARD. GASPARRÍ, *a Secretis Status.*

II

ECCLESIA S. MICHAELIS ARCHANGELI CIVITATIS « PIANO DI SORRENTO » TITULO SIMPLICIS BASILICAE DECORATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — tempia Dei tum vetustate, tum artis operibus, tum populi religione maxime veneranda, Romanorum Pontificum Decessorum.Nostrorum vestigiis haerentes, peculiaribus honoribus illustrare satagimus. Iamvero compertum nobis est intra fines Archidioecesis Surrentinae, in Civitate « Piano di Sorrento », cui vulgo nomen, exstare Aedem Deo sacram in honorem S. Michaelis Archangeli, quae circiter decimo saeculo condita, et molis amplitudine conspicua, omnigenae artis, in dies auctis, mirandis operibus, nec non praedivite supellectili referta, inter praecipua illius Archidioecesis christiana tempia merito recensetur. Labentibus annis Paroeciae titulo ac iuribus ornata, saeculo vertente xvui, a rec. meni. Benedicto PP. XIII, Praedecessore Nostro, ad Insignis Conlegiatae gradum evecta quidem fuit. Ea ipsa in Ecclesia Clerus et populus avitam.fidem ac pietatem splendidis testi-

monüs significantes, plura religionis et spectatae caritatis opera canonice instituenda ac liberaliter promovenda curarunt. Nunc autem cum Capitulum, Clerus, administratores popuiusque oppidi eiusdem « Piano di Sorrento », Nos enixis precibus flagitent, ut ipsam sacram Aedem curialem et Conlegiatam a S. Michaele Archangelo Basilicae titulo cohonestare dignemur, hasque pias preces cumulet atque ornet gravissimum suffragium Archiepiscopi Surrentini, Nos hisce optatis concedere ac satisfacere non dubitamus. Quae cum ita sint, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, traditum a Romanis Pontificibus morem hac in re sequuti, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium tenore, Insignem Conlegiatam Ecclesiam S. Michaelis Archangeli Civitatis << Piano di Sorrento » titulo simplicis Basilicae decoramus, cum privilegio deferendi tintinnabulum et conopeutn (addito Ecclesiae stemmate), non tamen auro vel argento ornatum, et cum iure praecedentiae pro illius Capitulo supra ceteras Conlegiatas Ecclesias etiam antiquiores, tantummodo intra fines eiusdem Paroeciae S. Michaelis. Volumus autem ac iubemus, omnia, quae Litteris hisce nostris statuimus ac declaramus, rata et firma uti sunt, ita et in posterum fore, irritumque et inane futurum decernimus quidquid super his, a quoquam, quavis auctoritate, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die x decembris MCMxrv, Pontificatus Nostri anno primo.

P. Card. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

CONSOCIATIO VULGO « DELLE DAME SACRAMENTINE » DICTA, QUAE CATANAE EXSTAT, IN ARCHISODALITATEM ERIGITUR, CUM FACULTATE AGGREGANDI IN OMNIBUS DIOECESIBUS SICILIAE INSULAE.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum antiquius nihil sit Nobis, quam ut fidelium pietas erga Sacramentum Augustum magis magisque in dies augeatur, ita pia sodalitia, ad huiusmodi finem instituta, propensa prosequimur voluntate, eaque novis privilegiis libenter cumulamus.

Preces igitur devotae mulierum Consociationis vulgo « delle Dame Sacramentine » dictae, quae Catanae in S. Euplii anno MGM canonice erecta fuit, atque a rec. mem. Leone XIIÍ Dec. Nostro gratiis locupletata, eo benignius excepimus, quod ipsa non modo sibi proponit crebris visitationibus Dominicum Corpus venerari, sed fideles etiam ad summos huic amoris mysterio tribuendos honores invitat atque hortatur. Quo consilio Sodalitas tam uberes fructus edidit, ut fel. rec. Pius PP. X Decessor Noster eam, nonnullis indulgentiis auctam, potestate donaverit alios cognomines in cuncta Archidioecesi Cataniensi coetus aggregandi. Nunc autem cum eadem institutio longe lateque per totam Siciliani insulam, Deo favente, sit progressa, Nos honores ac privilegia, iam ei merito delata, iucundo quidem animo amplificamus. Quae cum ita sint, ex voto etiam ac suffragio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Decretis Tridentini Concilii interpretandis, praesentium tenore, Apostolica Auctoritate Nostra, supradictam Primariam mulierum Sodalitatem, vulgo « delle Dame Sacramentine >> nuncupatam, atque in Aede S. Euplii Civitatis Cataniensis exsistentem, in Archisodalitatem cum solitis privilegiis perpetuum in modum erigimus et instituimus. Archisodalitatis autem sic erectae officialibus et sodalibus praesentibus ac futuris, ut alias quaslibet Sodalitates eiusdem nominis et instituti, in omnibus Dioecesibus insulae Siciliae hactenus erectas, vel in posterum erigendas, servata tamen forma Constitutionis Clementis PP. VIII Decessoris Nostri, aliisque Ordinationibus desuper editis, aggregare, et cum illis universas ac singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, ipsi Sodalitati, in Archisodalitatem a Nobis erectae, a Sede Apostolica concessas, quae aliis sint impertiendae, communicare licite possint ac valeant, pari Auctoritate Nostra, hisce Litteris, perpetuo item concedimus et largimur. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat, vel spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die VIII ianuarii MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

P. CARD. GASPARRT, *a Secretis Status.*

IV

PLENARIA INDULGE **NT f** A CONCEDITUR PRO FESTO BB. **AGATHANGiLI ET CASSIANf.**

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. -•- Benigne annuentes piis precibus nobis porrectis a Procuratore Generali Ordinis Minorum S. Francisci Capulatorum, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu qui ubique terrarum sitam quamlibet Ordinis Ecclesiam die VII mensis augusti, quo BB. Agathangeli et Cassiani festum recolitur, a medietate diei praecedentis ad occasum usque solis ipsius diei, quotannis, admissorum confessione expiati atque Eucharisticis dapibus refecti, visitent, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum: preces effundant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus, qua liceat animarum vita functorum fidelium labes poenasque etiam expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xi augusti MCMXV, Pontificatus Nostri anno primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

CONCEDUNTUR PLENARIAE ET PARTIALES INDULGENTIAE SODALITATIBUS SUB TITULO « FOEDUS MISSAE QUOTIDIANAE » IN HIBERNIA ERECTIS VEL ERIGENDIS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum in sancta Altaris Hostia Christus Redemptor Noster pretiosi sui Sacrificii memoriam Nobis reliquerit, ita nihil antiquius esse ducimus, quam ut fideles persaepe

Sacro intersint, eiusque mysteria excolant, atque adorent. Laeto igitur accepimus animo in insula Hibernia usque a fidei primordiis pium erga Sacrosanctam Missam viguisse cultum, qua, saeviente dira adversus catholicos persecutione, magis magisque in .dies crevit: populus enim non sine magno vitae discrimine rei divinae tum in montibus, tum in speluncis nunquam interesse desistebat. Quae eximia religio in tempus felicius producta effecit, ut ibi pia Sodalitas institueretur sub titulo « Foedus Missae quotidianae » atque ei quamplurimi fideles uberi cum fructu nomen darent, id praecipue promittentes, omni ope se esse nisuros, ut singulis diebus Missam audirent. Quare, ad frugiferum huiusmodi opus vehementer augendum, Venerabilis Frater Gulielmus, Archiepiscopus Dublinensis et Hiberniae Primas, qui eandem Consociationem iam in templo Clericorum Regularium a Societate Iesu in sua Dublinensi Civitate canonice erexerat, supplices Nobis nunc adhibuit preces, ut eam caelestibus thesauris locupletare dignaremur. Et nos, quibus sane cognitum et perspectum est quot quantaque fidelibus ex hoc devoto usu Sacro saepenumero adstandi oriantur beneficia, illud imprimis, quod ii mystico Epulo facilius se reficiant, luculenta eiusdem Antistitis vota benigne excipienda existimavimus. Quae cum ita sint, de omnipotentis Dei misericordia ac SS. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus ac singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui Sodalitates titulo « Foedus Missae quotidianae » in quavis Hiberniae Dioecesi a respectivo Ordinario vel erectas, vel in posterum erigendas, posthac ingredientur, die prima eorum ingressus, si vere poenitentes et confessi SSmum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam; ac sodalibus tam descriptis, quam in iisdem Consociationibus pro tempore describendis, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, etiam plenariam; nec non praedictis nunc et pro tempore earumdem Consociationum exsistentibus sodalibus, qui quolibet anni mense saltem novem diebus continuis Missae interfuerint, atque uno quo cuique libeat ex hisce novem diebus vere poenitentes et confessi Sacra se Communione refecerint, ac durante Missa pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus ac largimur. Praeterea iisdem Sodalibus, qui, corde saltem contriti, quovis profesto die Missam audiverint, eaque durante, ut praefertur, oraverint, septem annos totidemque quadragenas;

iis autem sociis, qui quodlibet pietatis vel caritatis opus, ex dictarum Sodalitatum praescripto, peregerint, centum dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes: et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, excepta plenaria indulgentia in articulo mortis lucranda, etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse, indulgemus. Denique Apostolica Auctoritate Nostra concedimus, ut .Missae ad quodlibet Altare pro anima cuiusvis sodalis celebrandae, animae ipsi perinde suffragentur ac si ad privilegiatum Altare fuissent celebratae. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xvi septembris MCMXV, Pontificatus nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VI

CONCEDITUR SEMINARIO ARCHIEPISCOPALI BONAERENSI POTESTAS CONFERENDI ACADEMICOS GRADUS IN PHILOSOPHIA ET IN S. THEOLOGIA.

BENEDICTUS PP, XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Divinum praeceptum, quod Christus Redemptor noster in Caelum ascendens Apostolis dedit suis « Euntes docete omnes gentes » eorum successoribus atque imprimis Romano Pontifici continenter persuasit, ut scientiam de Deo pertractantem atque alias disciplinas, ad viam ei comparandam idoneas, probate naviterque tradendas quam maxime curarent. Hisce enim studiis sacri ministri confirmati, religiosa vera satius faciliusque tuentur et adserant ac fructuose in Domino propagant. Quo consilio adducti Reipublicae Argentinae Praesules ex votis plenarii Episcoporum Americae Latinae Concilii, in hac Alma Urbe Nostra anno MDCCCIC feliciter celebrati, Seminarium, in principe Civitate Bonaerensi a fundamentis erectum,

scholis omnibus a grammaticae primordiis usque ad universam Theologiam sollertissime instruxerunt. Cum autem ad maiorem huic Athenaeo splendorem conciliandum nil aliud supersit, quam ut Ephebi, in spem Ecclesiae adolescentes, ad studia, rite constituta, praemiis et honoribus excitentur, praeclari iidem Sacrorum Antistites summis unanimisque precibus a Nobis petierunt, ut, facultatibus Philosophiae et S. Theologiae canonice ibidem erectis, Bonaerensi Archiepiscopo privilegium largiremur gradus academicos in utraque disciplina iis conferendi alumnis, qui, studiorum curriculo cum laude emenso, huiusmodi ascensionis digni iudicentur. Nos autem, omni hac re cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Studiis regundis sedulo ac mature perpensa, quum et Nobis et ipsis Fratribus cognitum exploratumque sit, in Seminario de Buenos-Aires studia inferiora satis apte esse ordinata, superiora, idest Philosophiam et S. Theologiam ad instar Gregorianae Universitatis de Urbe esse constituta, atque illud praeterea sive magistrorum peritia, sive discipulorum copia et frequentia, sive etiam ceteris praesidiis omnibus, quae ad scholam pertineant, amplissime commendari, porrectas Nobis preces benigne excipiendas censuimus. Quare, praesentium tenore, facultates Philosophiae et S. Theologiae in Archiepiscopali Bonaerensi Seminario Apostolica Auctoritate nostra perpetuum in modum canonice, cum omnibus et singulis iuribus ac praerogativis, quae hisce institutionibus ab hac S. Sede probatis tribui solent, erigimus, et erectas fore declaramus. Pari Auctoritate Nostra Archiepiscopo Bonaerensi potestatem ad quadriennium facimus, cuius vi gradus academicos, scilicet Baccalaureatum, Licentiam et Lauream sive in Philosophia sive in S. Theologia iis dumtaxat alumnis conferre queat, qui eiusdem Seminarii scholas rite celebraverint, dummodo tamen leges in Universitate Gregoriana huius Almae Urbis Nostrae vigentes religiose inibi serventur, ac Decuriales Doctores utriusque scientiae supradictae germanam Divi Thomae doctrinam adamussim sequantur, strenue vindicent atque illustrent, prout Romani Pontifices Decessores Nostri semel atque iterum sollemniter mandarunt. Denique volumus, ut, ex more, Archiepiscopus Bonaërensis, post absolutum praefatum quadriennium, Sacram Congregationem Nostram Studiis moderandis diligenter edoceat tum de peracta huiusmodi graduum collatione,-tum de ceteris omnibus, notatu dignis, quae ad studiorum rationem spectare existimentur. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis iudicandum esse ac definien-

dum, atque irritum et inane si secus, super his, a quopiam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxni decembris MCMxv, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

Vii

TEMPLUM B. M. V. VULGO " DEL PINO „ IN URBE « LAS PALMAS », CANARIENSIS DIOECESEOS, AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM IN PERPETUUM EVEHITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Eximia fidelium erga Deiparam Virginem religio ubique semper causa fuit, cur magnifica Eidem templa dicarentur, in quibus pietas et ingenium certarent splendidiore tantam Matrem cultu venerari. Ita etiam in Urbe Principe Canadensis Dioecesis vulgo « Las Palmas » nuncupata, Aedes exsistit, quae, labente saeculo decimo quinto exstructa ac B. Mariae Virginis sub titulo « del Pino » consecrata, primum exeunte saeculo decimo septimo, deinde nostrae aetatis temporibus tam munificis artis operibus exornata fuit, ut sive amplitudine sive venustate, post Cathedralem Ecclesiam, ceteris omnibus templis facile praestaret. Huc accedit, quod et Clerus, qui apud eandem Aedem, divite supellectile abunde instructam, sua munia studiose diligenterque expiet, et piae Sodalitates a Sacramento Augusto, a Sacratissimo Corde Iesu, a B. Maria Virgine de Rosario appellatae et canonicae institutae, nec non tum iuvenum tum puellarum Consociationes, ac denique Adoratio nocturna, quae singulis per annum Sabbatis celebrari ibidem consuevit, huiusmodi templi sacra lueulentiora efficiunt, illudque aptum reddunt, quod novis honoribus privilegiisque cumuletur. Opportunum igitur ducimus preces Venerabilis Fratris Angeli Marquina et Corrales, Episcopi Canadensis, qui Nobis vota quoque Cleri populique significavit, benigne excipere, et, de consilio etiam V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus tuendis, praedictam Aedem, iam ab hac Apostolica Sede gratiis et indulgentiis ditatam, exoptato nunc favore locupletare. Quare, hisce Litteris Nostris, templum Deo dicatum in honorem Deiparae Virginis vulgo « del Pino » quod in Urbe « Las Pal-

« mas » intra fines Canariensis Dioeceseos exstat, ad Basilicae Minoris dignitatem perpetuum in modum Apostolica Auctoritate evehimus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta, quae minoribus huius Almae Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari : sicque iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane si secus super his, a quopiam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xin ianuarii MCMxvi, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VIII

« PARVUM SANCTUARIUM MARIAE VIRGINIS PERDOLENTIS VULGO " AL FIUMICELLO „ », QUOD NEAPOLI EXSTAT, PONTIFICIO COGNOMINE PERPETUO DECORATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Romani Pontifices Decessores Nostri, ut Christiani populi religio ac pietas erga Deiparam Virginem magis magisque augescerent in dies, Eius tempia, a fidelibus apprime celebrata, honoribus ac privilegiis ditare consueverunt. Itaque cum fel. rec. Pius PP. X compertum haberet Neapoli sacram Aedem B. Mariae Virgini Perdolenti dicatam, ac vulgo « al Fiumicello » dictam, magno fidelium concursu frequentari, eiusque famam, ob gratias a Dolorum Matre concessas, quotidie percrebuisse, atque etiam esse procul inde perlatam, Neapolitano Praesuli, iam de ipsa Aede optime merito, facultatem libenter fecit, ut simulacrum eiusdem B. Virginis, ibidem religiose asservatum, aurea corona redimirei. Quod in Metropolitano templo die iv septembris anno MCMX Summi Pontificis nomine et auctoritate ab eodem Cardinali Antistite sollemniter peractum fuit. Et Nos ipsi, qui de his omnibus edocti eramus, ac nihil antiquius esse ducimus, quam ut fideles excitemus ad excolendos Dei Matris Dolores, et maxima cum

fide Eius opem implorandam, hodierni Aedis Rectoris preces benigne excepimus, ac die postremo anni MCMXIV titulum « Parvi Sanctuarii Mariae Virginis Perdolentis vulgo " al Fiumicello „ » pro hac Aede usu receptum, Apostolica Auctoritate Nostra ratum habuimus atque omnino confirmatum. Nunc vero, cum novae sint Nobis adhibitae preces, ut devotione perspecta quae erga idem Sanctuarium longe lateque diffunditur, potiore illud privilegio cohonestare dignaremur, Nos, quibus sane persuasum est, hanc ampliorem benevolentiae Nostrae significationem in uberius animarum emolumentum cessuram, piis huiusmodi votis annuendum existimavimus. Quare, praesentium tenore, parvum, quod praefertur, Sanctuarium, Apostolica Auctoritate Nostra, Pontificii cognomine perpetuo decoramus, pariterque concedimus, ut illud in publicis privatisque tabulis et Apostolicis quoque Litteris splendido hoc titulo dici et nuncupari libere liciteque possit ac valeat. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri ac obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane si secus super his, a -quopiam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xvm ianuarii MCMxvi, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IX

CONFRATERNITAS SUB TITULO « LIGUE DE L'ÉVANGILE », IN OPPIDO « MONTMAGNY » DIOECESEOS VERSALIENSIS CONSTITUTA, IN ARCHISODALITATEM PERPETUO ERIGITUR, CUM FACULTATE AGGREGANDI UBIQUE TERRARUM.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Nihil est profecto magis idoneum ad fidem, pietatem ac virtutem in hominibus excitandas, quam cognitio Sancti Evangelii, perpetui veritatis fontis et principii. Atque ut terrarum incolas bonam hanc notitiam docerent, Christus Redemptor Noster suos misit Apostolos: « Euntes in mundum universum, praedicate Evange-

lium omni creaturae » (Marc, XVI, 15), et divino instinctu animos eorum concitavi!, qui Evangelium exararent, ut hic vitae liber, qua par esset veneratione, ubique gentium perlegeretur. Plurimum igitur Christianorum refert huiusmodi veritatis codicem possidere, eum cum sua quemque familia persaepe evolvere ac meditari, et salutaria illius praecepta quam maxime servare. Quae cum ita sint, valde gaudemus quod anno MDGCCXGI, in Sacello Deiparae Virgini Lapurdensi dicato, oppidi cui vulgo nomen « Montmagny » Dioeceseos Versaliensis, pia Sodalitas « Ligue de l'È vangile » nuncupata instituta sit, ac postea, ex optato, rec. mem. Pii PP. X Decessoris Nostri, in Confraternitatem anno MGMXI rite erecta. Neque minore novimus laetitia hanc Consociationem, quae eo praecipue spectat, ut S. Evangelii cognitio longe lateque diffundatur, eiusque mandata fideliter adimpleantur, ab eodem Decessore Nostro multis indulgentiis locupletatam fuisse. Praeterea cum in quarto nationum conventu, Parisiis anno MCMXIII pro ipsa institutione celebrato, tum dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales Amette et Mercier, tum plures Episcopi ibidem similiter adstantes, aliorum decem Purpuratorum Principum suffragiis fulti, votum fecerint, ut huiusmodi Confraternitas Archisodalitatis titulo ac privilegiis augeretur, cumque Versaliensis Antistes haec Nobis desideria recens significaverit, Nos hisce precibus libenti quidem animo obsecundamus. Quare, de consilio etiam VV.. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Decretis Concilii Tridentini interpretandis, praesentium tenore, Apostolica Auctoritate Nostra, piam, quam supra memoravimus, Confraternitatem, quae vulgo « Ligue de l'Evangile » dicitur atque in oppido « Montmagny » Dioeceseos Versaliensis exsistit, in Archisodalitatem perpetuum in modum et cum consuetis privilegiis erigimus atque instituimus. Archisodalitatis autem, ita erectae, officialibus et sodalibus nunc et pro tempore exsistentibus, ut alias quaslibet Sodalitates eiusdem nominis et instituti ubique terrarum canonice erectas, vel in posterum erigendas, servata tamen forma Constitutionis Clementis VIII Decessoris Nostri, aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare, et cum illis omnes ac singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes ipsi Sodalitati, nunc a Nobis in Archisodalitatem erectae, ab hac S. Sede concessas vel etiam concedendas, et quae aliis impertiri queant, communicare licite possint ac valeant, eadem Apostolica Auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, perpetuo item indulgemus ac largimur. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime

suffragari; sicque iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XVI februarii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

X

PRECES QUAEDAM AD ECCLESIAE UNITATEM A DOMINO IMPETRANDAM INDULGENTIIS DITANTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum omni tempore interfuit, atque item Nostra plurimum refert, ut Christiani, qui a Catholica Religione acerbe desciverint, ad eam tandem, utpote ad derelictam matrem, revocentur. In unitate enim fidei praecipua enitet Ecclesiae veritatis nota, neque aliter Paulus Apostolus Ephesios ad spiritus unitatem in vinculo pacis servandam hortatur, quam praedicando unum esse Dominum, unam fidem, unum baptisma (IV, 5). Iucundo igitur accepimus animo, a Sodalitate, quam « Expiationis » vocant, Neo-Eboraci instituta, preces propositas esse, a festo Romanae Cathedrae B. Petri usque ad festum Conversionis S. Pauli recitandas, ut hic unitatis finis a Domino impetraretur, et gavisi pariter sumus, quod huiusmodi preces a rec. mem. Pio PP. X benedictae et a Sacrorum Americae Antistitibus approbatae, in Foederatos Status iam sint longe lateque diffusae. Itaque ut, ad optatum exitum facilius consequendum, supradictae preces ubique gentium et cum uberi animorum fructu Deo adhibeantur, Nos, auditis etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Ihquisitoribus Generalibus, omnibus ac singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui ubique terrarum a die duodevicesimo mensis ianuarii, Komanae Cathedrae B. Petri sacro, usque ad diem quintum et vicesimum eiusdem mensis, quo S. Pauli recolitur Conversio, eas, quae subiiciuntur, preces semel in die quotannis recitaverint, ac postremo huius octidui die, vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti et quavis Ecclesia vel publico Oratorio visitato, ibidem

pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus ac largimur. Veniam praeterea tribuimus, cuius vi ad praedictam plenariam lucrandam indulgentiam, admissa rite expiari ac S. Synaxis suscipi, nec non visitatio peragi etiam festo Cathedrae S. Petri Romae, licite queant. Insuper iisdem fidelibus, qui, corde saltem contriti, quolibet ex octo memoratis diebus easdem preces dixerint, ducentos dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse indulgemus. Praesentibus perpetuo valituris. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Preces autem in octiduo, quod supra statuimus, pro Ecclesiae unitate recitandae, hae sunt, et ne quid in eis irrepat immutationis, earum exemplar in Tabulario Brevium Apostolicorum asservari iubemus.

« *Ant.* (Ioannis, XVII, 21): Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in« me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint; ut credat mundus, « quia tu me misisti.

« f. Ego dico tibi quia tu es Petrus.

« RJ. Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

ORATIO.

«Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo « vobis, pacem meam do vobis: ne réspicias peccata mea, sed fidem « Ecclesiae tuae : eandem secundum ^voluntatem tuam pacificare et coa« dunare digneris: qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saecu« lorum.

« RJ*. Amen ».

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxv februarii MCMxv; Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GasPARRi, *a Secretis Status.*

XI

CURÍALE TEMPLUM RHEDONENSE, SUB TITULO SS.MI SALVATORIS ET B. M. V. DE MIRACULIS ET VIRTUTIBUS, BASILICAE MINORIS DIGNITATE IN PERPETUUM COHONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Rliedonensi in Urbe Curialis Ecclesia titulo Ssmi Salvatoris et B. Mariae Virginis de Miraculis et Virtutibus, non modo amplitudine sed etiam omnigenae artis conspicuis operibus praestans, pluribus abhinc saeculis exstat. Vetustissimum Deiparae Virginis, sub enuntiato nomine, simulacrum, prodigiis innumeris clarum, antiqua ibidem religione colitur. Traditum quidem est, summo pietatis affectu ductum, illuc vertente saeculo xvi persaepe venisse Beatum Ioannem Eudes: eandemque aedem sequenti saeculo Beatum Ludovicum M. Grignion de Montfort celebrasse, qui, pari pietate et apostolico studio flagrans, cultum ac devotionem erga B. Mariam Virginem de Miraculis et Virtutibus per Britanniam Minorem et Venetensium regionem longe lateque provexit: neque ignoramus saeculo xvn ipso in templo parochiali, frequenti sociorum numero atque assiduis cultus et pietatis significationibus adhuc florentem, sub eadem Virginis invocatione Sodalitatem fuisse canonice institutam. Templum nuper instauratum atque anno MDCCCCXIII denuo consecratum, divite abundat supellectile, ac summopere enitet ecclesiasticis divinisque muniis, quibus parochus et sufficiens Clerus naviter perfunguntur. Sacrae illius aedis praecipuum decus, prodigiosum nempe Virginis Deiparae simulacrum, anno MDCCCCVIII Decessoris Nostri Pii PP. X rec. me. nomine atque auctoritate, adstantibus pluribus Sacrorum Antistitibus ac Praelatis, ingeniique populi concursu, sollemni pompa redimitum est aurea praedivite corona. Nunc vero cum Venerabilis Frater Augustus Renatus Maria Dubourg, Rhedonensium Archiepiscopus, enixis Nos precibus flagitaverit, ut templum Ssmi Salvatoris et B. Mariae Virginis de Miraculis et Virtutibus ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignemur, Nos, animo repetentes illustres illius Ecclesiae memorias, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi a Sacris Ritibus tuendis praepositis, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum,

supra memoratum Curiale templum Rhedonense, sub titulo Ssmi Salvatoris et B. Mariae Virginis de Miraculis et Virtutibus, Basilicae minoris dignitate ac titulo cohonestamus, omnibus et singulis honorificentiis ac privilegiis eidem attributis, quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinet plene suffragari, irritumque et inane fore, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvn aprilis MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

XII

TITULUS BASILICAE MINORIS PRO PAROCHIALI ECCLESIA RHEDONENSI S. ALBINO EP. ET CONF. AC B. M. V. DE BONIS NUNTIIS DICATA.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Conspicua Dei templa, quae non minus antiquitate et artis splendore, quam potissimum decore, cultu et fidelium celebritate excellant, libenti quidem animo privilegiis honoribusque locupletamus. Haec' itaque Nobis praestare placet Sacrae Aedi Parochiali, quae saeculo decimoquarto in Civitate Rhedonensi exstructa, ac deinde anno octingentesimo octogesimo quarto supra millesimum ampliatis ornatioribusque artis operibus aedificata, sub titulo S. Albini Episcopi et Confessoris ac B. Mariae Virginis de Bonis Nuntiis conservata fuit, et inter Marialia Galliae Sanctuaria est merito recensenda. Vetustissima enim ipsius Deiparae depicta imago ibidem summa religione colitur, quae olim in Coenobio Fratrum Ordinis Praedicatorum de Bonis Nuntiis nuncupata, singulari prorsus devotionis studio honorata fuit, quaeque prodigiis clara, pluries Civitati Rhedonensi rebus in arctis praesto fuit, tum anno MDCCXX furentis incendii vi exstincta, tum etiam postremis hisce temporibus a teterrimi belli cladibus anno MDCCCLXX Civitate incolumi servata. Quare anno MCMVIH amplissimo Sacrorum Anti-

stite adstante, Cleri et populi permagno concursu, sacrae Deiparae Virginis Mariae de Bonis Nuntiis imagini aureum diadema, de mandato rec. me. Pii Papae X Decessoris Nostri, sollemniter fuit impositum. Templo autem sacra supellectile abunde referto, tum Parochus tum huius Vicarii et alii sacris muniis attributi, satis superque inserviunt. Praeterea plures Archiconfraternitates et Sodalitia, canonice ibidem instituta, quae a Ssmo B. Mariae Virginis Rosario, a S. Ioseph, eiusdem Deiparae Virginis Sponso, a S. Anna B. Mariae Virginis Genitrice et a S. Michaele Archangelo nuncupantur, et quibus adiicitur Sodalitas pro fidelibus agonizantibus, eiusdem Sanctuarii cultum decusque adaugent. Cum igitur Venerabilis Frater Augustus Renatus Dubourg, Archiepiscopus Rhedonensis, hisce causis permotus, a Nobis supplex petierit, ut sacrum quod supra memoravimus Curiale templum Basilicae minoris titulo ac dignitate decorare dignaremur, Nos, haec omnia animo reputantes, pulcherrimum hoc artis et Gallicae pietatis monumentum honoribus ac privilegiis propensa voluntate cumulamus. Quare, de consilio etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus tuendis praepositorum, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium tenore, Parochialem Ecclesiam Rhedonensem sub titulo S. Albini Episcopi et Confessoris ac B. Mariae Virginis de Bonis Nuntiis Basilicae minoris titulo perpetuum in modum exornamus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta quae minoribus huius Almae Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque iudicandum esse et definiendum, atque irritum et inane si secus super his, a quopiam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvn aprilis MCMxvi, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

XIII

SODALITIO A CATHOLICA VERITATE, VULGO « CATHOLIC TRUTH SOCIETY », IN ANGLIA INSTITUTO, PARTIALES AC PLENARIAE INDULGENTIAE CONCEDUNTUR, ADDITIS PECULIARIBUS PRIVILEGIIS PRO SOCIIS SACERDOTIBUS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus Filius Noster Franciscus S. R. E. Presbyter Cardinalis Bourne, ex dispensatione Apostolica Westmonasteriensis Archiepiscopus, refert ad nos canonice in Anglia erectam exstare piam Sodalitatem a Catholica Veritate, vulgo *Catholic Truth Society,* frugiferum ad finem christiani nominis res provehendi, ac potissimum diffusione bonorum librorum religionis Catholicae veritatem tuendi atque asserendi. Addit Purpuratus idem Princeps, Societatem enunciatam, quam ipse moderatur, nonnullis ab hac S. Sede indulgentiis fuisse auctam, nunc vero in votis sibi admodum esse, ut alias iam concessis addere simulque omnes et singulas in perpetuum proferre dignemur. Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut piae Societates, quae militantis Ecclesiae ministros, quasi auxiliariae cohortes, in bono decertando certamine adiuvant, peculiaribus ornentur privilegiis, votis his piis annuentes, indulgentias ac spirituales gratias, ut infra, tum confirmamus in perpetuum, tum, quatenus opus sit, de integro largimur. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus qui Societatem supra memoratam a Catholica Veritate tuenda in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti in propria Societatis Ecclesia, si adsit, secus in alia quavis publica Aede sive Sacello, pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam; ac tam descriptis quam in posterum eadem in Societate adscribendis fidelibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si admissorum sacramentali exomologesi expiati atque Angelorum dapibus refecti, vel, quatenus id agere nequiverint, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium submisso animo receperint, etiam plenariam; tandem similiter omnibus et singulis nunc et in poste-

rum exsistentibus dictae Societatis sodalibus, qui singulis anni festis diebus coelestium Societatis eiusdem Patronorum, nempe die octavo mensis decembris, quo immaculatae Conceptionis Virginis Mariae festum agitur, ac die festo S. Ioseph, nempe die xix mensis Martii, item festivitatibus S. Petri in Vinculis, i augusti, S. Matthaei, xxi septembris, et S. Barnabae,xi iunii, vel Dominicis immediate respective sequentibus, a medietate diei praecedentis ad mediam usque noctem diei festi, propriam, si reperiatur, Ecclesiam Societatis, secus quodvis aliud templum sive Sacellum publicum, similiter poenitentes, confessi atque Eucaristica mensa recreati celebrent, ibique preces, uti superius diximus, fundant, quo ex his die id agant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper dictis Sodalibus, nunc et in posterum in Societate a Catholica Veritate exsistentibus, quo per annum die, contrito saltem corde, precem sequentem, latino vel quovis alio idiomate, dummodo versio fidelis sit, recitent: «*Ant.* Tu es Pastor ovium, Princeps Apostolorum, tibi traditae sunt « claves Regni coelorum. - *f.* Tu es Petrus, - **RJ**. Et super hanc petram « aedificabo Ecclesiam meam. — *Oremus.* Subleva nos, quaesumus, « Domine, per Apostolicam Virtutem B. Petri Apostoli tui ; ut, quo debi« liores sumus in nobis ipsis, eo validius sit praesidium, quo, ipso inter« cedente, firmemur, quatenus sic protegente Apostolo tuo roborati, « nunquam peccato cedamus, nec adversis opprimamur. Per Christum « Dominum nostrum. Amen », trecentos dies; et quoties, contrito pariter corde, Sanctissimum Eucaristiae Sacramentum visitent, et coram Ipso iuxta fines *Catholic Truth* Societatis orent, item trecentos die de numero poenalium ; quo autem per annum die quolibet modo ad Catholicarum Veritatum diffusionem per eandem *Catholic Truth* Societatem cooperentur, doxologiam sive « Gloria Patri » semel recitantes, de numero similiter poenalium dierum in forma Ecclesiae consueta centum expungimus. Ad haec largimur omnibus et singulis sodalibus, si malint, liceat (excepta iugiter indulgentia in mortis articulo lucranda) omnibus aliis, quas recensuimus, tam plenariis quam partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Praeterea tam addictis in praesens, quam in posterum ipsam in Societatem a Veritate Catholica adlegendis Sacerdotibus, facultatem facimus benedicendi unico Crucis signo coronas precatorias, Cruces, Crucifixos parvasque ex metallo tum Redemptoris, tum Virginis, tum Sanctorum statuas, eisque adplicandi indulgentias Apostolicas omnes quae in elencho a Suprema Congregatione S. Officii die v septembris MCMLXIV edito numerantur; pariterque veniam tribuimus, benedicendi Crucifixos cum applicatione indulgentiarum quae a

Via Crucis, sive Calvariae, appellantur, et quas lucrari poterunt sodales qui, legitime impediti quominus ante Stationes canonice erectas se sistant, Crucifixum ipsum manu gerentes, bis decies Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam atque doxologiam, sive « Gloria Patri », devote recitent. Fas etiam sit Sacerdotibus, tam inscriptis, quam in posterum dicta in Societate inscribendis, bis in hebdomada Missae, quam pro defunctis celebrent, Altaris indulgentiam applicare. Tandem defunctorum eiusdem Sodalitatis a Catholica Veritate tuenda sociorum animas in Purgatorio igne detentas adiuvare cupientes, concedimus atque indulgemus ut Missae omnes, quae ad quodvis cuiuslibet Ecclesiae Altare pro anima cuiuscumque sodalis dictae Societatis, quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, per quemvis Sacerdotem adprobatum saecularem seu, de Superiorum suorum licentia, regularem, rite celebrabuntur, animae pro qua litatae fuerint, perinde suffragentur, ac si ad privilegiatum Altare fuissent peractae. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die n maii MCMxvi, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

XIV

CHRISTIFIDELIBUS LOCI « PERTH », DIOECESIS DUNKELDENSIS, TER SALUTATIONEM ANGELICAM: PRO SCOTIAE CONVERSIONE RECITANTIBUS, NONNULLAE INDULGENTIAE CONCEDUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Rector Ecclesiae B. Mariae Virginis de Perpetuo Succursu Congregationis SSmi Redemptoris in oppido *Perth*, Dioecesis Dunkeldensis intra fines, refert ad Nos in memorata Ecclesia pium apud fideles usum invaluisse, ut quotidie ter Salutationem Angelicam pro Scotiae ad veram fidem conversione recitent. Ut

vero tam frugífera devotio magis magisque amplificetur, enixas Nobis enunciatae Ecclesiae Rector humiliter adhibet preces, ut ipsi quotidianae recitationi, sive publice sive privatim habendae, nonnullas de thesauro Ecclesiae indulgentias de Apostolica benignitate largiri dignemur. Nos votis his annuentes, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, de omnipotentis Dei misericordia, ac SS. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus eius loci fidelibus ex utroque sexu, qui saltem contrito corde ter Salutationem Angelicam pro Scotiae ad Religionem Catholicam conversione recitent, quoties id egerint, de numero poenalium in forma Ecclesiae solita trecentos dies expungimus. Iis vero fidelibus, qui per solidum mensem quotidie Salutationem ipsam Angelicam ad enunciatum finem recitent, unoque ipsius mensis die, ad cuiusque lubitum eligendo, admissorum Sacramentali confessione expiati ac coelestibus epulis refecti, publicum quodvis templum sive Oratorium celebrent, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Porro largimur fidelibus ipsis, si malint, liceat plenariis his ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xin maii anni MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

XV

SANCTUARIUM B. M. VIRGINIS MONTIS BERLCI INDULGENTIIS AC PRIVILEGIIS DITATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Basilica B. Mariae Virginis Montis Berici iure nferitoque accensetur praeclarissima inter Sanctuaria, antiqua christiani populi religione celebria. Ut igitur spirituali bono fide-

lium ad illud accedentium quantum in Domino possumus consulamus, placet Nobis iisdem nonnullas indulgentias ac privilegia concedere, sive, quatenus opus sit, Auctoritate Nostra Apostolica confirmare. Quae cum ita sint, de omnipotentis Dei misericordia et BB. Petri et Pauli App. Eius auctoritate confisi, auditisque VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui, admissorum confessione sacramentali rite expiati ac coelestibus epulis refecti, ^quotannis, die festo Immaculatae Conceptionis, Praesentationis, Desponsationis, Annuntiationis, Visitationis, Purificationis B. Mariae Virginis, Dominica cuiusvis mensis prima, die mensis februarii vicesima quinta ac die pariter vicesima quinta mensis augusti, nec non uno mensis augusti die ad cuiusque lubitum eligendo, dummodo piae exercitationi, quam « duodecim Stellarum » vocant, saltem decies interfuerint, a medietate respective praecedentis diei ad mediam usque noctem dierum de quibus supra, Basilicam enunciatam devote visitent, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundat, qua ex praedictis die id agant, plenariam: omnibus vero fidelibus qui, pia peregrinatione suscepta, ad idem Sanctuarium veniant turmatim, si durante tempore peregrinationis eiusdem Eucharisticis epulis recreentur, precesque, ut superius diximus, effundant, etiam plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Ipsis vero fidelibus quo die, contrito saltem corde, in dicto Sanctuario peragendo « duodecim Stellarum » exercitio adstiterint, trecentos dies: quoties vero pedem simulacri S. Petri Principis Apostolorum, in eodem Sanctuario publicae venerationi propositi, corde pariter contrito devote osculentur, toties de numero poenalium dierum in forma Ecclesiae solita quinquaginta expungimus. Porro largimur fidelibus memoratis liceat, si malint, omnibus plenariis ac partialibus indulgentiis, de quibus supra, labes poenasque functorum vita expiare. Ad haec cum in votis Nobis sit nonnulla Altaria Sanctuarii ipsius Apostolico Missarum privilegio augere, tum altare B. Mariae Virginis Montis Berici, tum aliud Altare Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. Mariae Virginis enunciato privilegio ita per praesentes, Auctoritate nostra Apostolica, decoramus, ut Missae quolibet anni die a quovis Sacerdote ad alterutrum e dictis Altare pro defunctis piandis rite litatae, animae pro qua celebratae fuerint perinde suffragentur, ac si fuissent ad privilegiatum Altare, servandis servatis, peractae. Confluentium autem ad Sanctuarium fidelium spirituali emolumento ut consultum uberius sit, Rectori pro tempore Sanctuarii eiusdem aliisque Sacerdotibus necessariis requisitis instru-

ctis, et ab ipso Rectore pro necessitate eventuum designandis, pariter Auctoritate Apostolica facultatem impertimur, unico Crucis signo, intra ambitum tamen enunciati Sanctuarii locorumque adnexorum, Cruces, Crucifixos, Rosaria, Sacra Nomismata, Coronas precatorias ac parvas tum D. N. Iesu Christi, tum Virginis Deiparae, tum aliorum Sanctorum statuas, quae tamen ex metallo constent, benedicendi eisque consuetas applicandi indulgentias. Fas similiter sit Rectori Sanctuarii et Sacerdotibus ab illo delegatis applicandi Coronis precatoriis tum indulgentias quae a S. Birgitta vocantur, tum illas quae a Patribus Crucigeris nominantur. Pariter facultas sit et Rectori et Sacerdotibus, de quibus supra, servatis religiose legibus Ecclesiae, applicandi Crucifixis indulgentiam plenariam, vulgo *toties quoties* seu a quocumque Christifideli in mortis articulo constituto ac rite disposito lucrandam. Tandem indulgemus Rectori pro tempore Sanctuarii nec non Sacerdotibus, uti supra ab ipso designandis, veniam benedicendi unico Crucis signo, absque praescripta formula, Coronas Ssmi Rosarii, nec non Coronas B. Mariae Virginis Perdolentis, eisque respective applicandi indulgentias quae a Patribus Ordinis Praedicatorum et a Patribus Ordinis Servorum Mariae solent adnecti, dummodo tamen eas benedicendi legitima facultate polleant. Tandem, indultum a rec. me. Leone PP. XIII die xi mensis decembris an. MDCCCLXXXV datum confirmantes, eidem Basilicae, servatis consuetis conditionibus, indulgentiam plenariam quotidianam largimur. Verum praecipimus, ut in Sanctuario B. Mariae Virginis Montis Berici, praeter indulgentias ac privilegia quae communia sunt reliquis Ecclesiis Servorum B. Mariae Virginis, illa tantum authentica in posterum censeantur quae Nostris his Litteris describuntur. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium^ facientibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xx maii MCMxvi, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

XVI

ALEXANDRO RUSPOLI, VIRO PRINCIPI, PERINSIGNIS TITULUS MAGNI MAGISTRI HOSPITII PALATII APOSTOLICI TRIBUITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. - Honorificentissimum magisterium Hospitii Palatii Apostolici praenobili familiae de Comitibus, propter egregia illius in Beatissimi Petri Sedem promerita, a Nostris Praedecessoribus una cum officio intimi Cubicularii Romani Pontificis haereditario veluti iure attributum, postremo vetustissimae gentis illius demortuo, primum atavo tuo Francisco, dein avo Ioanni, postea genitori tuo Francisco principibus viris laudatissimis, tandem tibi, dilecte Fili, Nostri Praedecessores concesserunt. Nunc vero cum opportunum Nobis videatur huius amplissimi officii dignitatem augere, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi, Magisterium Hospitii Palatii Apostolici ab officio Cubicularii Romani Pontificis separamus. Idcirco te, qui nonnullis ab annis Magisterio eodem magna laude fungens, e numero Cubiculariorum ab ense et lacerna participantium, quorum es primus, expungimus, tuaeque personae, ab aliis Cubiculariis ita seiunctae atque in proprium et quidem singularem ordinem constitutae, perinsignem titulum Magni Magistri Hospitii Palatii Apostolici tribuimus. Honorem autem ac dignitatem tam conspicuam conferimus tibi, ut antiquam tuam erga Nos et S. Sedem fidem ac praestantia in religionem merita, quibus enites, peculiari Nostrae voluntatis significatione remuneramur. Ac propterea mandamus, ut iura omnia, praecedentiae, aliaque privilegia, quibus frueris, vi munerum quae imples in praesens, immutata serves. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxviii maii MCMXVI, Pontificatus nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status,* •

XVII

CONCESSIO INDULGENTIAE RECITANTIBUS IACULATORIAM PRECEM IN HONOREM B. M. V. VULGO « DI MONTENERO ».

BENEDICTUS PP. XV

Ád perpetuam rei memoriam. — Quae ad fovendam christiani populi devotionem erga gratiarum omnium apud Deum sequestram Virginem conducant, ea pro filiali illa pietate, qua urgemur in eandem Christi Matrem, quantum est situm in Nobis, provehere studemus. Iamvero cum Abbas, Parochus perinsignis Basilicae de « Montenero », gravi suffragio Antistitis Liburnensis suffultas, preces Nobis exhibuerit, ut fidelibus in honorem ipsius Virginis iaculatoriam precem : « Santissima « Vergine di Montenero, pregate per noi », devote recitantibus nonnullas de thesauro Ecclesiae indulgentias adiicere dignemur, Nos optatis his piis concedendum libenti quidem animo existimavimus. Quae cum ita sint, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, quoties contrito saltem corde iaculatoriam enunciatam precem: « Santissima Vergine di Montenero, pregate per noi » quocumque idiomate, dummodo versio fidelis sit, recitent, toties de numero poenalium in forma Ecclesiae consueta trecentos dies expungimus. Porro largimur fidelibus iisdem liceat, si malint, partiali hac admissorum indulgentia functorum vita labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die n iulii MCMxvi, Pontificatus Nostri anno secundo.

Pro Emo Dno Card. Gasparri, a Secretis Status,

N. Sebastiani

a Brevibus Apostolicis.

XVIII

OPUS AB APOSTOLATU CARITATIS, IN DOMO PRINCIPE SORORUM PAUPERUM SENIS CONSTITUTUM, PRIMARIUM DECLARATUR, EIUSDEMQUE PRAEPOSITIS FACULTAS CONCEDITUR AGGREGANDI UBIQUE TERRARUM IN PIIS DOMIBUS EARUNDEM SORORUM PAUPERUM.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. - De more Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum pias fidelium Societates, ad pietatis et caritatis christianae opera exercenda constitutas, ut propositum sibi finem uberius consequi valeant, peculiaribus titulis ac privilegiis ornare atque augere pro re ac tempore satagimus. Nos inter optime merentes Sodalitates iure meritoque accensendam esse comperimus illam ab Apostolatu caritatis, sub S. Catharinae Senensis patrocinio, erectam canonice in domo principe Sororum Pauperum Senensis civitatis. Quare cum hodierna earumdem Sororum Pauperum Antistita Generalis, dilecta in Christo filia Savina Petrilli, Archiepiscopi Senensium gravi suffragio suffultas preces Nobis humiliter adhibuerit, ut Apostolatui ipsi primariam Sedem in dicta principe Sororum Pauperum domo constituere dignemur, addita facultate alias Societates utpote filiales sibi aggregandi, quae sint in ali s eiusdem instituti piis domibus erectae vel erigendae, Nos optatis his annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis pro Concilii Tridentini decretis interpretandis, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, opus ab Apostolatu caritatis sub S. Catharinae Senensis patrocinio, canonice erectum in domo principe Sororum Pauperum, Senis, Primarium declaramus, additis consuetis privilegiis et facultatibus. Praepositis autem nunc et in posterum exsistentibus dicti pii Operis ab Apostolatu caritatis sic per Nos in Primarium erecti facultatem pariter, praesentium tenore, de Nostrae Apostolicae Auctoritatis plenitudine impertimur, ex qua ipsi alias eiusdem nominis atque instituti Societates tam erectas, quam in posterum erigendas in piis domibus Sororum Pauperum ubique terrarum, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII, Decessoris Nostri rec. me., aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, sibi aggregare queant; et cum illis, servatis item servandis, indulgentias omnes et spirituales gratias communicare licite valeant

quae sint rite Primario eidem Operi nunc et in posterum concessae et quae cum aliis possint communicari. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; ipsique pio Operi Apostolatus caritatis nunc et in posterum amplissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex tunc et inane fieri si secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXVIII iulii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

XIX

ERECTIO IN PERPETUUM SODALITATIS A B. M. V. REGINA ANGELORUM, APUD SANCTUARIUM ABBATIAE EINSIDLENSI CONSTITUTAE, IN ARCHISODALITATEM, CUM FACULTATE AGGREGANDI IN TOTA HELVETICA DITIONE.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quum magis necesse nihil sit ad gratias a Domino impetrandas, quam preces Ei et SSmae Eius Genitrici praesertim a congregatis adhibitae fidelibus, laeto ideo accepimus animo etiam in Helvetica Republica piam utriusque sexus fidelium Sodalitatem sub titulo ac patrocinio B. Mariae Virginis Reginae Angelorum canonice erectam esse, ac decoram in Santuario Einsidlensi, eidem Deiparae Virgini dicato, sedem habere. Et omni profecto laude dignus finis videtur, quem ipsa Consociatio sibi proponit, utpote quae ceteras eiusdem nominis atque instituti Confraternitates imitata, supplices pro Summi Pontificis incolumitate atque universae Ecclesiae tuitione Deo preces effundat. Iam enim ab anno MDCCCLXIV prima huiusmodi Consociatio, intra fines Dioeceseos Tolosanae exorta, a fel. rec. Pio PP. IX Decessore Nostro indulgentiis locupletata et in Archisodalitatem pro Gallia erecta fuit. Hanc altera secuta est Vindobonae, pro Imperio Austro-Ungarico, atque inde tertia Coloniae Agrippinae pro Germanica ditione. Piis frugiferisque hisce institutis ingenti numero fideles nomen libenter dedere, neque in tam nobili precum et operum certamine defe-

cerunt Helvetii, apud quos tum Sacrorum Antistites, tum egregii catholici viri, in Societatem Pianam adlecti, filialem erga Apostolicam Sedem observantiam ac publicas pro eiusdem salute supplicationes ubique provehebant. Nunc vero, ut in Helvetia hoc Sodalitium suas recolligat vires atque in tanta temporum acerbitate uberiores in dies fructus edat, piae mulieres Helveticae Associationis Catholicarum Foeminarum moderatrices et consiliariae, una cum Praeposito Conlegiatae Ecclesiae Lucernensis, qui apud eas Ecclesiastici Adiutoris munus exercet, humiles ad Nos preces admoverunt, ut memoratam Confraternitatem titulo ac .privilegiis Sodalitatis pro cuncta Helvetica ditione augere dignaremur. Itaque Nos, quibus est omnino persuasum hoc pietatis opus, quo fideles Helvetii Romano Pontifici amorem ostendunt, maiora semper in Domino incrementa suscepturum, eximia huiusmodi vota, de consilio etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Tridentini Concilii decretis interpretandis, benigne excipienda censuimus. Quare praesentium tenore, Apostolica Auctoritate Nostra, piam supradictam Confraternitatem in Sanctuario Abbatiae Einsidlensis, nullius Dioeceseos, canonice institutam atque a B. Maria Virgine Regina Angelorum nuncupatam, in Archisodalitatem cum consuetis privilegiis perpetuum in modum erigimus atque instituimus. Archisodalitatis autem sic erectae officialibus et sodalibus praesentibus et futuris, ut ipsi alias quaslibet cognomines et eiusdem instituti Sodalitates in tota Helvetica ditione hoc usque erectas, vel in posterum erigendas, servata tamen forma Constitutionis Clementis PP. VIII, Decessoris Nostri, aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare, et illis omnes ac singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes ipsi Sodalitati, nunc in Archisodalitatem a Nobis erectae, a Sede Apostolica concessas, seu etiam concedendas, quae tamen sint aliis impertiendae, impertire licite possint ac valeant, eadem Auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, perpetuo item concedimus atque indulgemus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios ac integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari : sicque iudicandum esse et definiendum, atque irritum et inane fieri, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxiv augusti MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status,*

XX

DE VEXILLO COHORTIS VULGO « DEI GENDARMI PONTIFICII » NUNCUPATAE, AUREIS NOMISMATIBUS DUOBUS MANU IPSIUS BEATISSIMI PATRIS DISTINCTO.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Centesimo hodie exeunte anno ab instituta Cohorte quae « dei Gendarmi Pontifici » vulgo nuncupatur, saecularia haec sollemnia visum Nobis est peculiari ratione, quantum per tempora licuit, commemorare, ut neminem lateret, qua Nos voluntate eos complectamur qui semetipsos operamque suam Romano Pontifici libenter devoverint. Quare aliis Apostolicis Litteris, hoc ipso die datis, Pontificiae huius Cohortis ducibus et militibus, quotquot Aedium Nostrarum securitati in praesenti invigilant, potestatem fecimus gestandi nomismatis, quod iussu Nostro in fausti diei memoriam signatum est, largitique praeterea sumus ut concessio huiusmodi Nostra ad accipiendum emeritum iisdem dilectis filiis perinde valeret atque annus integer in officio suo insumptus. Verum ne Cohorti tam bene de Decessoribus Nostris deque Nobis meritae ulla in re deessemus, homines benigno hodie animo admisimus, et, postquam laetabile eventum gratulati sumus, gloriosum eorum vexillum, coram positum, nomismatibus aureis duobus manu Ipsi Nostra distinximus, idest tum eo quod *Benemerenti* vocant, tum eo ipso, cuius exemplaria ad duces et milites decorandos, uti supra diximus, de industria excudi voluimus. Qua quidem de re per has Apostolicas Litteras placet publice constare, ne, quem militari eiusmodi signo honorem detulimus, temporum rerumque vices aliquando oblitterent. Ceterum ornato sic vexillo intellegant milites non modo Cohortem honestari suam, sed eo etiam, veluti quadam virtutis fideique imagine, admoneri se, ut et vitam instituto suo dignam agant et observantiam Romano Pontifici debitam perpetuo servent ac retineant.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxn octobris anno MCMXVI, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. HENRICUM LE FLOCH, PONTIFICII SEMINARII GALLICI IN URBE MODERATOREM, DE EIUS OPERE CUI TITULUS « LES ÉLITES SOCIALES ET LE SACERDOCE » GRATULABUNDUS.

Cher Fils,

Nous avons pris connaissance, Nous-même, avec un intérêt tout particulier, de votre belle et forte étude: « Les Élites sociales et le Sacerdoce », pages très importantes par les pensées vivantes qu'elles renferment et par l'exposé très lucide que vous en avez fait, relativement à une question essentielle et capitale pour *Y* Eglise et pour la société à toutes les époques, et qui revêt dans les temps présents un caractère encore plus grave. Car ce n'est pas seulement en France que le nombre des ouvriers évangéliques ne suffit plus à la moisson des âmes. En plusieurs autres pays catholiques, la disette des ministres sacrés se fait aussi tristement sentir, et vous avez fait œuvre très utile et salutaire, en rappelant, avec une grande élévation de jugement, que toutes les classes de la société ont le devoir de répondre à la grâce de l'appel au sacerdoce.

Vous avez obéi à une inspiration très opportune en publiant votre étude au milieu des événements tragiques de la guerre, dans des circonstances qui sont favorables à l'ascension des esprits vers les choses supérieures et bien propices à la méditation de tous les devoirs.

Le sacerdoce est la lumière du monde et le sel de la terre; il est, comme vous le dites fort bien, l'honneur des familles et le rempart des sociétés. Son rôle ne peut être que de premier ordre dans les restaurations futures.

Nous souhaitons donc, en conséquence, que tous les cœurs chrétiens associent leurs efforts et leurs prières en une sainte croisade. Que les pères et les mères de famille ne craignent point de diriger le regard de leurs enfants vers les radieuses clartés du sanctuaire; que les prêtres à charge d'âmes mettent tout leur zèle à découvrir et à cultiver les prédispositions au sacerdoce; que les maîtres chrétiens aient cette constante préoccupation dans l'œuvre de l'enseignement

et que les évêques donnent l'impulsion et la coordination à tous ces efforts.

Comme gage des faveurs célestes et en témoignage de Notre paternelle bienveillance, Nous vous accordons de tout cœur à vous, aux élèves, présents et absents, du Séminaire Pontifical Français, le bienfait de la bénédiction apostolique.

Du Vatican, le 9 août 1916.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. FRATREM STRATONICUM, CENTESIMO EXEUNTE ANNO EX QUO INSTITUTUM, CUI PRAEEST, PARVORUM FRATRUM MARIAE CONDITUM EST.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Mentes animosque puerorum instituendo formare, eiusmodi sane est opus, ut nullum videatur quod societatis humanae plus possit interesse. Habet enim aetas puerilis causam et semen posteri temporis; neque, ex iis quibus hodie praeceptis institutisque utitur, difficile est colligere, quales cras privatim et publice futuri sint mores. Hoc probe intelligentes qui participes vel affines sunt eius factionis, cui aeternum est cum Ecclesia bellum, quum in omnes quasi nervös et artus reipublicae invaserint» tum maxime administrationem curamque sibi servant ac retinent studiorum publicorum: rati nimirum, si semel adolescentiam a Christo abalienaverint, se prono itinere ad delendam civitatis christianam formam progressuros. Verum laudanda et praedicanda est divina benignitas, quae, ut semper alias, ita hac in re opportune christiano populo affuit; hominesque, suo consilio illustratos suaque virtute praeditos, excitavit qui conatus improborum réprimèrent, scholisque scholas in salutem adolescentium opponerent. In hoc numero, in quo clarissima sunt nomina Iosephi Calasanctii et Ioannis Baptistae De la Salle, haud postremum locum obtinet Venerabilis Dei Famulus Marcellinus Champagnat, auctor et parens Parvorum Fratrum Mariae, quibus, dilecte Fili, tu praees; cuius quidem Instituti centesimum natalem mox, ut Nobis significasti, celebrabitis. Profecto qui consideret quo statu esset abhinc centum annis, non solum in Gallia sed late in Europa, institutio iuventutis, dabit miserentis Dei beneficio hunc exstitisse qui christianae sapien-

tiae principia, post maximam illam rerum conversionem fere obliterata, ad hanc disciplinam stabiliendam revocaret.'Item si respiciatur saeculi iam confecti spatium, apparebit divinam opem, presentissimo Mariae patrocinio conciliatam, venerabili viro eiusque alumnis mirifice usque ad hunc diem suppeditasse, adeo ut huius Instituti, per multiplices magnasque difficultates progredientis, incrementa longe hominum exspectationem vicerint. Satis igitur est causae cur omnes, quicumque Ecclesiae sunt patriaeque studiosi, et Deo vobiscum gratias agendo, et vobis vehementer gratulando, vestra ista sollemnia laetitiasque participent. Quod Nos, uti par est, primi omnium facimus et quidem perlibenter: atque etiam quo maiorem liceat huius laetitiae fructum capere, hoc pro apostolica potestate concedimus, ut ubicumque apud vos eo fausto die sollemne sacrum aut alia supplicatio fiet, quisquis ei vel sacro vel supplicationi intererit, plenariam peccatorum veniam statutis conditionibus lucretur. Vos vero pergite de Ecclesia et de civili societate, ut instituistis, optime mereri, ac salutarem operam vestram sub oculis Domini iis praesertim probare virtutibus, quibus potissima, quam accepistis a legifero Patre, hereditas continetur: demissione animi, simplicitate et modestia. Quo virtutum ornatu cum Virgini Deiparae, in qua conditor istius, sodalitatis *perpetuum praesidium* suis constituit, semper peculiarem in modum cari acceptique eritis, tum filios tali dignos Patre vosmet ipsos praestabitis. Illum autem utinam Nobis brevi contingat ut in beatorum caelitum numerum adscribamus: quae res profecto ad promovendum Institutum non parum est collatura. Interea divinorum munerum auspicem et paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte Fili, et Parvis Fratribus Mariae universis et singulis apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, in Natali Iesu Domini anno MCMXVI, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD IOANNEM S. R. E. PRESB. CARD. GSERNOCH, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, CETEROSQUE HUNGARIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS, DE FILIALIS VENERATIONIS TESTIMONIO, PER COMMUNES LITTERAS AB IISDEM PRAESULIBUS, ANNUUM CONVENTUM CELEBRATURIS, OBSEQUENTER EXHIBITO, GRATIAS PERSOLVENS.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communi vestra epistola delectati admodum sumus. Quid enim in ea est quod pietatem in Nos vestram, quod vestra in concreditas greges studia vestramque sollertiam non ea esse declaret, quae a bonis pastoribus sunt Pastori Maximo desideranda? Re quidem vera a celebrando annuo conventu non vos prohibuit saevientis huius belli vis: consilia agitastis aptissima tempori, probatissima"* Nobis: actuosam caritatem vestram curasque de gregibus multiplices ac graves cumulatiores eftecistis uberrima voluntatis in Nos significatione. Hoc unum expetendum a Deo superest: ut qui vobis tam bonam indidit mentem, idem et semen praestet seminantibus et incrementa augeat frugum, quas vester pepererit labor.

Ad has, quod attinet, communium rerum tam ásperas vices, plane videmus cum sensu Nostro sensus quoque vestros congruere, et quae cura Nos torquet, eamdem vos habere vehementer sollicitos. Inde profecto fit ut et hanc doleatis belli diuturnitatem et pacem optatissimam quo magis retardat dies eo ardentiori desiderio instantiorique prece a Deo expostuletis. Et eo sane deducta iam res est, ut conciliandae pacis maturare oporteat consilia coeptaque ingeminanda. Utinam.*viam pacis* ii quantocius cognoscant atque animose persequantur quorum in arbitrio sunt tot populorum sortes!

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, clero populoque unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x ianuarii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

BONONIENSIS ET RAVENNATENSI

MUTATIO FINIUM DIOECESANORUM

DECRETUM

Quum bonum sit quaestionum germina, quae in Ecclesia quandoque oriri solent, quamprimum recidere, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV, de consulto S. Congregationis Consistorialis, ea decrevit perficere quae sub decessore suo v. m. Pio X circa fines dioecesum Ravennatensis et Bononiensis initium iam sumpserant. Quum itaque oppidum vulgo nuncupatum Molinella ad Bononiensem dioecesim pertineat, contigit ut pars aliqua, quae oppido Molinellae adiacet quaeque Subsidium loci Marmorta nuncupatur, ad paroeciam Marmorta et ad dioecesim Ravennatensem pertineat. Ob hanc rem difficultates non modicae, hisce praesertim ultimis temporibus, non defuerunt. Quapropter Ssmus Dominus, iterum iterumque auditis utriusque dioecesis Ordinariis, suppletoque> quatenus opus sit, quorumcumque interesse habentium vel habere praesumentium consensu, haec quae sequuntur, certa scientia ac matura deliberatione, deque apostolicae potestatis plenitudine, statuit ac decrevit:

T Locus qui dicitur Subsidium loci Marmortae, et ad paroeciam eiusdem nominis et ad dioecesim Ravennatensem hucusque pertinuit,, modo paroeciae oppidi Molinellae et dioecesi Bononiensi tribuitur et adscribitur. 2° Onus autem et officium Ordinarii Bononiensis, et respective parochi Molinellae erit, ut ecclesia Subsidii loci Marmortae eo ipso decore deserviatur quo in praesens efficitur, ita nempe ut ex parte illius populi aliorumque interesse habentium nulla exinde exoriatur querela. 3° Vicissim vero idem Ssmus decernit ut dioecesis Bononiensis cedat dioecesi Ravennatensi paroeciam loci vulgo *Portonovo,* adeo ut haec paroecia in posterum, pertineat ad dioecesim Ravennatensem, et huius dioecesis fines in hac parte ita amplientur ut comprehendant totum memoratae paroeciae Portusnovi territorium. 4° Denique, quum actualis.

Archiepiscopus Ravennatensis, ut gratum faceret Sanctitati Suae, omnia iura quibus hucusque fruebatur super altare S. Apollinaris in Archipresbiterali ecclesia loci Molinella Antistiti pro tempore Bononiensi cedere declaraverit, idem Ssmus Dominus hanc quoque cessionem ratam habuit et confirmavit.

Ad haec, quae statuta sunt, exsecutioni mandanda Ssmus Dominus deputare dignatus est Emum et Rmum D. Iulium Card. Boschi, Archiepiscopum Ferrariensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur: facta insuper eidem Emo Viro obligatione intra tres menses ad hanc S. Congregationem mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae. Hisce denique super rebus Sanctitas Sua hoc edi iussit consistoriale decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, contrariis non obstantibus quibusvis, speciali quoque mentione vel derogatione dignis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis Consistorialis, die 3 ianuarii 1917.

)$l C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f V. Sardi, Archiep. tit. Caesarien., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sacrae Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

2 ianuarii 1917. — Metropolitanae ecclesiae Algeriensi praefecit R. D. Augustinum Leynaud, parochum loci *Sousse* in archidioecesi Carthaginensi.

12 ianuarii. — Metropolitanae ecclesiae Turritanae promovit R. P. D. Cletum Cassani, hactenus episcopum tit. Thaciamontanensem.

— Titulari episcopali ecclesiae Dauliensi praefecit R. D. Aurelium Bacciarini, Superiorem Generalem Servorum Charitatis, quem constituit Administratorem Apostolicum ecclesiae Luganensis.

18 ianuarii. — Episcopali titulari ecclesiae Hamathensi R. P. Placidum Angelum Rey Lemos, Definitorem Generalem Ord. Fratrum Minorum.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

• DECRETUM

SUPER LEGE ABSTINENTIAE. IN PROXIMA QUADRAGESIMA

Pia mater Ecclesia semper sollicita fuit ecclesiasticas leges pro peculiaribus rerum ac temporum adiunctis moderari easque etiam relaxare quoties id animarum bonum requirere videbatur. Quum itaque aliquot Sacrorum Antistites nuper Apostolicae Sedi retulerint, in regionibus praesenti bello afflictis nimis durum fore in mox adveniente Quadragesimali tempore legem abstinentiae, praeterquam feria vi cuiusque hebdomadae,, etiam insequenti die nempe Sabbato ut antea servare, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XV, omnes earumdem nationum fideles speciali benevolentia prosequens, necessitatibus quibus ipsi in praesens premuntur, quantum in se est, occurrere statuit atque decrevit. Quapropter idem SSmus Dominus, de Emorum Patrum huius S. Congregationis Concilii consulto deque apostolicae potestatis plenitudine, indulgere dignatus est ut in tota proxima Quadragesima, firma manente lege abstinentiae ut antea feria vi cuiusque hebdomadae necnon feria iv Cinerum et feria iv Quatuor Temporum, universis de quibus supra Christifidelibus eamdem abstinentiae legem loco Sabbati servare liceat alia cuiusque hebdomadae die. Iisdem praeterea fidelibus Sanctitas Sua concedit ut, durante hoc Quadragesimali tempore, carnes ac pisces in eadem refectione permiscere licite possint ac valeant. Quo duplici indulto Ssrhus Dominus uti posse benigne annuit, quoad abstinentiam ex generali Ecclesiae praescripto servandam et iuxta prudens proprii Praelati arbitrium, omnes pariter utriusque sexus regulares ac religiosos sodales in memoratis regionibus commorantes, qui tamen peculiari ieiunii aut abstinentiae voto non sint adstricti. De omnibus denique ut supra statutis hoc edi iussit decretum; contrariis non obstantibus quibusvis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis Concilii, die °*19* mensis ianuarii anno 1917.

J$| F. CARD. CASSETTA, Episcopus Tusculanus, *Praefectus.*

L. % S.

Ioseph Mori, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

BONAEREN.

REMOTIONIS

Benedicto Papa XVfeliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 5 aprilis 1916, RR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens, Seraphinus Many et Petrus Rossetti, Auditores de turno, in causa* Bonaëren. - Remotionis, *inter actorem* Sac. Hectorem Dito, *repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, et* Rmum Gapitolum Bonaerense *conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem Sac, Nazarenum Patrizi, advocatum, in gradu appellationis contra sententiam rotalem diei 8 febr. 1913, a Rev. Hectore Dito interpositae, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Sacerdos Hector Dito, Gassanen. dioecesis, a nonnullis annis in dioecesi Bonaëren. de S. G. Concilii atque Ordinarii proprii licentia ad tempus degens, die 4 iulii an. 1899 obtinuit quamdam Capellaniâm in maiori Ecclesia Bonaëren., eaque post undecim menses dimissa, iterum an. 1906 inter capellanos chorales a capitulo receptus fuit. Interea cum capellani saepissime, maioris lucri causa, aliis in Ecclesiis diebus festis inservirent, servitium chori in metropolitana Ecclesia negligebatur. Quare huic abusui remedium volens afferre capitulum, unanimi consensu statuit ut in posterum praeferrerentur pro munere mansionarii illi sacerdotes, qui sese obligarent ad sacrum celebrandum (dato eis stipendio) diebus Dominicis et festis in Ecclesia cathedrali, et « actualibus Mansionariis optio daretur nter capellaniam choralem cum onere celebrandi sacrum in Ecclesia cathedrali diebus dominicis et festis, habito «stipendio, et Capellaniam aliam, qua extra Metropolitanam gaudebant ». Huic legi cum obtemperare renuerit Sac. Dito, qui erat etiam eapellanus Collegii et Ecclesiae Immaculatae, a Capitulo fuit declaratus

capellaniae choralis renuntiatarius. Hoc aegre tulit mansionarius Dito, qui obtenta pontificia Commissione, in ius rapuit Capitulum Bonaerense apud H. S. Auditorium, et die 8 februarii 1913 sententia prodiit, qua decernitur Sac. Dito non illegitime remotum fuisse a suo officio, eumdemque damnandum esse in omnibus expensis et honorariis Advocati adversae partis. Ab hac sententia victus ad sequentem turnum provocavit, instans pro nova instructoria ab lnternuntio Pontificio peragenda secundum articulos ab ipso productos determinatis testibus proponendos. Internuntius Episcopum provincialem I. Nepomucenum Terrero, olim canonicum Ecclesiae Bonaëren., subdelegavit, coram quo et ipsum capitulum, inaudito Sac. Dito, articulos et testes produxit. Hinc actoris Patronus quaestionem incidentalem circa subdelegationern et quidem iudicis suspecti, nec non circa propositionem rogatoriae ex parte Capituli formaliter instauravit, quae quaestio incidentalis ex meo decreto d. 11 dec. 1914 hodie una cum merito causae est quoque definienda. Sit itaque dubium: *An sententia rotalis diei 8 febr. 1913 sit confirmanda vel infirmanda in casu?*

Ad ius quod spectat: notissima in iure est distinctio inter beneficium titulare et manuale. Beneficiis titularibus duplex competit perpetuitas, obiectiva et subiectiva, manualibus tantum obiectiva. Quare beneficiatus titularis nequit removeri a proprio beneficio nisi in casibus et modis a iure expressis. Imo nec novum onus ei addi potest ex aperta dispositione rubricae Tit. XII *Ut beneficia ecclesiastica sine diminutione conferantur* « nisi tamen necessitas Ecclesiae urgeret pro servitio Eccle-« siae... nam beneficia instituta sunt pro servitio Ecclesiae ». De Angelis in tit. cit. n. 2. Habens beneficium manuale potest removeri. Doctrinam canonicam circa huiusmodi remotionem exponit Reiff, in tit. *De Praebendis,* n. 44-45 his verbis: « Beneficia manualia sunt quae non confe-« runtur alicui in perpetuum, sed ad nutum conferentis, vel alterius, ita « ut beneficiarius pro libitu ipsius amoveri possit. Ita Gonzalez ad reg. 8 « Cancellariae... et in re communis. Et huiusmodi beneficia manualia alio «nomine appellantur revocabilia, quia videlicet ad nutum conferentis, « vel alterius, cui talis facultas reservata est, revocari possunt... Additur « notanter in definitione, *ad nutum conferentis* etc., hoc est ad liberam « ipsius et absolutam voluntatem, et non necessario regulatam, Garcías... « Pyrrus Corradus... Unde qui habet facultatem amovendi capellanum « ad, nutum, non tenetur ad observantiam iuris... potestque etiam « absque causa amovere capellanum, cessante tamen malitia, et alterum « praesentare ». Idem tenent Lotterius, *De re beneficiaria,* lib. I, q. 35,

n. 19; Le Luca, *De beneficiis,* die. 97, n. 8; Pignatelli, *Consultationes can.,* t. 9, cons. 143, n. 27; Barbosa, *Ius Ecclesiasticum universum,* lib. III, cap. 6, n. 65 etc. Et receptum est in S. R. Rota, uti patet, ex tribus decisionibus, quas De Luca loco citato magistrales vocat, in Hispalensi d. 20 apr. 1640, 21 iunii 1641, et. 22 iunii 1642; quae ultima confirmans duas priores, typis edita est inter *Recentiores,* par. IX, tom. I, decis. 116. Regula ergo est, imo ius commune, in beneficiis manualibus, seu ad nutum amovibilibus fieri posse ab eo, qui ius habet, remotionem beneficiati, etiam sine causa, cessante malitia et odio. Cum tamen omnis actus administrationis ecclesiasticae debeat esse prudens, negandum non est, ad licitam remotionem beneficiati requiri aliquam causam rationabilem (sine qua tamen esset valida); et hoc scribunt doctores praesertim recentiores, v. g. Santi in tit. *De officio vicarii,* n. 12-13; Wernz, *Ius decret.,* tom. II, n. 836, aliique.

Quod ad factum attinet, Patres adnotarunt in capitulo ecclesiae Metropolitanae Bonaërensis, praeter dignitates et canonicos esse decem mansionarios, uti fert bulla erectionis capituli metropolitani diei 5 martii an. 1865, et latius exponitur in decreto exsecutionis praefatae bullae d. 1 febr. an. 1867, his terminis: « Erigimus decem mansionarios, seu « capellanos chori, qui erunt beneficia ecclesiastica collativa, sicut antea « fuerat statutum, qui tenentur quotidie assistere choro mane et vespere, « munus diaconi ac subdiaconi in missis cantatis alternis hebdomadis « obire, et induere sese pluviali ac sceptro in vesperis ac missis solemnibus... Dignitates, canonici, mansionarii et alia beneficia, atque officia « sic erecta fruentur reditibus eis assignatis in lege expensarum Gubernii « civilis (vulgo *bilancio preventivo)* qui habebuntur ut reditus ecclesia« stici, dato quod tribuantur ob onus quod cuicumque catholico Gubernio «incumbit, alendi cultum eiusque ministros». Quamvis autem in hoc decreto capellaniae chorales appellantur beneficia ecclesiastica collativa; certum est tamen quod illae saltem ab anno 1871 coeperunt dari presbyteris uti mera officia ecclesiastica, precaria et ad nutum, uti dicunt canonici in declaratione d. 16 ianuarii 1912, quam declarationem veram esse testatus est Archiepiscopus. Ratio fortasse ex eo repetenda est, quod, cum ex parte Gubernii facta non fuerit dotatio specialis harum capellaniarum choralium, sed tantum generalis et exigua, extracta a summa, quae in dicta lege expensarum Reipublicae assignata fuit *servitio capellaniarum Archidioecesis,* non aderat proportio inter perpetuitatem vinculi beneficialis et exiguam dotationem. Anno primum 1894 in praedicta lege expensarum Reipublicae addita est dotatio specialis

pro capellanis chori sed tantum pro duobus; unde ab hoc anno inter decem capellanías chorales duo coeperunt conferri clericis, uti vera beneficia: coeterae autem octo datae fuerunt sicut antea uti mera et precaria officia ecclesiastica. Hanc vero observantiam, quae, uti dictum est, fere ad initia ipsius capituli Metropolitani retroascendit, maxime attendendam esse nemo est qui non videt. Observantia enim est optima quorumlibet actuum, decretorum, et dispositionum interpres, imo regina interpretationum, prouti asserit Barbosa, *Vota decisiva,* XXXII, n. 48 et tenuit S. R. Rota plurimis in decisionibus; v. gr. inter *Recentiores,* dec. n. 6; dec. 109, n. 7; dec. 194, n. 10, Part. IV, t. 2; dec. 161, n. 1, Part. V, t. 1; dec. 462, n. 3; dec. 560, n. 11, Part. V, t. 2; dec. 14, n. 4; dec. 247, n. 7, Part. VII; dec. 15, n. 4; dec. 239, n. 3, Part. VIII, etc. Et adnotandum quod observantia non procedit per modum praescriptionis, sed per modum interpretationis, uti patet ex ipsa indole observantiae et ex citatis decisionibus S. R. Rotae. Proinde sufficit observantiam extendi ad tantum tempus, ut iudex prudenter aestimare possit verum intellectum contractus, aut alterius dispositionis. Cum igitur observantia in casu nostro protracta fuerit ad tempus 30, imo 40 annorum, dubitandum non est de legitimitate rationis agendi Capituli et Archiepiscoporum Bonaërensium in conferendis aut committendis capellaniis choralibus.

Hisce adnotatis, Sac. Hectori Dito die 3 iulii an. 1906 non collatam fuisse capellaniam uti verum beneficium, sed tantum ei demandatam fuisse, uti officium ad tempus, certum esse dixerunt Domini Patres. Etenim 1° Capellanía choralis illi data fuit sine canonica collatione. In actis capitularibus ita refertur nominatio Sac. Dito (die 3 iulii 1906): « Avendo fatto conoscere al Sig. Amministratore Dr. Lonertet, che presto « sarebbe stata vacante altra cappellania di coro, dato che si andava « ad assentare dal paese il sac. Milano, si lasciò al giudizio del signor « Amministratore che scegliesse primieramente il sac. Giorgio Zuccarelli « per vedere se conosceva il canto gregoriano ed aveva buona voce, « altrimenti il sac. Ettore Dito ». Cum autem sac. Zuccarelli requisita non haberet, ab Administratore electus est capellanus rev. Dito. Cum itaque nullam partem habuerit in hac nominatione Archiepiscopus Bonaërensis, nulla fuit collatio canonica; haec enim collatio iuxta bullam erectionis ecclesiae metropolitanae Archiepiscopo reservata est; nam legimus in hac bulla: « Quoties autem in posterum sive dignitatum, sive canonicatuum, « sive mansionariorum, aut paroeciarum in universa archiepiscopali dioe- « cèsi vacatio contigerit, donec aliter ab hac Sancta Sede non decernatur « ab ipsomet archiepiscopo conferentur, servatis in omnibus quae a sacris

« canonibus et praesertim a Sancta Tridentina synodo constituuntur ». Hincad normam huius bullae, quando agitur de capellaniis choralibus vere conferendis in titulum, scilicet.pro titulo ordinationis, capitulum non se intromittit, nisi forte pro designatione, aut praesentatione capellani, et collatio fit ab Archiepiscopo, ut capitulum exponit in dicta declaratione n. 6-11, et uti notorium est in illa cathedrali. Igitur á capellanía, quam a solo Capitulo recepit sac. Dito, exulat collatio canonica, proinde non est, nec esse potest, verum beneficium ecclesiasticum, sed tantum officium, ex regula I Iuris in VT, quae ait: « Beneficium ecclesiasticum non « potest licite sine institutione canonica obtineri». Nomine autem institutionis intelligitur quaelibet legitima provisio, et nomine canonicae institutionis modus providendi a ss. canonibus approbatus et a Praelato derivatus *(Synopsis Pirhingiana seu ss. can. Doctrina,* lib. III, tit. V, sect. IT, § 1).

Patronus sac. Dito admittit quidem solum capitulum nominasse hunc sacerdotem in capellanum choralem, sed contendit hanc capituli nominationem fuisse veram collationem. « Non deest, inquit, ecclesia- « sticus collator, qui est capitulum ipsum ; notum est enim in iure nostro « haud prohibitum esse capitulis cathedralibus conferendi beneficia vacantia in eisdem cathedralibus, dummodo consuetudo legitima, prout in « casu ipsum capitulum comprobat, habeatur ». Verum etiam admisso quod iuri nostro non repugnet (licet hodie sit rarissimum) ut capitulum sit vere collator quoad quaedam beneficia ecclesiae cathedralis, in specie capitulum Bonaerense non est collator quoad capellanías chorales, quia, ipsum capitulum fatetur, quod quoties ab eo datae fuerint praefatae capellaniae « toties datae sunt *absque collatione canonica* et «ut plurimum absque interventu Praelati, nec tanquam ecclesiasticum « beneficium, *sed ut simplex officium precarium et ad nutum* ». Ex quo intelligitur, prosequitur capitulum, « cur capellani chorales nunc exi- « STENTES (illis duobus exceptis, qui ad talium capellaniarum titulum ordi- « nati sunt) non sese auùiment ita ligatos Ecclesiae, ut nequeant « summa cum facilitate tleserere officium suum, praemissa tantum noti- « ficatione sui discessus. Vel ipse actor (Dito) qui iam antea fuerat « capellanus chori in hac Ecclesia, suum munus dereliquit, ut in patriam « rediret, et postea, cum hanc Dioecesim repetere!, expostulavit a non- « nullis singillatim capitularibus, ut iterum nominaretur capellanus chori, « cum nova vacatio contigisset ». Neminem autem latet clericum canonice institutum in beneficio, non posse eidem nuncium mittere nisi ex causa a superiore adprobanda. 2° Non solum defuit collatio canonica, sed nullam accepit sac. Dito a capitulo factae suae nominationis scripturam

« non obstante (referente capitulo in citata declaratione) universali praxi « apud nos vigente conferendi ^scripto quamlibet nominationem vel ipsis « simplicioribus officiis ecclesiasticis ». 3° Ceterum non poterat conferri sac. Dito cappellania choralis in perpetuum, aut in titulum duplici ex causa: *a)* Quia, uti legitur in saepius citata capituli declaratione, « indu- « bium est nullum dari casum, in quo capellaniae chorales huius Metropo- « litanae Ecclesiae Cathedralis, quae ab Archiepiscopo bullae erectionis « Ecclesiae executore declaratae sunt beneficia ecclesiastica collativa, « canonice collatae sint a Praelato Sacerdotibus iam ordinatis, ne sacer- « dotibus quidem originariis huius dioecesis, sed tantum clericis ordi- « nandis, et tamquam titulum ordinationis ». *b)* Quia Rev. Dito gratiam a S. C. Concilii obtinuit permanendi in Archidioecesi Bonaerensi tantum ad quinquennium. Futile est autem quod Advocatus Dito dicit, beneficium verum etiam clerico non dioecesano posse conferri. Inspiciendum hic est non quod fieri potuisset, sed quod de facto actum est. Constat autem in facto Capitulum contulisse sac. Dito capellaniam iuxta morem et consuetudinem eam conferendi, seu veluti officium ecclesiasticum ad nutum.

Cum itaque Rev. Hector Dito a capitulo Bonaerensi capellaniam choralem acceperit non in titulum, sed uti officium ad nutum, ab eadem poterat removeri etiam sine causa (exclusa malitia vel odio). At causa non defuit. Recolendum hic enim est, quod innuimus in specie; capellanos videlicet chorales ecclesiae metropolitanae solitos fuisse aliam capellaniam in aliis ecclesiis, aut oratoriis dioecesis acceptare, vi cuius diebus dominicis et festivis missam in his ecclesiis aut oratoriis celebrare tenebantur. Unde, praedictis diebus dominicis et festivis, saepe a choro ecclesiae cathedralis aberant, et vix inveniebantur, qui diaconum et subdiaconum in missa capitulari agerent, praeterquam quod non erat sufficiens sacerdotum numerus ad celebrandas missas pro servitio ecclesiae metropolitanae necessarias. Ad haec gravia incommoda avertenda capitulum consilium inivit praeferendi in posterum pro officio capellani choralis illos sacerdotes, qui onus acceptarent sacrum celebrandi diebus dominicis et festivis in ecclesia cathedrali; quoad autem capellanes chorales iam nominatos statuit, ut etiam onus celebrandi missam in cathedrali dictis diebus assumerent, aut capellaniam choralem dimitterent. Interim cum capellanus choralis Hector Dito alia capellanía frueretur in Ecclesia S. Mariae Immaculatae eidem praefatum onus impositum fuit, quod cum nollet acceptare, habitus est ut qui capellaniae chorali renuntiasset. Ex his clarum est capitulum iustam causam habuisse sac. Dito a capellanía chorali removendi. Capituli enim ius,

imo et officium erat providendi tum ut tot in ecclesia cathedrali diebus -dominicis et festivis missae celebrarentur, quot ad bonum animarum requirebantur; tum ut capellani chorales iisdem diebus chorum et missam capitularem pro officio suo frequentarent. Ratio igitur agendi capituli iustissima ac recta dici debet, et ab ea removendum est quodlibet odium aut malitia. Praefatum onus enim non solum sac. Dito impositum fuit, sed omnibus aliis capellanis amovibilibus. Quod si exceptus fuit sac. La Gatta, hoc nihil est; exceptio enim unius tantum non impedit quin statutum aliquod aut dispositio dici possit et sit revera generalis.

Nec dicatur capitulum novum onus capellanis choralibus iam nominatis imponere non potuisse. Nam quod attinet quidem ad duos capellanos chorales titulo capellaniae ordinatos, capitulum non potuit imponere et de facto non imposuit dictum onus celebrandi missam in cathedrali diebus dominicis et festivis, obstante regula canonica de beneficiis «ine diminutione conferendis. Verum quod attinet ad alios capellanos, horum capellanía non est beneficium ecclesiasticum, sed merum officium precarium et ad nutum et ideo locum non habet supradicta regula. Deinde si capellanis chori, uti supra dictum est, fas est ab officio pro lubitu recedere, monito tantum capitulo^ quin huius obtineatur consensus, quamvis inde sequatur ecclesiae, aut cultus divini detrimentum, Capitulo etiam licebit, data iusta ecclesiae necessitatis aut utilitatis causa, •capellanorum moderari servitium,'quamvis inde capellanis aliquod oriatur incommodum; bonum enim ecclesiae bono privatorum praeferri debet; idque eo magis si pro incommodo daretur compensatio, prouti an casu nostro; pro missa enim celebranda in cathedrali diebus dominicis et festivis a capitulo datur eleemosyna. Ceterum sac. Dito nullum damnum obvenisse ob onus eidem a capitulo impositum deponunt omnes testes praeter sac. Luongo in responsione ad quartam quaestionem propositam a Patrono ipsius Dito.

Ultima remanet solvenda difficultas desumpta ex regula 36 cancellariae Apostolicae de triennali possessore. Verum haec regula non applicatur beneficiis, seu officiis manualibus; horum enim natura, cum possint ad nutum auferri, repugnat perpetuitate quae ex possessione triennali defluit. Ita Flaminius, *De Besignatione beneficiorum,* lib. XI, q. 3, n. 35. Ulterius, dato et non concesso, hanc regulam etiam beneficia manualia complecti, nullo tamen modo applicari potest beneficiis, aut eapellaniis choralibus, de quibus agimus. Sola enim et nuda possessio triennalis non sufficit ad effectum regulae, sed requiritur ut beneficium possideatur ex titulo saltem colorato, scilicet vel ex electione, vel ex

institutione^ vel ex collatione a legitimo collatore facta, quod deducitur ex ipsius regulae tenore, et explicat Riganti ad Reg. XXXVI, n. 90, his verbis « Ultra triennalem possessionem, ut regula suffragari possit, requi-« ritur etiam titulus. Haec enim duo copulative concurrere debent, titulus « nempe et possessio; ita ut titulus sine possessione, et possessio sine « titulo non sufficiat. Licet enim in rebus temporalibus sola possessio « sufficiat... secus est in beneficiis, quae sine canonica institutione « obtineri non possunt ». At quod sac. Dito capellaniam suam possideret nullo ex titulo nunc enumeratis, sed ex mera capituli deputatione, quod certe non erat, nec dici poterat collator, sat luculenter supra demonstratum est.

Hisce quoad meritum causae expositis, Patres respondendum esse censuerunt difficultatibus, quas sac. Dito Patronus congessit adversus novam factam nstructoriam. Et in primis adnotarunt nstructoriam non esse nullam, nam scitum est in S. Rotae Auditorio ad praescriptum Romanorum Pontificum non alias attendendas esse nullitatis causas, nisi illas quae résultant ex tribus defectibus substantialibus, nempe ex defectu iurisdictionis, citationis et mandati, quibus addenda est quarta statuta in Const. *Sapienti consilio* P. III, can. 27. Deinde quod capitulum Bonaerense proposuerit quaestiones testibus, inscio sac. Dito et inscio etiam H. S. Ordine, hoc quidem actum est contra praescripta nostrarum Regularum, sed nullum adversario illatum fuit detrimentum. Nam in foro ecclesiastico, cum omnia scripto consignentur, «sufficienter consulitur « legitimae defensioni-partium contendentium, quibus tantum, non ceteris « extraneis panduntur acta iudicialia » (Lega, *De Iudiciis,* p. 1, t. V, § 7, n. 296). Ceterum de rogatoriis capituli nunquam usi uerunt Patres in controversiae examine ac definitione.

Addit deinde idem Patronus capitulum ante instructoriam convocasse apud se universos capellanos, iisque suasisse minis et blanditiis ut pro capitulo deponerent; et petit ut de hac subornatone testium inquisitio specialis fiat. Verum neminem latet non posse fieri inquisitionem specialem, imo specialissimam, i. e. de certo delicto contra certam personam phisicam, aut moralem, nisi praecesserit infamia, ut olim dicebatur, (Bonix, *De iudiciis,* tom. II, p. 61) aut saltem, uti communiter hodie dicitur, nisi gravia adsint indicia delicti, quod dicitur patratum: ne scilicet persona denuntiata per huiusmodi inquisitionem diffametur. Porro in casu nullum affertur alicuius ponderis argumentum aut indicium subornationis. Imo duo testes, scilicet Rev. Aloisius La Gatta et Rev. Antonius Luonso iii multis testimonia proferunt capitulo contraria, quod signum est testes magna usos fuisse libertate.

Circa Subdelegationen! Rmi Episcopi I. N. Terrero, qui dicitur suspectus, quia olim fuit canonicus Bonaëren., dicendum est patronum sac. Dito petiisse, ut delegatio ab H. S. Tribunali fieret Internuntio Apostolico, quia suspectam habebat Curiam Bonaërensem. At haec petitio excludere non poterat subdelegationem reipsa factam, quia et ipse Patronus intelligere debebat rem difficilem nimis esse imponere taxative Internuntio munus iudicis instructoris. Hoc indicat ipse Internuntius, qui in sua epistola scribit: « Non credendo io opportuno per ragioni « che non sfuggiranno alla sua perspicacia compiere personalmente le « istruzioni in parola », etc. Quod autem Rmus Subdelegatus sexdecim abhinc annis ad capitulum Bonaerense pertinuerit, hoc non sufficit ut hodie sit suspectus.

Tandem Patres dixerunt denegandam esse novam petitam instructoriam, praesertim quia quaestionibus in ipsa proponendis iam satisfactum fuit iqppraecedenti instructoria.

Quibus omnibus rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus ac sententiamus *sententiam rotalem diei 8 februarii 1913 esse confirmandam* etiam quoad expensas, quae omnes, comprehensis honorariis Advocati partis adversae, solvendae sunt a sac. Dito; i.e. ad propositum dubium respondemus: *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam.

Ita pronunciamus mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 5 aprilis 1916.

Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens.*^
Seraphinus Many.
Petrus Rossetti.

L. © S.

Ex Cancellaria, 6 maii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CUÍIIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Il giorno 16 gennaio 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima è stata sottoposta l'introduzione della causa di Beatificazione, ossia dichiarazione del martirio della Serva di Dio, Margherita Butan delle Figlie del a Carità di S. Vincenzo de Paolis, uccisa, dicesi, in odio alla Fede.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

22 gennaio 1917. Il sig. comm. avv. Antonio Burri, e il sig. comm. avv. Francesco Pacelli, *Avvocati Concistoriali.*

» » » Mons. Domenico Mariani, *Segretario della Commissione Cardinalizia Amministratrice dei Beni della S. Sede.*

27 » » Mons. Sante Tampieri, *Prelato Chierico della Rev. Camera Apostolica.*

» » » Mons. Francesco Marmaggi, *Sotto-Segretario della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

» » » Mons. Alessandro Rugani, canonico Lateranense, ed il Revmo P. Agostino Sartori, dei Servi di Maria, *Consultori della S. Congregazione dei Sacramenti.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

10 gennaio 1917. Mons. Giuseppe Conti, della diocesi di Fiesole.

Prelati Domestici di S. S.:

2 gennaio 1917. Mons. Ciriaco Petroccia, Sigillatore della S. Penitenzieria.

3 » » Mons. Giacomo Dunne, dell'archidiocesi di Dublino.

9 » » Mons. Alberto Petaccia, dell'archidiocesi di Chieti.

lo » » Mons. Atanasio Chabot, della diocesi di Luçon.

13 » » Mons. Daniele I. Riordan, dell'archidiocesi di Chicago.

» » » Mons. Francesco I. Bobal, della medesima archidiocesi.

» » » Mons. Stanislao Nawrocki, della medesima archidiocesi.

» » » Mons. Edoardo A. Kelly, della medesima archidiocesi.

» » » Mons. Francesco A. Rempe, della medesima archidiocesi.

16 » » Mons. Guglielmo A. Brouwne, della diocesi di Albany.

» » » Mons. Tommaso S. Keveny, della medesima diocesi.

» » » Mons. Daniele Francesco Curtin, della medesima diocesi.

» » » Mons. Guglielmo P. Fitzgerald, della medesima diocesi.

» » » Mons. Francesco Saleich, dell'archidiocesi di Tolosa.

19 » » Mons. Giuseppe Marazzi, della diocesi di Albano.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine Piano:

2 gennaio 1917. Al sig. comm. Luigi Bersani, Cameriere d'onore di spada e cappa di numero di S. S.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 dicembre 1916. Al sig. Sante Pesarini, della diocesi di Sansepolcro.

» » » Al sig. dott. Giulio Paganini, della diocesi di Viterbo.

30 » » Al sig. Ippolito Montplaisir, senatore, della diocesi di Trois-Rivières.

12 gennaio 1917. Al sig. prof. Pietro Costanzi, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 gennaio 1917. Al sig. Ferdinando libero barone de Wolf-Metternich, della diocesi di Münster.

9 » » Al sig. dott. Lamberto Baldassari, di Roma.

11 » » Al sig. prof. Pietro Pazzogni, di Roma.

11 gennaio 1917. Al sig. prof. Demetrio Battaglini, di Roma.
16 » » Al sig. Massimiliano Errazuriz, già addetto alla Legazione del Cile presso la S. Sede.
17 » » Al sig. Remigio Mouquet, deÍFarchidiocesi di Rouen.

La Commenda dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

10 gennaio 1917. Al sig. dott. Giuseppe Dem aidé, della diocesi di Piacenza.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Urna Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

15 dicembre 1916. Mons. Salvatore Fabbrini, della diocesi di Fiesole.
» » » Mons. Antonio Tonini, della medesima diocesi.

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S. :

15 dicembre 1916. Mons. Tebaldo Celati, della diocesi di Massa Marittima.

NECROLOGIO

19 settembre 1916. Mons. Stefano Reville, vescovo di Sandlmrst in Australia.
26 dicembre » Mons. Enrico Giuseppe Richter, vescovo di Grand-Rapid s (Stati Uniti d'America).
29 » » Mons. Giovanni Dunne, vescovo di Wilcannia in Australia.
9 gennaio 1917. Mons. Giovanni Battista Vinati, arcivescovo titolare di Mocesso.
13 » » Mons. Roberto Dunne, arcivescovo d Brisbane in Australia.
29 » » Mons. Angelo Della Cioppa, arcivescovo di Lanciano.

Annus IX - Yol. IX Die 1 Martii 1917 **Num. 3**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

PRAEFECTURA APOSTOLICA JUKONENSIS IN VICARIATUM ERIGITUR, DUPLICI TITULO DENOMINANDUM, JUKONENSIS NEMPE ET PRINCIPIS RUPERTI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Quae in longinquis catholici orbis regionibus christiani nominis incremento et rei sacrae procurationi melius gerendae conducant, ea ut sollicito studio praestemus Nos admonet supremi Apostolatus officium, quo in terris nullis quidem meritis Nostris divinitus fungimur. Iamvero ad promovendum potius animarum bonum ab hac S. Sede postulatum est, ut Praefectura Apostolica Yukonensis, in provincia ecclesiastica Vancouveriensi, novo quidem eidem addito territorio, in Vicariatum Apostolicum erigeretur. Nos autem, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, de huiusmodi proposita erectione atque amplificatione cum iisdem agentes, inspectis enunciatae Praefecturae conditionibus, postulationi memoratae annuendum ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, Motu proprio atque ex certa scientia et suprema deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, dictam Praefecturam Apostolicam Yukonensem in Apostolicum Vicariatum erigimus, novoque huic Vicariatui territorium addimus, ab Archidioecesi Vancouveriensi in Canada distrahendum, quod inter gradus 54^{m} et 53^{m} latitudinis borealis continetur, cum proximis

Oceani Pacifici insulis vulgo dictis « Queen Charlotte Islands ». Volumus quoque ut duplex huic novo Vicariatui sit titulus, Yukonensis nempe et Principis Ruperti, itemque ut Vicario committatur episcopali charactere insignito. Haec statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque eficaces semper exstare et permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plene suffragari, irritumque et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XX novembris MGMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

TEMPLUM SS. EUCHARISTIAE SACRAMENTO IN CIVITATE BONAERENSI CONSECRATUM, BASILICAE MINORIS TITULO IN PERPETUUM AUGETUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Nihil est Nobis antiquius, quam ut tempia Dei efficiamus augustiora, praesertim quum id meritae sit laudi fidelibus, qui, religionis studio permoti, sacras illas aedes de suo impendio exstruendas atque exornandas curaverint. Quum vero venerabilis frater Archiepiscopus Bonaërensis Nobis significaverit, dilectam in Christo filiam Mariam Mercedoniam Castellanos et Anchorena, pro eius cultu et amore erga Sacramentum augustum, peramplo in tanti mysterii honorem templo, in sua Archiepiscopali Urbe nuper a solo erigendo ac ditissimis omnigenae artis operibus exornando, sumptus suffecisse, Nos hanc dilectam in Christo filiam ob eximium huius pietatis studium optato praemio remunerantes, atque eiusdem Praesulis votis benigne exceptis, praefatum templum conspicuae dignitatis titulo libentes locupletamus. Quare, de consilio etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus tuendis, praesentium tenore, Apostolica Auctoritate Nostra, templum sanctissimo Eucharistiae Sacramento in civitate Bonaerensi recens consecratum dicatumque, Basilicae Minoris titulo perpe-

tuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta quae minoribus huius Almae Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas, efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit plenissime suffragari: sicque in praemissis definiendum esse, atque irritum et inane fieri si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXV novembris MCMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

ERECTIO VICARIATUS APOSTOLICI ALASKENSIS

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque christiani populi saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi Apostolatus munus, quo in terris fungimur. Iamvero propter laeta incrementa, quibus postremis hisce annis in Praefectura Alaskensi catholica religio adolevit et propter maius animarum bonum promovendum, venerabiles Fratres Archiepiscopus et Episcopi provinciae ecclesiasticae Oregonensis, in Foederatis Civitatibus Americae septentrionalis, enixe ab hac S. Sede postulaverunt, ut praedicta Praefectura in Vicariatum Apostolicum erigeretur. Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut, in longinquis potissimum regionibus, longo terrarum marisque spatio ab hoc Catholico orbis centro seiunctis, tutior rei sacrae procurationi sternatur via, de huiusmodi proposita erectione agentes cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, inspectis praesentibus Praefecturae illius conditionibus, votis enunciatis annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, Motu proprio atque ex certa scientia et suprema deliberatione Nostris, Praefecturam Alaskensem, eodem quo nunc constat territorio eodemque sub nomine, in Vicariatum Apostolicum erigimus cum Vicario episcopali charactere insignito. Decernentes praesentes Litteras firmas,

validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant vel pro tempore spectare poterunt plene suffragari, sicque rite iudicandum esse et definiendum, irritumque fieri atque inane si secus quidquam super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXII decembris MGMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

CONCEDITUR IN PERPETUUM INDULGENTIA PLENARIA TOTIES QUOTIES LUCRANDA FIDELIBUS DIE XXI MENSIS MARTII TEMPLUM BONONIENSE S. BENEDICTI VISITANTIBUS.

BENEDICTUS PP. XV.

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad augendam fidelium religionem animarumque salutem procurandam, caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, et auditis etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, omnibus ac singulis ex utroque sexu Christifidelibus, quotiens vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, parochiale Bononiensis Civitatis templum, Deo dicatum in honorem S. Benedicti, die primo et vicesimo mensis martii cuiusvis anni a meridie diei praecedentis usque ad integrum eundem festum diem devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, totiens plenariam omnium peccatorum suorum[1] indulgentiam, quae etiam animabus christifidelium in purgatorio detentis per modum suffragii applicari possit, misericorditer in Domino concedimus ac largimur. Praesentibus perpetuo valituris. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum" Romae apud S. Petrum, die xv mensis februarii anno MCMXVII, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. ALFREDUM PERI MOROSINI, EPISCOPUM TIT. ARCENSEM: CUI FACULTATEM FACIT MUNERE ABDICANDI ADMINISTRATIONIS APOSTOLICAE LUGANENSIS ECCLESIAE.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. - Administrationem apostolicam Luganensem, quam diu gessisti, tu, sponte tua, deponere desideras; Nosque, ut id sinamus, enixe postulasti. Optatis tuis obsistere nequaquam volumus; quam ob rem, ut memorata administratione te abdices, ultro permittimus.

Quod quidem dum damus, libet simul solatium Nostrum testari, quod alter Cardinalium coetus, quem ad causam tuam secundo cognoscendam destinavimus, te iniustis accusationibus impetitum pronuntiant. Adsit tibi Deus consolationibus suis, Nos vero coelestium gratiarum auspicem apostolicam benedictionem tibi peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxix decembris MCMXVI, Pontificatus nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. ALEXIUM MARIAM LÉPICIER, ORDINIS SERVORUM B. M. V. PRIOREM GENERALEM, EIUS TRACTATUM THEOLOGICUM DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA DILAUDANS.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Probe Nos quidem cognovimus qua tu et diligentia et sanae doctrinae copia et quanta cum alumnorum utilitate ac doctorum hominum comprobatione sacram theologiam in urbaniano collegio « Propagandae fidei » multos annos tradideris. Quod erudiendae iuventutis studium ne tum intermitieres cum omni tuo esses Ordini praefectus, recte instituisti, conscribendis de universa theologia libris, alumnis sacrorum longe plurimis esse adiumento. Huius incepti ac laboris tui fructus cum iam non pauca edideris volumina, in quibus ea quae ad dogmata pertinent et accurate

et copiose exponis, tum libenter te videmus in alterae theologiae parte, quae de Ecclesiae sacramentis est, nunc scribendo versari. Sunt enim in manibus tua scripta, quae nuper a te muneri accepimus, de Eucharistia et Sacramento et Sacrificio. Qua in re illud in primum Nobis probatur te, quemadmodum de dogmatis, pro tua in Dei Parentem pietate, a Mariologia, quod est theologiae tamquam summarium, ita de sacramentis a tractatione Eucharistiae, quod est sacramentorum maximum et christianae fidei quasi centrum atque id unde potissimum Ecclesia viget, scribendi initium sumpsisse. Sed nihil ea qua hic, sicut in ceteris de theologia libris, uteris ratione ac via probabilius. Auctorem enim religiosissime sequens Aquinatem, qui cum in quovis argumento tractando praeclarus exstitit, tum in hoc plane mirabilis: atque eum ita sequens interpretando praesertim in Summa Theologica, ut ipsius doctrinam eodem rerum ordine explices. Quo autem tractatio plenior sit atque uberior, ad Summam illustrandam ex aliis eius operibus itemque ex Sanctis Patribus optimisque recentioris etiam memoriae scriptoribus quaesitos locos adhibes. Accedit quod dulcedine quadam pietatis totum opus perfunditur, quo fit ut dum illuminatur mens, animus moveatur. Vehementer igitur tibi gratulamur, quod Nostris et decessorum Nostrorum, praescriptionibus de studiis clericorum tam bene es tamque utiliter obsecutus : non semel enim in sacra theologia tradenda ipsos adiri Thomae fontes Nos quoque ediximus oportere. Tu vero, dilecte Fili, qua consuevisti alacritate et industria ad ea quae reliqua sunt contende, sacrae quidem iuventuti optime serviens, tibique ubertatem parans divinorum munerum. Quorum auspicem ac benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die x mensis ianuarii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FOEDERATARUM AMERICAE CIVITATUM: SOCIETATEM « HOLY NAME » VALDE COMMENDAT.

Dilecti Filii Nostri et venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Considerantibus Nobis quo statu sit Ecclesia catholica in Foederatis Americae Civitatibus, non una quidem causa laetandi

occurrit. Etenim nec a Republica religionis profitendae libertas, neque a Clero, auctoribus ac ducibus Episcopis, in curanda salute animarum navitas et diligentia, neque a christiano populo ad tuitionem divini cultus largitas desideratur. Cum autem gaudemus quod tam multum istic profecit Ecclesia, tum etiam bona in posterum incrementa eius exspectare licet. Verumtamen non desunt quae Nos habeant sollicitos. Potestatem dicimus, quae tanta patet faciendi divortii, unde fundamentum familiae convenitur: immodicam libertatis copiam, cui nulla fere sancta est, ne paterna quidem, auctoritas: oblatam nostris, in variarum sinu consociationum, consuetudinem cum acatholicis, qua multis modis fides iuventutis in discrimen adducitur: communem ipsam pecuniae affluentiam quae multiplices peccandi illecebras gignere consuevit. Ad medendum his malis multa esse a vobis apte instituta scimus: illa vero aptissime, quibus nostrorum animi ita ab adolescentia imbuantur religione, ut professionem christianae fidei ac virtutis in omni vita constantissime retineant. Quo ipso in genere ea societas videtur praestare quae « Holy Name » dicitur. Haec enim in primis quidem eo spectat ut verenda Dei maiestas sanctissime colatur ab omnibus ac simul observetur quaevis hominum potestas, utpote quae a divina proficiscatur: sed, quod est consequens, ne huiusmodi reverentia in vanum quiddam abeat, vult etiam ut divinis humanisque obtemperetur legibus, ex christiana officii conscientia, quae vitam omnem gubernet. Itaque, ut cetera omittamus, haec valde Nos recréant quod morem tam late diffusum peierandi temereque atque etiam contumeliose Deum appellandi impigre coercere nititur; quod nullam non captat occasionem fidei in Christum Deum celebritate maxima testificandae; quod Ecclesiae filios, adolescentes praesertim, ad communiter et crebro adeundum eum, qui Eucharistia continetur, fontem sanctitatis invitat. Grate autem cognovimus, cum sodales iam amplius decies centena millia numerentur, dimidiam fere eorum partem singulis mensibus caelesti dape refici solere. Multum igitur huius ope societatis est, Deo adiuvante, profectum: cuius rei laudem Patres Dominiciani vobiscum iure participant. Sed videtis quantum restet elaborandum, maxime ut aetas puerilis sub Ecclesiae matris tutela crescat, et adversus vel saeculi ignaviam mollitiemque vel religiosi spiritus languorem frequenti sanctissimae Eucharistiae usu roboretur. Quae vestra est pastoralis diligentia, non vos pluribus hortamur: satis vos movet gravitas rei quae cum salute tot animarum coniuncta est. Auspicem vero divinorum munerum ac testem praecipuae Nostrae benevolentiae, apostolicam benedictionem vobis, dilecti Filii-Nostri et venerabiles Fratres, dilecto Filio Ioanni Me Nicolas, Societatis a Sancto Nomine in istis Foederatis Givi-

tatibus moderatori, atque omnibus eiusdem Societatis sodalibus amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xv mensis ianuarii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. THOMAM A S. ALOISIO VIÑAS, ORDINIS SCHOLARUM PIARUM PRAEPOSITUM GENERALEM,' IN SACRIS SOLLEMNIBUS ANNI TRECENTESIMI EXACTI AB ORDINE CONDITO.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Compluribus quidem armis hoc tam aere tamque diuturnum contra Ecclesiam bellum geritur, ut legibus, ut institutis, ut scriptis: at nullum armorum genus magis idoneum ad nocendum esse dixeris ea pueritiae atque adolescentiae disciplina quam *laicam* appellant. Hanc enim, etsi per simulationem tuendae libertatis debere esse expertem religionis contendunt, re ipsa volunt impiam seu contrariam religioni. Iam vero si tenera et improvida aetas, quae magistrorum voce facile fingitur, non ab iis revereri Deum discat, immo quidquid ad Deum pertinet, negligere assuescat atque contemnere, quid est quod eam continere possit in officio quum aestu cupiditatum in vitia rapitur? aut quid demum apud ipsam, sublato officii fundamento, nomen inane virtutis valeat? Itaque experimentis cognitum est, ex quo tempore huiusmodi disciplinae ratio in usu versari coeperit, multo demutatos esse in peius mores populorum, eamque demutationem in iis, qui minores natu sunt, omnino insignem esse, cum et pro obsequio in parentes fere contumacia invaserit et aliae ex aliis aperiantur pueris coërcendis domus, et adolescentes in publicis vinculis nimis multi teneantur et ii saepe ceteris natu maioribus perversiores, denique plures cotidie taedio vitae se ipsi interimant qui nondum gustasse vitam videantur. Magna ista sunt maleficia improborum: sed quanto maiora deploranda forent, nisi in primis sanctissimi homines, divino munere excitati, cum in iuventute rite instituenda elaboravisseht, id ipsum per eos, quos reliquerunt instituti sui heredes, in omne tempus perseverarent. Eminet in hoc numero Iosephus ille Calasanctius, cuius aequum est solemni ritu propediem recoli memoriam ob

conditum ab eo ante tria saecula Ordinem Scholarum Piarum. Quem enim ex omnibus, quorum, quod eruditionem popularen! promoverint, magna vulgo est commendatio, liceat cum hoc comparari viro, qui, hac ipsa in re, cui se suosque alumnos devoverat, tantis est affectus molestiis ut lobi patientiam renovant? Is primus omnium hanc quoque viam christianae caritati munivit, ut quo tempore elementa pueris pretio fere tradebantur, filios pauperculorum, ne prae inopia prorsus litteris carerent, gratuito docendos susceperit. Quod si postea fecit ut locupletibus etiam suae paterent scholae, at nullam unquam ab eis pecuniam exegit, mercedis nomine. Ita qui, se ipsi iactantes diffundendae lucis auctores, Ecclesiam criminantur, quasi amica tenebrarum, plebes in rerum omnium ignoratione reliquerit, vel Iosephi exemplo, ut alios omittamus, apparet quam falso quamque invidiose eam vitupèrent. Ille vero non, sicut hi iuvenum educatores, in praeceptis dandis litterarum totus erat adeo ut, id quod caput erat, praecepta vivendi negligeret: sed, probe intelligens unum sine altero et mancum et periculosum esse, cum mentes diligentissime erudiret, excolebat animos vel diligentius. Etenim cum ad singulorum tum ad commune bonum non tam interest multa scire, quam recte vivere; ac rerum scientia, quam quidem humanae naturae dignitas postulat, eatenus est quaerenda, quatenus servit verae sapientiae, id est adeptioni virtutum, in quibus hominis perfectio consistit. Auspicato autem Iosephus suae patronam disciplinae d elegit Eam quae *Sedes Sapientiae* nominatur. Postquam enim Virgo Deipara in Urbe ad Sancti Pantaleonis, et subinde eo magnificentius Tusculi propria in aede invo cari coepit, ut Scholis Piis esset praesidio, quot quantaque dedit eis materni sui patrocinii documenta! Magnis profecto variisque illae rerum asperitatibus, ipso vivo auctore, aftlictae sunt, ut ab interitu viderentur prope abesse. Verum non aliam ob causam haec dicenda sunt eis contigisse, quam ut ne ipsis deesset illud insigne rerum divinitus institutarum quod est oppugnari. Nam paulo post, ut is praedixerat, visae sunt, Deo adiuvante, mirum in modum rursus florescere et discipulorum numero, et studio litterarum et cultu virtutum. In magistris autem, in iis praesertim quibus cum Iosepho domesticus usus et consuetudo erat vel fuerat, quam clara specimina licebat cernere sedulitatis, patientiae, paternae caritatis. E multis duos nominatim commemoramus: Glycerium, de quo tanta est etiam nunc hominum opinio ut morum innocentia cum Aloisio Gonzaga conferatur, et Dragonettum, qui, cum annos nonaginta natus sub ipso Patre Legifero incubuisset ad docendum, alacer et impiger in instituto perseveravit ad annum aetatis centesimum vicesimum, cum excessit e vivis. Atque Ordo Galasanctianus deinde usque

ad hoc tempus, adversis fere rebus usus - ut virum patientissimum ex ipso eius opere agnoscas - tamen multis partibus per Europam atque etiam trans oceanum Atlanticum diffusus, quam utilis fuit Ecclesiae, quam civitati salutaris. Numerantur ad sexaginta sodales huius Ordinis, qui *Venerabilium* appellatione rite sunt aucti; plurimi vario doctrinarum genere, praesertim naturalium rerum scientia praeclari exstiterunt; copia vero civium optimorum, qui horum trium saeculorum spatio e Scholis piis profecti sunt, quis dicat quam ingens fuerit*? Sunt sane laetabilia haec et eiusmodi ut singulares de eis divinae benignitati grates debeantur. Sed tamen ad sarcienda detrimenta quae Religioni civilique societati solent disciplina iuventutis *laica,* ut diximus, importari, valde optandum est ut cum alia instituta nostrorum, tum hic Ordo, sicubi elanguit, revirescat, ubi autem viget viretque, ibi magis magisque floreat ac fructus ferat usque laetiores. Hoc Nos maxime voto, dilecte Fili, te universosque omnes, quibus praees, prosequimur in saecularibus Instituti solemnibus, quae volumus, tamquam renovatis auspiciis, celebretis. Quae solemnitas ut eo augustior eveniat ac fructuosior, quicumque vestra vel templa vel sacella, in quibus sacrum aut alia supplicatio, ob faustae rei memoriam fiet, inviserint ibique rem christianam Deo commendaverint, omnibus, dummodo poenitentia expiati et divino Epulo refecti sint, *plenariae* peccatorum veniae semel lucrandae ultro facimus potestatem. - Iam sinite, quotquot Iosepho Galasanctio utimini Parente Legifero, vos hortemur, ut eum animi habitum, qui fuit viri incomparabilis, totum ad modestiam ac despicientiam sui, ad caritatem ceterorum, ad pietatem in Deiparam, ad obsequium in hanc Apostolicam Sedem mire compositum, accuratissime, velut optimam eius hereditatem, retineatis. Sic affectis animis pergite, ut facitis, elaborare ad iuventutis bonum, uberrimam laborum a Deo mercedem exspectantes. Cuius Nos auspicem et paternae benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili, et omni Scholarum Piarum Ordini apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis februarii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV.

V

AD R. P. D. IACOBUM SINIBALDI, EPISCOPUM TIT. TIBERIENSEM, CONGREGATIONIS SEMINARIIS ET UNIVERSITATIBUS STUDIORUM PRAEPOSITAE SECRETARIUM: EIUS OPUS « ELEMENTOS DE PHILOSOPHIA » LAUDIBUS PROSEQUITUR.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Diuturnae munus disciplinae laborisque multo diuturnioris, tuum de Elementis Philosophiae librum accepimus perlibenter, quarto nuper editum in lucem; qui quidem quum primum apparuisset, novimus quibus eum laudibus docti et sapientes viri sint prosecuti. Atque his laudibus magnum pondus accessit, ut meminimus, ex eis litteris, quas decessor Noster illustris, Leo XIII fel. rec. in commendationem operis tui dedit ad Episcopum Gonimbricensem. Sane ei Pontifici, cui nulla fuit antiquior cura, quam ut Thomam Aquinatem apud scholas catholicas in praecipuum honorem restitueret, quum ex eius voluntate magisterium philosophiae in Gonimbricensi Seminario tibi, utpote ad sapientiam Doctoris Angelici egregie exculto, esset demandatum, debuit pergratum accidere ut optimum, quod de te fecisset, iudicium tam bene re ipsa confirmaretur. Etenim haec duo volumina vehementer probari videmus intelligentibus tum sincerae doctrinae copia, de Thomae hausta vel derivata fontibus, tum valida contra multiplices errores defensione veri, tum lucido rerum ordine scribendique perspicuitate. Quod postremum licet coniicere quanto constiterit tibi, qui quum Lusitane prorsus nescires, tamen assidua contentione id egeris, ut eam linguam ad quamlibet philosophiae subtilitatem inflecteres. Nec vero satis hic habes principia Thomistica usitatis in Schola illustrare tuerique nationibus; convincis praeterea nihil certi ex disciplinis naturalibus afferri quod cum iis non congruat. Itaque opus confecisti quod omnibus numeris in suo genere absolutum videtur, in primisque accommodatum clericis qui se ad ineundum sacrae theologiae studium comparant. Profecto qua parte tuus liber res divinas attingit, id spirat pietatis caritatisque ut mirum non sit, quod audimus, huius disciplinae alumnos, quorum manibus sit versatus, ex eo diligere et amare Iesum Dominum didicisse, eundemque et in Lusitania et per Brasiliani saluti animarum utilem fuisse. Quare gratulamur tibi ex animo, venerabilis Frater, et Sacratissimo Cordi Iesu, cui debentur suscepti a te in eius gloriam laboris tam uberes fructus, gratias tecum agimus,

suisque te pergat, precamur, donis augere. Quorum auspicem et singularis benevolentiae Nostrae testem, tibi tuisque apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv mensis februarii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS- PP. XV

SERMO

HABITUS DIE XIX FEBRUARII MCMXVII AD SACROS QUADRAGESIMALIS CONCIONATORES IN URBE.

Ai dilettissimi Nostri figli, che nella imminente Quaresima dovranno annunziare la divina parola ai fedeli di Roma, Noi non facciamo torto ricordando che, nell'esercizio dell'importante ministero ad essi affidato, devono prendere a guida e modello l'Apostolo S. Paolo. Camminando sulle orme del Dottore delle Genti essi non potranno fallire a gloriosa meta, e, come S. Paolo, fatti « vasi di elezione », anch'essi porteranno il nome di Gesù «dinanzi alle genti, ai re e ai figliuoli d'Israele» *{Act.,* IX, 15).

Ma perchè ai predicatori di Roma, quasi alla vigilia del giorno in cui dovranno intraprendere l'importante loro ministero in quest'Alma Città, perchè ricordiamo che devono avere a guida e modello S. Paolo? Non per altra ragione, o dilettissimi, se non perchè desideriamo che, al termine della, vostra predicazione in Roma, voi possiate ripetere con ogni verità ciò che S. Paolo diceva dopo di aver predicato ai fedeli di Corinto : « il mio parlare e la mia predicazione fu non nelle persua« sive dell'umana sapienza, ma nella manifestazione di spirito e di «virtù », *sermo meus et praedicatio mea, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed- in ostensione spiritus et virtutis* (I *Cor.,* II, 4).

Da Atene il grande Apostolo era passato a Corinto, e per lo spazio di diciotto mesi aveva predicato al « popolo grande », che Iddio aveagli detto di avere in quella città, *quoniam populus est mihi multus in hac civitate (Act.,* XVIII, 10); ma, essendosi poi recato ad Efeso, avea quivi ricevuto notizia di alcune divisioni suscitate nella chiesa di Corinto da falsi apostoli, e di vari disordini in essa introdotti dopo la sua partenza. A scagionarne se stesso, S. Paolo giudicò opportuno dichiarare quale fosse stata la sua predicazione nell'Acaia, e fu in quell'occasione

che, riferendosi appunto al ministero da lui compiuto in Corinto, scrisse le già citate parole: sermo *meus et praedicatio mea, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis.* È facile comprendere che con queste parole S. Paolo indicava, per escluderlo, un indebito modo di predicare *non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis,* e significava insieme, per dirla da lui tenuta, una conveniente maniera di ammaestrare il popolo *in ostensione spiritus et virtutis.* Ma se con queste parole il Dottore delle Genti dimostrava non imputabili alla sua predicazione i disordini suscitati in Corinto dopo la sua partenza dall'Acaia, riesce a tutti manifesto che Noi, augurando ai predicatori di Roma di poter ripetere, al termine della loro predicazione, le parole stesse di S. Paolo, li scagioniamo fin d'ora da ogni responsabilità in tutto ciò che di meno giusto e di men retto potrà compiersi in Roma dopo la loro partenza da quest'Alma Città.

Voi, o dilettissimi figli, vorreste esserCi grati di avere addotto l'esempio di S. Paolo per liberarvi previamente dal sofisma *post hoc, ergo propter hoc.* Ma Noi non sapremmo esimerCi dall'esporvi tutto il Nostro pensiero. Scrivendo da Efeso ai fedeli di Corinto, l'Apostolo faceva appello alla predicazione da lui tenuta in quella nobilissima città dell'Acaia, non solo per escludere che i disordini posteriormente suscitati potessero mai attribuirsi a quella predicazione, ma anche per dimostrare che dalla predicazione stessa erano stati anticipatamente condannati. Allo stesso modo, o dilettissimi, Noi vorremmo che di qualunque delitto o disordine che per avventura si dovesse lamentare in Roma dopo la prossima Pasqua, si potesse sempre affermare essere stato previamente sfolgorato dai predicatori della Quaresima del 1917. Il perchè Ci sembra non dover riuscire inutile un più attento esame delle surriferite parole di S. Paolo. Noi auguriamo che voi possiate farle vostre al termine della predicazione quaresimale, che ora state per intraprendere: nulla quindi è più naturale che la sollecitudine Nostra di far vene bene apprendere e meglio gustare il senso.

Cominciamo pertanto coll'osservare che non senza motivo l'Apostolo ha distinto le due forme di linguaggio da lui tenuto in Corinto, perchè altra cosa è discorrere in privato, *sermo meus,* e 'altra predicare in pubblico, *et praedicatio mea.* Ma, poiché nell'una e nell'altra S. Paolo escluse l'indebito modo e dichiarò la maniera conveniente da lui tenuta, Noi dobbiamo rilevarne che il predicatore è anzitutto avvertito di non dover mirare solo *a far bene sul pulpito,* ma anche ad osservare un lodevole contegno nel tratto famigliare, che nei giorni della quadragesimale predicazione gli avvenga di dover usare con ecclesiastici e laici,

con giovani e vecchi, con poveri e ricchi, con uomini e donne. S. Francesco di Sales diceva che il vero carattere del Vescovo è conosciuto solo dai più intimi famigliari di lui, e Noi vorremmo che lo zelo dei predicatori di Roma apparisse non solo negli elaborati discorsi che pronunzieranno dai pulpiti delle Nostre chiese, ma altresì nella gravità della loro condotta, nella loro pietà e devozione al santo altare, e specialmente nella carità e nella pazienza, onde li speriamo pronti ad accogliere chiunque faccia appello al loro ministero. Senza queste disposizioni dell'animo, non potrebbe appropriarsi la prima parola di S. Paolo *sermo meus* nemmeno chi, nel pubblico esercizio del sacro ministero, si accostasse in tal guisa all'Apostolo da poter fare sue le altre parole di lui.

Ma nel sacro oratore i fedeli considerano principalmente la missione pubblica, ossia l'esterno esercizio del ministero a lui affidato. Epperò, senza insistere ulteriormente sulla condotta privata, che vói dovrete osservare e che Noi non dubitiamo sarà in tutti lodevolissima, volgiamo piuttosto lo sguardo alla predicazione pubblica di S. Paolo, per argomentarne quale dovrà essere la vostra.

Già abbiamo detto che l'Apostolo dichiara ad un tempo *ciò che non fu* e *ciò che invece è realmente stata* la sua predicazione in Corinto. Laonde chiunque voglia conoscere 1* indole vera della predicazione di S. Paolo, deve porre mente così a ciò che l'Apostolo ne esclude come a ciò che egli addita in essa.

Praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, ecco « ciò che non fu » la predicazione di S. Paolo ai Corinti. Si ingannerebbe chi credesse che l'Apostolo abbia voluto con queste parole significare disprezzo della scienza profana o della profana coltura, perchè egli stesso in altra occasione, scrivendo ai medesimi fedeli di Corinto, ebbe a dire che, sebbene apparisse « rozzo nel parlare, non lo era però nella « scienza », *etsi imperitus sermone, sed non scientia* (II *Cor.*, xi, 6). Ma, se non intendeva disprezzare la scienza profana, S. Paolo voleva significare che su questa non aveva poggiato il suo insegnamento. Aveva egli a cuore di poter dire che la fede da lui istillata a quei di Corinto dovea posarsi sulla potenza di Dio in opposizione alla sapienza dell'uomo: *ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei* (loc. cit., v. 5). Si comprende dunque agevolmente che, quando diceva *praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis,* S. Paolo escludeva gli argomenti dedotti dalle scienze profane ed escludeva altresì ogni forma di linguaggio, che fosse stata propria di un espositore di cose profane.

È d'uopo infatti non perdere di vista il nesso logico del discorso dell'Apostolo. Volendo dimostrare che non si doveano a lui attribuire i disordini che si erano lamentati a Corinto, egli aveva cominciato col rammentare che, quando si era colà recato, non si era punto presentato « con sublimità di ragionamento o di sapienza »: *veni non in sublimitate sermonis aut sapientiae.* Questa distinzione, fatta dall'Apostolo tra « la sublimità del ragionamento e quello della sapienza », Ci permette di dire che al memore sguardo di lui si presentava in quel momento **e** la materia e la forma della sua predicazione, ed egli poteva affermare che nè la forma erane stata sublime, *non in sublimitate sermonis,* nè ricercata o astrusa ne era stata la materia, *non in sublimitate sapientiae.* E che accennasse a sapienza profana quando escludeva di essersi presentato *in sublimitate... sapientiae,* si deduce anche bene dalle parole che S. Paolo soggiungeva: *Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum et hunc crucifixum.* Se nel predicare ai fedeli di Corinto avea mostrato di non sapere altra cosa se non Gesù Cristo, ben chiaro apparisce che nessuno sfoggio dovette egli fare delle sue cognizioni di scienze profane. Anzi la cura di affermare che in mezzo ai Corinti si era diportato non solo come se null'altro avesse saputo che Gesù Cristo, ma ancora come se in Gesù Cristo null'altro avesse scorto che l'obbrobrio della croce, senza punto considerare i tesori di sapienza e di scienza infinita in Lui racchiusi, *nisi Iesum Christum et hunc crucifixum,* deve persuaderci ognor meglio che, non le deduzioni della scienza del secolo, ma i principi della sapienza del Vangelo dovette scegliere l'Apostolo ad argomento della sua predicazione ai fedeli di Corinto. Qual meraviglia pertanto che ad esprimere il disegno dell'opera sua S. Paolo cominciasse coll'escluderne i portati dell'umana sapienza: *Sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis P*

La meraviglia si avrebbe se i predicatori dell'età nostra mettessero in oblio un così autorevole esempio. Il fine da essi inteso non è diverso da quello a cui mirava l'Apostolo nell'evangelizzare il regno di Gesù Cristo ; ma se essi pretendessero raggiungere un tal fine, sia coli'annunziare o difendere tesi profane, sia col portare sul pulpito vane critiche di storia o inutili disquisizioni di politica e di diritto pubblico o privato, Noi non sapremmo astenerci dal ricordar loro che la predicazione di Colui che essi devono tenere a modello non fu *in persuasibilibus humanae sapientiae verbis.* È inutile dire che nel Nostro ricordo sarebbe implicita la più aperta disapprovazione della loro audacia. E non isfuggirebbero la Nostra disapprovazione nemmeno coloro che, dopo di avere

scelto convenientemente i temi delle loro prediche, si illudessero poi di provarli con argomenti profani a preferenza delle ragioni che, come da ricche miniere, potrebbero dedurre dai Libri santi e dalle dotte lezioni dei Padri e dei Dottori della Chiesa. Anche a Costoro Noi vorremmo ricordare che S. Paolo non si è presentato ai fedeli di Corinto *in sublimitate ... sapientiae.*

L'Apostolo non si presentò nemmeno *in sublimitate sermonis;* epperò alieno dall'esempio di S. Paolo, anzi contrario ad esso, Noi vorremmo dire il linguaggio di chi, per soverchia ricercatezza di parole o per troppo eccelsi voli di fantasia, non permettesse al volgo di accogliere i suoi insegnamenti. Nelle parole di S. Paolo: *in sublimitate sermonis,* forse è indicata anche la forma del dire o la maniera del porgere, e poiché il ran Maestro dei predicatori dice di non essersi presentato *in subiimitate sermonis,* chi potrà tollerare che i predicatori dell'epoca nostra usurpino ai tribuni la foga del dire e si mostrino così accesi nel volto, così irruenti nella parola, così smaniosi nel gesto da degradarne le scene del teatro? A voi, dilettissimi figli, non vogliamo celare la Nostra amarezza: il Nostro cuore è stato trafitto dalla voce di chi, non ha guari, Ci diceva che alcuni predicatori ai dì nostri non rifuggono da queste forme teatrali perchè il popolo sembra gradirle. Fosse anche vero che tale apparisse^ ai dì nostri il gusto di molti fra quei che vanno a predica, i sacri oratori, che tengono S. Paolo a modello, lungi dal secondare un tal gusto, dovrebbero condannare chiunque ha contribuito a corromperlo in così orribile guisa. E non vi ravvisano essi le « persuasive della umana sapienza »? Non ricordano che S. Paolo ha detto: *praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis?* Ricordatelo almeno voi, o dilettissimi, affinchè la vostra predicazione in Roma non differisca da quella dell'Apostolo: non sia ciò che la predicazione di S. Paolo non fu.

Ma in un quadro non basta l'assenza di macchie, è necessario altresì il positivo concorso di bei lineamenti: epperò a poter bene apprezzare la predicazione di S. Pàolo, dopo* di aver riconosciuto ciò che essa non fu, è d'uopo studiare anche ciò che essa realmente è stata. Noi avventuratissimi! lo abbiamo appreso dalla bocca dello stesso Dottor delle Genti, il quale, dopo di aver detto di non aver predicato ai Corinti nelle persuasive della umana sapienza, ha soggiunto di averlo bensì fatto « nella manifestazione di spirito e di virtù »: *sed in ostensione spiritus et virtutis.* Queste parole, al dir di S. Tommaso, hanno certamente il senso di affermare che ai credenti nella predicazione di S. Paolo era dato lo Spirito Santo, appunto come gli *Atti degli Apo-*

stoli ricordano di coloro che ascoltavano le parole di S. Pietro : *adhuc loquente Petro verba haec, cecidit Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum (Act.,* X, 44). E del pari può dirsi con lo stesso Angelico Dottore che la predicazione di S. Paolo era « manifestazione di virtù », perchè non di rado era seguita da miracoli (Marc, XVI, 20), in adempimento delle divine promesse : *Domino cooperante et sermonem confirmante, sequentibus signis* (S. Thom., *Comm. in Ep. S. Pauli).* Ma richiamate, o dilettissimi, un'altra volta il pensiero allo scopo a cui mirava direttamente S. Paolo quando indirizzava la sua prima lettera ai fedeli di Corinto. Voi non indugierete a riconoscere che in bocca all'Apostolo il più forte argomento per condannare i disordini introdotti a Corinto doveva essere l'opposizione, diciamo meglio, la contraddizione di essi agli insegnamenti da lui dati nei diciotto mesi della sua dimora in Acaia. Quei disordini costituivano un'aperta violazione delle leggi da lui proclamate ed imposte, per divina missione, ai novelli seguaci della religione cristiana; erano un pratico disprezzo di quelle virtù, che egli aveva additato prezioso e necessario corredo dei discepoli di Gesù Cristo. Nessuna cura perciò avrebbe potuto essere più naturale, nessun ammonimento più opportuno, che il richiamare i fedeli di Corinto allo spirito cristiano da lui inculcato e alla cristiana virtù da lui raccomandata nei giorni della sua predicazione in mezzo ad essi: epperò *praedicatio mea...in ostensione spiritus et virtutis,* ecco la parola di S. Paolo che, succedendo a quella onde siamo ammaestrati su ciò che la predicazione di lui non fu, ci insegna pure ciò che essa realmente è stata.

Credereste voi però che la predicazione di S. Paolo sia stata « manifestazione di spirito cristiano e di cristiana virtù » solo per i primi fedeli di Corinto ? Ah ! voi non ignorate, dilettissimi figli, che tale dev'essere anche la predicazione di tutti coloro che aspirano a camminare dietro le orme del Dottor delle Genti. Riflettete perciò che la vostra predicazione in quest'Alma Città non sarà simile a quella di Colui che avete scelto a vostra guida e modello, se anch'essa non sarà *m ostensione spiritus et virtutis.*

Lo spirito del cristiano consiste nel riconoscere Iddio come nostro Padrone assoluto e come nostro Sovrano Legislatore. A questo spirito si informano la fedeltà del servo, la sottomissione e l'obbedienza del suddito. Oh! intendete dunque bene, dilettissimi figli,-che nell'imminente Quaresima dovrete anzitutto difendere i diritti di Dio sulle creature, non„ allontanandone il pensiero se non per insistere sui doveri delle creature stesse verso Iddio. Tutto ciò che accade nel mondo dev'essere

spiegato alla luce della fede. Questo ammirabile lume, per non accennare che ad una parte dei suoi insegnamenti, ci fa comprendere che le private sventure sono meritati castighi, o almeno esercizio di virtù per gli individui, e che i pubblici flagelli sono espiazione delle colpe onde le pubbliche autorità e le nazioni si sono allontanate da Dio. I sacri oratori che, ad imitazione di S. Paolo, vogliano rinnovata nel mondo la manifestazione dello spirito cristiano *in ostensione spiritus,* devono dunque esortare i fedeli a ricevere dalle mani di Dio così le private sventure come i pubblici flagelli, senza punto mormorare contro la Divina Provvidenza, ma procurando di placare la Giustizia Divina per le colpe degli individui e delle nazioni. Lo spirito del cristiano deve inoltre riconoscere in tutti gli uomini altrettanti fratelli, creati ad immagine e somiglianza dello stesso Dio, redenti tutti dal Sangue divino e tutti incamminati alla stessa patria del cielo. Or chi tenga ciò presente non può dimenticare che la carità è il vincolo che unisce tutti gli uomini, epperò il sacro oratore deve *in ostensione spiritus* cantare le glorie di questa regina delle cristiane virtù, senza permettere che l'uman cuore accolga sentimenti di odio e di vendetta, nemmeno quando per avventura si tratti della difesa di cari interessi o di antichi diritti.

Non vi rechi meraviglia, o carissimi, che un lieve accenno sullo spirito dei cristiano Ci abbia naturalmente condotti ad entrare nel campo della cristiana virtù. È così intimo il nesso fra le due cose, che anche S. Paolo diceva la sua predicazione non essere stata solo «nella manifestazione dello spirito », *in ostensione spiritus,* ma anche in quella della virtù, *in ostensione spiritus et virtutis.* E non è l'idea del figlio congiunta a quella del padre ? il ricordo del padre non trae seco quello del figlio ? Non altrimenti il sacro oratore alla dimostrazione della vera essenza dello spirito cristiano deve far succedere l'indicazione della cristiana virtù, che trae da quella la sua forza, anzi l'origine sua.

Vorremmo dire l'importanza di quest'ultima parte della sacra predicazione. Ma certamente voi già Ci avete prevenuto, o dilettissimi figli : senza dubbio il cuor vostro si apre già alia speranza del frutto, che dovrà essere il miglior premio delle vostre fatiche nell'imminente Quaresima. E dovremmo Noi rammentarvi che questo frutto sarà tanto maggiore quanto più sollecita cura voi porrete nell'indicare in concreto la particolare virtù, che i vostri ascoltatori dovranno praticare, in conformità degli insegnamenti da voi ricevuti? S. Paolo - già l'abbiamo detto - non si limitava all'*ostensione spiritus,* ma passava anche a quella *virtutis.* Oh ! i predicatori di Roma non facciano dissertazioni accademiche, ma discorsi morali ed esortazioni alla pratica delle virtù; non

si contentino di dar gusto agli orecchi, ricordino di dover giovare all'anima. E all'anima gioveranno se, dopo di avere convenientemente illustrata una verità cattolica, additeranno ai fedeli le pratiche conseguenze che da quella* cattolica verità devono trarre per il miglioramento della loro vita individuale, per il più savio indirizzo della famiglia e per il più sicuro avviamento della società ad un verace benessere.

Una dolce e cara fiducia pervade l'anima Nostra e di soave letizia la inonda in questo istante : è la fiducia che appunto così, *in ostensione spiritus et virtutis,* voi, o dilettissimi figli, predicherete in Roma nella imminente Quaresima. Da Roma si irradia la fede; esce da Roma la parola che corregge gli abusi: oh! parta pure da Roma l'impulso a restituire alla sacra predicazione la forma apostolica: *sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis.*

Al Nostro augurio, che i predicatori di Roma possano al termine della Quaresima ripetere ed appropriarsi queste parole di S. Paolo, sono interessati in particolar modo i parroci di quest'Alma Città, perchè essi, i quali devono attendere tutto l'anno alla istruzione dei loro fedeli, naturalmente desiderano che questi non abbiano gusti depravati in ordine alla sacra predicazione. A Noi dunque si uniscano i parroci di Roma, che con piacere salutiamo ora adunati alla Nostra presenza sotto l'amorosa guida del Nostro Cardinale Vicario, si uniscano a Noi nel pregare il Signore a rendere conforme a quella di S. Paolo la predicazione dei quaresimalisti di Roma nel 1917, perchè quanto più sarà apostolica, altrettanto più sarà efficace. Che se all'appagamento del Nostro voto manca ancora qualche cosa, Noi preghiamo il Signore di supplirvi colFabbondanza della grazia, che copiosa invochiamo da Lui nelFimpartire ai predicatori e ai parroci di Roma, nonché a quanti ora Ci fanno gradita corona, l'apostolica benedizione.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACEA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

VERCELLEN.

DE VISITATIONE METROPOLITANI CAPITULI

Antiquis controversiis inter Episcopum et Capitulum Ecclesiae Vercellensis diu exagitatis Summus Pontifex Sixtus V, bulla *Rationi Congruit* Kal. maii anni 1585 data, quae etiam vim *transactionis* induit, finem praescripsit.

Inter articulos qui in hac bulla sanciti sunt, duo qui sequuntur peculiarem attentionem merentur: « Vi. Quod omnimoda administratio « omnium introituum, reddituum et bonorum quorumcumque mensae « capitularis dictae Ecclesiae Vercellensis, ad eosdem Archidiaconum, « Archipresbyterum, Praepositum, Canonicos et Capitulum praefatos « tantum libere in omnibus et per omnia spectaret, spectareque debere, « ita quod dictus Episcopus pro tempore existens sese in administratione « huiusmodi nullatenus intromittere posset nec debeat. — VII. Quod « administratio et regimen dictae fabricae similiter spectaret, speeta- « reque debeat ad Archidiaconum, Archipresbyterum, Praepositum, Ca- « nonicos et Capitulum praefatos tantum, iuxta antiquam et immemo- « rabilem consuetudinem super eo hactenus observatam : hoc tamen « adiecto, quod dictus Episcopus pro tempore existens assistere possit « redditioni computorum eiusdem fabricae, illaque, si, et prout opus « foret, iuxta S. Congr. Tridentini formam et dispositione revidere ».

Quum nonnulli huiusmodi privilegia et statutam exclusionem *intromissionis in administrationem mensae capitularis et fabricae ecclesiae* interpretaretur idem ac exemptionem a canonica visitatione, archiepiscopus Vercellensis, Rmus Theodorus Valfrè, ad tollendam omnem dubitationem, Sacrae huic Congregationi rem interpretandam submisit.

Statuta sua competentia in iudicando de hac re, S. Congregatio Capitulum in primis audiendum censuit, quod plura semel et iterum

deduxit, itemque Archiepiscopus: votum insuper Consultoris requisivit: ac denique, omnibus expletis quae de iure requirebantur, in plenario conventu diei 8 februarii 1917 ad dubium: *An Archiepiscopus Vercellensis sive iure proprio sive iure delegato Capitulum suum metropolitanum, mensa capitulari et ecclesiae fabrica inclusis, canonice visitare possit ad tramitem communis iuris,* Emi Patres, omnibus mature perpensis, responderunt: *Affirmative: et non amplius causam proponi iusserunt.*

Revera ius administrandi confundi non debet cum iure visitandi. Et idcirco quum bulla sanciverit ut canonici administrarent capitularem mensam, *ita quod dictus Episcopus sese in administratione huiusmodi nullatenus intromittere possit,* et administrarent eodem modo ecclesiae fabricam, *hoc tamen adiecto* (prout legitur in bullae articulis) *quod dictus Episcopus pro tempore existens assistere possit redditioni rationis;* dicendum est, exclusum quidem fuisse Archiepiscopum a iure administrandi et se immiscendi in administratione; sed inferri nullatenus debet prohibitum fuisse Archiepiscopo visitationis ius. "Ut enim visitationis ius excludatur, oportet ut haec exclusio *indubitanter, expresse* ac *specifice* enuncietur, seu aliis verbis ut *dispositive declaretur,* prout docet Benedictus XIV, *Le Syn. dioec,* lib. XIII, c. 3. Quod in Sixtina bulla minime statuitur.

Accedebat quoque, aliquot Episcopos seu Archiepiscopos capitularem mensam et ecclesiae fabricam aliquando visitasse. Quod si alii ©miserant, haec omissio ius exemptionis capitulo tribuere non poterat. Hisce aliisque consideratis data est resolutio.

Datum Romae, ex S. Congr. Consistoriali, die 10 februarii 1917.

C CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. « S.

•f V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

II

SUBLAGEN.

DE DUBIO CIRCA PROVISIONEM ET DISTRIBUTIONEM SACRORUM OLEORUM

Restituto, quantum fas era.t, per Constitutionem *Coenobium Sublacense* diei 20 martii 1915, antiquo abbatiae statu, et Ordinario constituto, loco Cardinalis Commendatarii, ipso Abbate monastico S. Scholasticae, dubium

exortum est utrum consecratio sacrorum Oleorum eorumque distributio facienda esset a Capitulo concathedralis S. Andreae et in eius ecclesia, an vero ab Abbate monastico et in ecclesia S. Scholasticae, quae *iure potioritatis super ecclesia concathedrali S. Andreae eiusque Canonicis fruitur.*

Partes rogarunt de sententia S. G. Consistorialem, quae de nova Abbatiae ordinatione viderat. Quaesitum est votum Consultoris.

Hic autem, nonnullis praemissis, ad hanc conclusionem devenit:

« È fuor di dubbio che il Vescovo Ordinario è tenuto a fare la « benedizione degli Olii Santi nella sua chiesa Cattedrale; ed è certo « altresì che ogni parroco deve andare alla Cattedrale per prendere i < nuovi Olii benedetti ogni anno dal Vescovo. Dunque se l'Abate Ordi- « nario di Subiaco fosse insignito della dignità vescovile, la benedizione « dei sacri Olii si dovrebbe fare nella Cattedrale di S. Scolastica, che « gode *iure potioritatis super ecclesia et canonicis S. Andreae.*

« Ma non solo spetta alla Cattedrale il diritto della benedizione dei « SS. Olii, ma ancora la conservazione e la distribuzione di essi, come « ha dichiarato la S. C. dei Riti in *Tuscanellae,* 19 agosto 1619: *Oleum « sanctum deberi conservari in Cathedrali, ab eiusque Dignitatibus dispen- « sari.* Dippiù, se per qualche canonica necessità si faccia la detta bene- « dizione fuori della chiesa Cattedrale, a questa compete sempre il diritto « della distribuzione dei SS. Olii, come si ha da un altro Decreto della « menzionata Congregazione in data del 19 febbraio 1707 in *Trevisana, « ad 2.* Si domandò : *An, dato quod Episcopus propter aliquam canonicam « necessitatem, Oleorum sanctorum consecrationem faciat in aliqua alia « Ecclesia Dioecesis, dicta Olea sancta dispensari debeant in ecclesia Cathe- « drali Parochis totius Dioecesis ?* — Si rispose : *Affirmative.* Se dunque « nell'Abbazia Sublacense non ha luogo la benedizione degli Olii santi, « tuttavia la distribuzione di essi olii deve farsi nella Cattedrale di « S. Scolastica, secondo il disposto della legge.

« Ma che dire dell'opposta consuetudine della chiesa di S. Andrea? « Si risponde che tale consuetudine fin qui scusabile e tollerabile, dopo « il recente ordinamento dell'Abbazia non può più tollerarsi, perchè « *contra legem* e lesiva dei diritti dell'Ordinario.

« Rimarrebbe una sola difficoltà, però di facile soluzione, ed è l'arti- « colo 14 della Costituzione *Coenobium Sublacense,* cui appellano i Rmi « Canonici della Chiesa di S. Andrea, per provare i loro asserti privi- « legi. Ma se attentamente si ponderi tutto il contesto della detta Costi- tuzione, ben si vedrà che fu sempre intendimento di cotesta Sacra « Congregazione di mettere in sicuro tutto ciò che di diritto compete

« all'Abate Ordinario, onde quelle parole del citato articolo debbonsi «intendere con la sottintesa clausola: Salve le leggi e i diritti del- « l'Ordinario. "

« Pertanto al proposto dubbio risponderei: *Negative* ».

Re autem discussa in plenario consessu diei 8 februarii huius anni, Emi Patres concordi sententia in votum Consultoris abierunt. Idque SSmus D. N. sequenti die ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex S. Congr. Consistoriali, die 10 februarii 1917.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

m

PROVISIO ECCLESIARUM

Sacrae Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

7 ianuarii 1917. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Edessenae praefecit R. P. D. Ioannem Marenco, iam episcopum Massensem.

29 ianuarii. — Cathedrali ecclesiae Premisliensi, Sanochiensi et Samboriensi Ruthenorum R. D. Iosaphat Iosephum Kocylowskyi, O. S. Basini Magni, Doctorem in S. Theologia et in Philosophia.

5 februarii. — Episcopali ecclesiae Zamboangensi R. D. Iacobum Me Closkey, dioec. Philadelphiensis, iam Vicarium Generalem larensem.

— Episcopali ecclesiae Tuguegaraoanae R. D. Iacobum Sancho, secretarium episcopalem dioecesis de Cáceres.

7 februarii. — Episcopali ecclesiae S. Rosae de Osos nuper erectae R. P. D. Maximilianum Crespo, translatum ab Antioquiensi ecclesia.

8 februarii. — Episcopalibus ecclesiis nuper unitis Antioquiensi et Iericoënsi R. P. D. Christophorum Toro, translatum ab ecclesia S. Marthae.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

PRAESUMPTAE MORTIS CONIUGIS

In dioecesi N., mulier M. P., septemdecim annos agens, et F. G eiusdem fere aetatis, legitimum matrimonium viginti sex abhinc annis contraxerunt.

Verum idem vir, depravatis moribus cum esset, relicta uxore, aliam petiit civitatem, ibique, turpem degens vitam, sua. bona, publico adhibito notario, abalienavit.

Exeunte autem anno 1895 voluntariae ipse militiae sese addixit, maritimumque iter, Cubana m insulam petiturus, arripuit. Exinde, die scilicet 19 februarii anni 1896, ex urbe Cubana N. ad suos consobrinos epistolam misit, confirmans se in eadem insula commorari tamquam voluntarium militem, nullamque antea sui notitiam dedisse, utpote qui gravi pulmonario morbo, quem vulgo *polmonite* vocant, correptus. In praefata insuper epistola multis quidem se in eodem loco calamitatibus fuisse obnoxium retulit, necnon plura vitae discrimina infirmitatesque submisse, bellique etiam tunc pericula ibi ingruisse. Eapropter huiusmodi asperrimae vitae pertaesus, uxoris suorumque ardenti desiderio actus, promisit se, ubi primum in patriam, favente Deo, esset rediturus, ad bonam frugem fore reversurum; itemque sua cum uxore coniugalem vitam feliciter redintegrare manifestavit. Verum ex eo tempore, viginti scilicet atque uno abhinc annis, licet plures peractae fuerint investigationes, nullus amplius de eo nuncius allatus est.

Cum itaque mulier, quae suum virum morte abreptum putat, ad novas nuptias convolare exoptet, Rmus Ordinarius N. eam unumque testem sub iuramento excussit, et nonnulla documenta ex investigationibus iamdiu peractis ad tramitem Instruct. S. Officii exhiberi curavit. Cum autem circa praesumptam mortem anceps sit in casu, omnia ad hanc Sacram Congregationem detulit, supplicem que libellum mulieris commendavit.

Adnotanda — I. In casu, inspectis processus actis, authentica documenta quae viri obitum F. G. demonstrent, desiderantur. Adiuncta tamen

eiusmodi adsunt ex quibus iure idem obitus praesumi potest. Atque in primis nobis praesto est diuturnum temporis spatium, videlicet unius et viginti annorum, ex quo nulla amplius de ipso notitia habita est.

IL Eo vel magis quod idem vir, quamvis vitiis irretitus, mulieri valedixerit, seque voluntariae militiae exeunte anno 1895 addixerit in Cubana insula dimicandi causa, protinus tamen de malefactis animo angi coepit, fusam que suis consanguineis epistolam misit, in qua voluntatem patefecit tum ad bonam rugem revertendi, tum patriam remeandi, ut coniugalem vitam cum uxore instauraret. Ista sane inter alia in eadem epistola ipse refert: « Si antea rescivissem quod in his locis «fit, quaecumque potius perpessus fuissem, quam has regiones petere : « multae sunt calamitates quae tempore belli perferuntur. Hic enim « plures occubuisse milites ferunt vomito, vel morbo *febbre gialla* cor« reptos; istaque regio magnum detrimentum saluti affert. Vos omnes, « praecipue meam uxorem, recordatione prosequor. Si ipsa vosque omnes, « quae patior, perspiceretis, mihi ignosceretis, cunctaque oblivioni daretis. « Merito, propter ea quae peregi, poenam persolvo; hic enim aegra ducitur « vita, etiam propter ingentes calores. Si Dominus sinet eiusmodi vitae « experimentum finem habere, mens est iterum meae uxori adhaerere « atque laborare, prout hominem decet, ut felicitate una cum ipsa fruar. « Valde ipsius reminiscor, atque cogito quod numquam a me derelin« quenda fuisset, neque me hisce perferendis laboribus subiicere debuis« sem. Quamprimum mihi responsum praebitote, meque de cunctis e « familia ac potissimum de mea uxore certiorem reddite ».

Post haec nulla ab eo alia epistola fuit conscripta, nec aliquid de ipso viginti unius annorum spatio rescitum est.

III. Ad roborandam viri mortis praesumptionem, alia accedit ratio desumpta ex peculiaribus locorum circumstantiis ubi idem mansit. Notum siquidem est quod maritimum iter peragens, Cubanam petiturus insulam, pulmonario morbo correptus, pluribus diebus in nosocomio degere coactus est, antequam in cohortem *(reggimento)* sibi designatam adscriberetur. Exinde militiae labores perferre coepit haud firmis viribus. Quin imo, uti ab ipso viro relatum est, annalesque eiusdem temporis confirmant, lethalis in eadem insula valde nunc grassabatur morbus, quem *ebbre gialla* appellant, unde plerique, praesertim ex exteris, eo correpti, vitam amittebant. Quapropter facile praesumi potest ipsum, sive militari servitio haud idoneum, sive ob vires aegritudine vitiisque debilitatas, furente bello vel contagioso serpente morbo, diem suum obiisse.

IV. Frustra insuper de eodem viro conquisitum fuisse constat tum

ab ipsius consanguineis, tum ab auctoritate civili, uti vocant, nec non a militari atque ecclesiastica.

Rumor quidem exortus est percrebuitque, ipsum lue fuisse abreptum mense iulio anni 1896, at hoc certis argumentis minime comprobari posse videtur. Nec mirandum, saeviente bello atque enunciato grassante morbo, de cunctis, qui ob utramque causam occubuere, referri haud potuisse.

Emi ac Rmi Patres in plenario Conventu habito die 19 ianuarii 1917, omnibus mature perpensis, proposito dubio: *An Oratrici M. P. permitti possit transitus ad alias nuptias in casu,* respondendum censuerunt: *Affirmative.*

f A. CAPOTOSTI, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

VOLATERRANA

OPTIONIS ET NOMINATIONIS AD CANONICATUS

Die 27 ianuarii 1917

Species facti. - Species huius causae simplex est et ita enunciatur. Die 8 iulii 1915, in mense reservato S. Sedi, in Capitulo Cathedrali Volaterrano per obitum sac. Iacobi M... vacavit praebenda et canonicatus praepositurali. Die subsequenti idem Capitulum, inconsulto Episcopo, admisit ad vacatam praebendam seu ad Praeposituram per exercitam optionem canonicum Iosephum F..., et ad ultimum vacantem canonicatum elegit sacerdotem Aloisium B..,, subordinate tamen ad beneplacitum Sanctae Sedis pro Bulla Apostolica collationis. De Aloisii nominatione certior factus Episcopus, illam uti nullam renunciavit, ex duplici ratione, tum quia Capitulum exercere non poterat optionem ad praebendas vacatas in mensibus Papalibus, tum quia nominatio ad eas et respectiva per Bullas collatio exclusive pertinet ad S. Sedem iuxta Reg. IX Cancellariae Apostolicae. E contrario Capitulum Volaterranum ex antiquissima consuetudine contendit sibi spectare ius optionis etiam in mensibus Sedi Apostolicae reservatis, nec non nominationem ad praebendam vacantem residuam ex facta optione, de consensu tamen Apo-

stolicae Datariae, cui reservata manet bulla collationis; et hoc postremum ius fundat in decretali Innocentii HI relata in cap. 31 *De electione et electi potest.,* lib. 1, Decret. Gregorii IX, *Cum Ecclesia Vulterana,* et in iure patronatu ab eodem Capitulo acquisito per excorporationem praebendarum canonicalium a massa communi primaeva. Hisce rationibus ab Episcopo reiectis, Capitulum ad H. S. Congregationem rem detulit, quaerens « se il Capitolo nei mesi riservati, salva sempre la « legge delle riserve per la spedizione della Bolla Pontificia, ha il « diritto di procedere in modo condizionato all'elezione o designazione < del soggetto ed ali'ozione delle prebende ; e nel caso negativo chiede « che ciò gli sia accordato in via di grazia o concessione Apostolica ».

Votum Consultoris. - Petitio Capituli, uti ex se patet, sub duplici adspectu venit consideranda, nempe primo in puncto iuris seu iustitiae et secundo in puncto gratiae. Prima pars duas quaestiones complectitur, videlicet ius ad optionem quoad praebendas canonicales vacatas in mensibus Papalibus, et ius ad nominationem vel electionem beneficiati in praebendam vacantem vi factae optionis. Hae duae quaestiones separatim sunt tractandae: hinc primum sit

De optione. In hoc themate oportet in primis *iuris principia* recolere et accurate definire. - Ius optionis nulla scripta lege derivatur, sed totum pendet vel a statuto, vel a consuetudine, vel ab Apostolico privilegio: cfr. Gonzalez, ad *Reg. 8 Cancell.,* glossa 34, num. 12; Barbosa, *De can. et dign.,* cap. 39; et Rot. in rec. dec. 99, n. 25, par. 10; et passim cum Moneta, *De opt.,* cap. 1, n. 13, aliisque ita definiri solet: « ius quoddam, « quo antiquiores canonici dimissa propria praebenda, aliam vacantem, « quae reservata non sit, intra certum tempus eligere et consequi valent ».

Unde haec praebendarum permutatio seu optio proprie sibi locum vindicat in Capitulis seu inter canonicos et canonicos et inter beneficiatus et beneficiatos respective eiusdem ordinis, et admissa est, non ratione muneris, dignitatis, et meritorum, sed intuitu antianitatis et longioris servitii praestiti, ut tenet Glossa in cap. ult. *De consuet.,* in 6° et explicat Moneta, 1. c.

Ut bene intelligatur ius optionis, in canonicatu tria distingui debent : nempe *canonia,* seu receptio in fratrem ex-facta adscriptione inter capitulares ; *titulus* canonicalis seu ius percipiendi reditus ex facta constitutione officii ; et *bona* praebendalia seu temporalitas eidem adnexa. Ita sane tradit Lotterius, *De benef.,* lib. 1, quaest. 19, n. 19 et seqq. : « Neque « enim aliud est *praebenda* haec canonicalis quam ius percipiendi fru« ctus... et propterea est quid mere incorporale differens tamen a *canonia*

«eodem modo quo differt causatum a sua causa; nam canonia est ius « proveniens ab electione et receptione in fratrem... praebenda vero est « ius procedens ex ipsa constitutione et officio, ex illa necessaria cónse- « cutione ut altari serviens de altari vivat... proindeque, quatenus praedia « aliqua sint assignata singulis, ea quidem vocantur praebendae, sed « minus proprie, cum verius sit ea non esse praebendas, sed praeben- « dalia: consistunt enim in mera et nuda temporalitate et ideo inter « ipsos canonicos permutali possunt absque ulla labe simoniae (Hostien. « in cap. *Quaesitum,* n. *% De permut.)* et super hoc fundatum est ius « optandi in ecclesiis » (vide etiam n. 33 et 34).

Verum, quoad huius iuris exercitium, inspiciendus est cum cit. auctore modus quo praebendae adnexae fuerunt singulis canonicatibus: si enim hae perpetuo et inseparabiliter dictis canonicatibus sint unitae, ita ut unum individuum per incorporationem constituant, tunc privata aucto- ritate optio exerceri nequit, sed « ad permutationem requiritur auctori- « tatis superioris interventus habentis instituere » (Hostien., in d. cap. *Quaesitum,* n. 3, *De permut).* Aliter vero iudicandum, si praebenda non sit specifice et inseparabiliter coniuncta cum titulo canonicali, quamvis, in genere, perpetuo haereat iuri spirituali adnexa respectu canoniae: tunc enim respectu singulorum canonicatuum consideratur separabilis, et proinde quum in eius permutatione cum alia praebenda non interve- niat tituli mutatio, eius optio est permissa auctoritate privata, quum relate ad hanc optionem ea praebenda reputetur res temporalis. Ita rem enucleat Pitonius in suis add. ad discept. X, num. 46. « Si vero optatur « praebenda adnexa *separabiliter* et *in genere,* et tunc nulla fit mutatio « tituli canonicalis ex ea ratione, quod quum illa sit separabilis a singulis « canonicatibus, propter hanc separationem ea reputatur mere tempo- « ralis nec proinde per optionem dicitur mutari praebenda canonicalis « quae est ius percipiendi fructus ex illo vel alio praedio, sed solum « mutari temporalitas praebendae, ut docet Ancharatus, in cap. fin. *De « **Gonsuet.,*** in 6°, n. 1, ad medium - bi - "hic non est optio rei spiri- « tualis sed temporalis, puta domus, vel praebendae quae in temporali- « tate consistit,,, et egregie explicando materiam advertit Lotter., *De re « benef.,* lib. 1, q. 19, n. 27 cum seqq.; Mantica, dec. 273; Rota coram « Coccino, dec. 328, n. 7 et seqq. ».

Hoc praemisso circa naturam optionis, quum in casu agatur de bene- ficio vacato in mense Papali, videndum in specie est, an et quomodo, in mensibus ita reservatis, optionis ius admitti queat. Regula IX Cancell. Apost, ita sonat: «SSmus D. N.... omnia beneficia ecclesiastica cum « cura et sine cura saecularia et quorumvis ordinum regularía qualiter-

« cumque qualificata et ubicumque existentia, in singulis ianuarii, februa-
< rii, aprilis, maii, *iulii,* augusti, octobris et novembris mensibus, usque
« ad suae voluntatis beneplacitum, extra R. C. alias quam per reserva-
« tionem quocumque modo vacatura... dispositioni suae generaliter reser-
« vavit. Volens in supplicationibus seu concessionibus gratiarum, quae
« de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam motu proprio, fient, de
« mense in quo vacaverint, dispositive mentionem fieri: alioquin gra-
« tias nullas esse : *ac consuetudines etiam immemorabiles, optandi maio-*
« res et pinguiores praebendas, nec non privilegia, etiam in limine ere-
« ctionis concessa circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficiis,
« aut quod illa sub huiusmodi reservationibus numquam comprehen-
dantur... quomodolibet concessa, adversus reservationem huiusmodi
« minime suffragari ». Uti ex contextu liquet citatae regulae, facile deducitur, quod sit sublatum omne optionis privilegium circa beneficia reservata ratione mensium collationi S. Sedis Unde Riganti in commentario ad dictam Regul. TX, § 5, n. 2 ponit: « Regula itaque sit, quod optio
« sibi locum non vindicat in vacationibus quae contingunt in mensibus
«reservatis; quacumque consuetudine, aut privilegio aut indulto non
« obstante ».

Haec autem regula de reservatione pontificia obtinet quando agitur de veris praebendis perpetuo et inseparabiliter adnexis titulo canonicali; secus vero dicendum quando haec adnexio inseparabilis a casu exsulat et permutatio praebendarum contingere valet absque tituli mutatione: tunc enim reservatio Pontificia cessat, uti citatus Riganti loco dicto tradit n. 4 et 5, et in fine addit: « Qui vero huiusmodi adnexio-
« nem (perpetuam et inseparabilem) allegat, eam probare tenetur, quum
« sit quid facti, adeo ut deneganda veniat proviso Apostolica immissio
« nisi de ea docuerit plene et concludenter ». Ita etiam tenent Gonzalez, 1. c, n. 32; Moneta, c. 3, q. 3, n. 27 aliique cum Rota in pluribus decisionibus ab ipso Riganti allegatis.

Sed quid dicendum quando praebendae non sunt adnexae inseparabiliter titulis canonicalibus *in specie,* sed tantum *in genere* canoniae, uti recurrit quando tot sunt canonicatus, quot sunt praebendae? Nonnulli tenent in casu optionem secundum ius exerceri non posse, sed requiri ut praebendae ita sint a canonicatibus separatae, ut etiam non canonicis conferri valeant, et in hac postrema tantum hypothesi hae praebendae non essent subiectae reservationibus Apostolicis ratione mensium, ceu tenent Riganti, loc. cit., n. 16; Pasqualigo, *Quaest, mor.* 254, n. 3. Alii vero tenent optionem in proposito casu non esse prohibitam. Ita Lotterius, q. 19 supra cit., n. 25. « Alia est adnexio revoeabilis, quae

« bene se compatitur cum ipso iure optandi ; et haec, quamvis perpetuo « haereat iuri spirituali respectu canoniae (quod colligitur ex correspe- < ctivitate numeri) ac propterea cadat sub dispositione canonicatus tam- « quam quid illi perpetuo adnexum, nihilominus, propter illam separa- < bilitatem a singulis canonicatibus, ad effectum optandi reputatur quid « mere temporale, nec intelligitur dimitti seu optari praebenda canoni- « calis, quatenus vere praebenda est spirituale, sed ea semper retinetur, « ut bene explicat Cardinalis Thusc. *Cons.* 126, cum quo transivit Rota « apud Cassad., dec. 57, n. 2 et 3 per tot. *De praeb.;* sola enim ea desti- « natio et addictio praebendarum singulis canonicatibus, licet probet < connexionem, non tamen probat adnexionem perpetuam et ineompa- « tibilem cum iure optandi, ut discusso articulo tenuit Rota apud Pu- « teum, dec. 196 ». Ita etiam tenet Tondutius in *Resolut, benef.*, 110 n. 29: « Secundum genus adnexionis est earum rerum quae sunt quidem « adnexae in genere alicui ex canonicatibus sed non uni potius quam « alteri et modo ad unum modo adulterum pertinent : et haec adnexio, « quia non est perpetua sed revocabilis, bene se compatitur cum iure « optandi ». Et re quidem vera, quamvis, ut ait Barbosa, *De can.*, cap. 12, n. 10, canonia sit mater praebendae, tamen canonicatus stare aliquando potest sine praebenda, ut probat allegata inibi decis. S. C. Concilii in *Salamantina;* et appellatione praebendae non venit canonicatus, unde de stilo Datariae utrumque nominatur in uteris Apostolicis collationis.

Hanc vero postremam sententiam secutam esse H. S. Congregationem constat ex. g. ex resolutionibus datis in Signina, *Optionis*, 23 mart. 1858 *(Thesaur. S. C. G,* t. CXV1I, pag. 72), in Casertana, 2 iun. 1838 *(Thes.*, t. XCVIII, pag. 82), in Capuana, die 17 dec. 1853 *(Thesit* CXII, pag. 488), in Urbevetana, die 26 aprilis 1856 *(Thes.*, t. CXV, pag. 238). Quas resolutiones referens ephemeris *Monitore eccles.*, voL XIX, pag. 104, ita concludit: « Da questi autorevoli responsi chiaro apparisce doversi « stare con quei DD. che ritengono potersi esercitare il diritto di ozione « anche nei mesi riservati alla S. Sede, in quei Capitoli in cui le pre- « bende formate dalla massa comune, benché pari di numero con i « canonicati, siano comuni alla canonia, e non già perpetuamente annesse « a ciascun canonicato». Cuius sententiae, in casu nempe quod praebenda sit unita titulo canonicali separabiliter, et tantum generice inseparabiliter canoniae, haec ratio dari potest cum Rota in Mediolanen. *Optionis,* die 29 aprilis 1711, dec. 37, inter *Miscellanea* coram Falconieri, n. 8: « Quin imo adducitur altera etiam convincentissima ratio super « dicta reg. 8 (hodie 9) reservatoria a Gonzalez, *d. gloss.*, 34, n. 33 et 44, « scilicet quod ea cadunt sub reservatione, quae in mense Apostolico

« vacant; sed domus cum canonicatu non vacat, ex quo iure optionis « a sequenti in gradu occupatur, et tantummodo (cum tot sint domus « quot canonici) vacat ultima post consumptas optiones: ergo istam uti « vacantem poterit obtinere provisus Apostolicus, non autem alteram « optatam, sive optioni suppositam, quae vacare non dicitur, iuxta « mentem *Geminiani m* locis mox allegatis ».

Si quaestio praesens ad normam horum allegatorum *in iure* expendatur, videretur Capitulo esse adiudicandam facultatem optandi praebendas etiam in mensibus reservatis, non exclusa praebenda Archidiaconali prima dignitate in Cathedrali Volaterrana et hinc sub specialem reservationem cadente vi regulae IV Cancellariae Apostolicae ; hae enim praebendae constitutae sunt vi earum excorporationis a massa communi Capituli peractae ab antiquissimis temporibus, et praeterquam quod numerus praebendarum respondet numero canonicorum, earum optio firmatur a consuetudine plusquam centenaria, quae destrui nequit nisi alia contraria consuetudine centenaria aut immemoriali, ut tenuit Rota coram Emerix decis. 1195, n. 10 et 11, ibi: « Post completam centenariam, pro aliquo de- « struendo titulo, qui ex ea resultat, alia in contrarium centenaria requi- « ritur » et in pluribus aliis decisionibus, quae videri possunt in additione ad *discept, eccles. X,* Pitonii n. 20. Nec in contrarium facit testimonium Episcopi aientis: « Aggiungo *ad abundantiam* che nel Capitolo di Vol- « terra i canonicati sono *inseparabiliter* uniti alle prebende ». Factum enim optionis tam diuturnae exercitae contrarium prorsus probaret.

Hisce tamen non obstantibus videtur *in facto* non constare de bono iure Capituli Volaterrani optandi praebendas in mensibus S. Sedi reservatis, ipsa non exclusa prima praebenda Archidiaconali, ex alio titulo, ut supra, reservata.

Primo enim obstant aperte ipsae Constitutiones Capitulares rogatae ab ipso Capitulo anno 1577 et ab Episcopo eodem anno sua auctoritate firmatae. Hae in cap. 9, sequentia decernunt: « Quare eamdem consti- « tutionem (de optione) innovantes, decernimus optionem praebendarum « fieri debere in mensibus dumtaxat ordinariis competentibus; in (men- « sibus) reservatis vero Sedi Apostolicae nequaquam »; et in elencho praebendarum canonicalium, de praebenda Archidiaconali edicitur quod ea sit reservata S. Sedi et proinde ab optione subtracta. Iamvero, posita hac dispositione Constitutionum Capitularium, quas singuli Canonici in sua ad Capitulum admissione et receptione sub iuramento spondent se servaturos, quamlibet contrariam consuetudinem vel praescriptionem exsulare oportet, ob defectum bonae fidei.

At, dato etiam et non concesso quod non obstantibus contrariis Capitularibus Constitutionibus, antiquum ius optandi, ad menses quoque reservatos fuerit extensum ex inoiita consuetudine dictis Constitutionibus posteriore, non ideo tamen hoc hodie utiliter invocari posse videtur ex sequentibus rationibus. Primo quia, quidquid sit de consuetudine hac exstante ab anno 1770 usque ad an. 1851, quo inter S. Sedem et Leopoldum II magnum Hetruriae ducem nova conventio instituta fuit, legibus Leopoldinis abrogatis quae reservationes beneficiorum S. Sedi vetabant, de quo inferius, certum est quod post dictam conventionem ius optandi praebendas vacatas in mensibus reservatis in Capitulo Volterrano omnino cessavit, et si aliquando illud fuit exercitum id contigit ex *benigna concessione* S. Sedis in singulis casibus, prouti videre est in pluribus deliberationibus capitularibus. Operae pretium est unum saltem casum adducere: die 27 aprilis 1875 per obitum Archidiaconi Iacobi Leoncini vacavit eius praebenda sub Episcopo Capponi. Canonici volebant ius optionis experiri: sed convocato coetu, canonicus Decanus epistolam Episcopi praelaudati sequentis tenoris communicavit: « Avendo inteso dalla S. V. che domani avrà luogo la capito- « lare adunanza da lei presieduta per divenire all'ozione della prebenda « Arcidiaconale, la quale essendo riservata alla Santa Sede, la nomina « spetta ad essa; in forza delle facoltà ottenute dalla Santa Sede di « poter conferire i beneficii affetti di riserva, io autorizzo cotesto Reve- « rendissimo Capitolo a procedere all'ozione della detta prebenda cano- « nicale, che sarà per restare vacante, colla condizione però ingiunta dal « Beatissimo Padre, che nella Bolla d'istituzione sia apposta la clausola *« vigore specialium facultatum* ». Hae primis temporibus concedi consueverant ad triennium: sed tandem sub Leone XIII abrogatae sunt, et ita nominatio et collatio praebendarum canonicalium S. Sedi reservatarum, sive in vim regulae 4, sive in vim regulae 9 Cane. Apost., exclusa quacumque umbra optionis, avocata fuit ad S. Sedem seu ad Datariam Apostolicam. Ex quibus consequitur quod iactata a Capitulo consuetudo optandi praebendas etiam in mensibus S. Sedi reservatis, a longo tempore seu ab an. 1851 suo robore destituta mansit, et nova introducta fuit ultra quadragenaria favore Datariae Apostolicae quae praescriptionis titulum parit contra idem Capitulum.

Neque urgeatur in casu praescriptionem invocari non posse, quia optio est actus facultativus et in huiusmodi actibus non currit praescriptio: nam, ut tenet Reiffenstuel cum aliis DD., tit. 25, *De praescripta* n. 39, hoc fallit quando praecedit inhibitio cum acquiescentia illorum qui dictos actus ponere valerent vel non, et tunc praescriptio incipit a

die factae prohibitionis: quod principium pluribus decisionibus Rotalibus coram Falconieri firmatur, uti in Colonien., *Decanatus,* 3 iulii 1712; Adiacen., *Canonicatus,* 1 martii 1723, *De iurep.;* et in Salisburgen., *Vicariae,* 31 ianuarii 1714: ibi, *De unione benef.* dec. 2, n. 5: « Tanto magis « quia ista possessio deputandi saeculares usque de anno 1616 fuit in « statu coactivo constituta tam vigore decretorum concistorii ecclesia- « stici, quam etiam vigore confessionis et approbationis Praepositi tunc « temporis; ideoque inutiliter fit confugium ad actus facultativos, quando « iudicialiter et propria confessione Monasterii in statu coactivo fue- « runt collocati, et absque ulteriore contradictione fuerunt continuati « usque ad diem motae litis ».

Sed tandem quod in tenues resolvit auras Capituli praetensiones circa dictum ius optandi in praebendis vacatis mensibus Papalibus, est recursus ipsius Capituli ad S. Sedem ad obtinendum ex gratia, quod sibi ex iure vindicare non poterat. Anno 1880 Capitulum aegre ferens ius optandi non fuisse recognitum ab Episcopis Targioni et Capponi cogitavit rem deferre iudicio S. Sedis, ut saltem *alternativam* quae Episcopis concedi solet, obtinere posset, scilicet imminutionem- mensium Papalium ab octo ad sex; recursus vero contrarietatem apud H. S. C. adinvenit. Capitulum nihilosecius petitionem iterare decrevit non apud eamdem S. C. sed directe ad Summum Pontificem ut ex declaratione sequenti Archidiaconi facta in sessione Capitulari die 30 dec. eiusdem anni 1880: « Richiamando alla memoria dei rr. canonici coadunati le « pratiche già inutilmente fatte a fine d'ottenere la facoltà dell'opzioni « alle prebende che vacassero nei mesi di pontificia riserva, propose di « ricorrere con apposita memoria al Sommo Pontefice implorando sif- « fatta facoltà ». Libellus redactus fuit, et authenticis munitus documentis, nec non ab ipso Episcopo Capponi commendatus, fuit exhibitus ope Emi Card. Iacobini, tunc a Secretis Status; sed petitio, post contrarium votum unius ex consultoribus S. Datariae Apostolicae in tali negotio interpellatae, fuit reiecta.

Ex hucusque disputatis duo igitur inferri possunt: 1) praetensum Capituli ius optandi praebendas reservatas nullo solido niti fundamento; 2) ex facto quod Capitulum postremis temporibus ad viam gratiae convolavi^ aperte fassum esse sibi hoc ius non spectare, vel saltem illud sibi abiudicasse.

I

II. Videndum nunc de altera recursus parte, seu *de iure electionis.* - Capitulum sane contendit non solum sibi ius esse ad optionem praebendarum in mensibus reservatis vacatarum, sed etiam ad designandam

seu norainandam personam ad ultimam praebendam post exercitam optionem vacantem, eius tamen collatione reservata Sedi Apostolicae. Ad rem ait, sedulo distinguendum esse ius nominationis seu praesentationis a iure collationis, et hoc tantum, seu *ius collationis,* post introductam regulam 9 Cancellariae Apostolicae seu reservationem mensium Papalium, eidem Capitulo fuisse ablatum; rem autem probare satagit non modo ex adducta in sui favorem immemoriali consuetudine, sed etiam ex decretali Innoc. III relata in cap. 31, *Cum Ecclesia Vulterana,* tit. 6, *De electione et electi potest,* lib. I, et ex quadam pergamena unde, inter alia, colligitur Summum Pontificem Alexandrum III, an. 1180, rogasse Volaterranum Capitulum ut reciperet inter Capitulares Ildebrandinum de Todini, Pontificis consanguineum; addit etiam id privilegium, quasi iurispatronatus ex fundatione, sibi derivasse ex excorporatione praebendarum ex massa communi.

Sed haec paulo fusius explicanda veniunt.

Imprimis en summaria species Decretaiis Innocentii. III supra citatae. Episcopus Volaterranus nonnullos canonicos elegerat in Cathedrali, quos Capitulum recipere noluit, quia dicebat sibi spectare ius eos nominandi. Episcopus recursum obtulit Episcopo Florentino deinde transmissum Innocentio III petens ut canonici seu Capitulum in officio continerentur, et declararetur Episcopo et non Capitulo *ius nominandi* spectare. At Pontifex sua epistola decretali d. a. 1206, utrumque resolvit favore Capituli nempe 1um Capitulum non peccasse in Episcopum quia iure suo canonici usi sunt; 2um electionem novorum canonicorum. Capitulo et non Episcopo spectare, et executionem huius decisionis commisit Episcopo Florentino.

Quo vero ad alterum documentum quo nititur Capitulum, enunciata pergamena, praeter iuratam depositionem Ildebrandini de Todini a. 1180 se a Capitulo nominatum canonicum Volaterranum ad instantiam sui avunculi Pontificis Alexandri III, continet plures alias iuratas depositiones circa ius Capituli Volaterrani antiquissimum nominandi canonicos in sua ecclesia et de quibus ratio habetur ab Innocentio III in supradicta Decretali circa finem.

Praeter quam ex hisce documentis Capitulum arguit sibi ius nominandi spectare etiam in mensibus reservatis ex iuspatronatus. quod contendit, sibi fuisse acquisitum ex facta excorporatione singularum praebendarum ex massa communi. At quamvis in- casu admitteretur quod hoc ius nominandi constitueret verum patronatum, quia iuxta Reiffenstuel ad lib. 3 *Decretal.,* tit. 38 et Ferraris, c. *luspatr.* art. 1, n. 2. iuspatronatus est « ius nominandi sive praesentandi clericum ad bene-

« ficium vacans ecclesiasticum » non ideo sequeretur ipsum exemptum esse a regula 9 Cancellariae Apostolicae. Nam cum praedictum ius patronatus sit *ecclesiasticum,* hoc aperte cadit sub reservatione ratione mensium, ceu communiter tradunt DD. cum Gonzalez, *I. c,* ad dictam regulam, tom. % n. 144.. Unde Gagliardi, *Be Benef.,* cap. 5, n. 72, haec ait: « Ecclesiasticum vero patronatum iura Decretalium et Pontificiae Con« stitutiones pontificiis reservationibus tam specialibus quam generalibus « subiiciunt ». Quod si hoc ius nominandi antiquum in Capitulo non constituat verum patronatum, ut censet Episcopus, quia Capitulum de suo nihil contulit ad fundandas praebendas, sed tantum nudum *privilegium* praeseferat, hoc pariter dici debet abrogatum ex ipso contextu primae partis citatae regulae quae inter alia haec habet: « Summus Ponti - « fex,... omnia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, in singulis « ianuarii, februarii, aprilis, maii, iulii, augusti, octobris et novembris men« sibus, usque ad suae voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam, « alias quam per resignationem quocumque modo vacatura, *ad collatio« nem, provisionem, praesentationem, electionem et quamvis aliam dispo« sitionem quorumque collatorum et collatricum saecularium,* et quorumvis << ordinariorum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum « sub concordatis inter sedem Apostolicam et quoscumque alios initis et « per eos qui illa acceptare et observare debuerant, acceptatis et obser« vatis quae laedere non intendit, comprehensorum) *quomodolibet perti« nenlia, dispositioni suae generaliter reservavit:* volens in supplicationibus « seu concessionibus gratiarum, quae de dictis beneficiis tunc vacantibus, « etiam motu proprio fient, de mense in quo vacaverint, dispositive men« tionem fieri, alioquin gratias nullas esse ».

Iam vero si in alligati textus tenore [expendantur verba « bene« ficia ad collationem, provisionem... et quamvis aliam dispositionem quo« rum cumque collatorum ... quodomolibet pertinentia », optime videtur concludi posse reservationem extensam esse ad beneficia electiva ex quocumque privilegio proveniant, salvo tantum casu de contraria fundatoris voluntate, quando agitur de fundatione beneficii ex bonis laicalibus: et ratio huius exceptionis est, quia ut observatur in Parmen. *Beneficii,* coram Scotto, (ap. Piton, *disc. eccl.* 25), « fundatorum voluntas non « solum est religiose servanda, ut nemo a beneficiorum fundatione retra« hatur ob timorem inobservantiae eorum, quae in actu fundationis sibi « particulariter reservavit, sed etiam quia Papa non intellexit cum regula 9 « reservationem inducere contra voluntatem fundatoris, quando benefi« cium fundatum fuit ex bonis profanis », quod a proposito casu omnino exsulat.

Ulterius praetensum Capituli ius penitus exploditur in ipsis Capitularibus Constitutionibus, prout ex capit. 5 aperte apparet in quo sequentia leguntur: « Decernimus et declaramus in primis Capitulo nostro non « licere dignitatem Archidiaconatus, quae est prima post Pontificalem, « *ullo modo* conferre, nec de eadem quemque providere cum sit Sedi « Apostolicae semper reservata. Neque ulterius liceat Capitulo, in vaca« tionibus per obitum dumtaxat, in quibus est locus mensium reserva« tioni conferre canonicatus, praebendas, capellanías, nec ecclesias quas« cumque ad dispositionem nostri capituli pertinentes, *nisi* in quatuor « tantum mensibus collatoribus etiam inferioribus competentibus, vide« licet martii, iunii, septembris et decembris. In reliquis vero octo men« sibus ianuarii, februarii, aprilis, maii, iulii, augusti, octobris, novembris, « Apostolicae Sedi reservatis, Capitulum adeo debeat omnino a *quacum« que collatione* se abstinere, ut etiam, si id non fecerit, iure conferendi « quod habere praetendit, se ipso facto privatum noverit, prout decreto «ex visitatione auctoritate apostolica facta quoque sancitum fuit; nul« lumque ius aut titulus coloratus provisis in mensibus reservatis « prorsus acquiratur quemadmodum regulis Cancellariae Apostolicae « expresse cavetur ». Neque Capitulo prodesse potest obtentum perfugium, quod ipsum non procedit ad beneficii vel vacati canonicatus *collationem,* quae S. Sedi reservaretur in expeditione Bullarum, sed tantum ad designationem seu nominationem subiecti et quidem conditionate seu sub beneplacito S. Sedis: nam haec explicatio primo pugnat cum tenore ipsius regulae 9[ae] ut nuper vidimus, sed et reiicitur ab ipsis verbis Capitularium Constitutionum : « Capitulum debeat omnino *a, quacumque « collatione* abstinere » ; ut enim ait Pitonius, *I. c, discept 12, n. 56,* « collatio aliquando obliquatur et importat electionem, et omnem alium « actum iuxta subiectam materiam ; et facit *decis. 249, n. 2, coram Sera« fini*, ubi in ecclesia receptitia et non numerata dicit quod beneficiati « sunt liberi *collatores* et sumitur pro *electores* seu *receptores* ».

Neque item Capitulo prodesse possunt aliae nominationes secutae ad instantiam aliorum Pontificum, post illam Ildebrandini de Todini ad instantiam Pontificis Alexandri III, quas ita recolit idem Capitulum: « Inoltre la nomina dei canonico Dei Monte fatta nel 1250 dal Capitolo « a preghiera del Papa Innoc. IV, che ne ringrazia con lettera del « 17 luglio di d. anno i canonici; quella del canonico Fazzi, fatta pure « dal Capitolo nel 1471 per desiderio di M.re Degli Alii, Vescovo di Vol« terra ed altre nomine di simil genere sono altrettante prove a con« ferma del diritto suespresso, che non consta sia stato menomato o « distrutto con provvedimenti derogatorii Pontificii ». Nam quidquid sit

de his nominationibus, quae non apparet quo tempore evenerint, scilicet vel in mensibus liberis pro co.llatoribus inferioribus, vel tempore introductarum reservationum a regulis Cancellariae Apostolicae;[1] in facto certe non constat has nominationes contigisse post enunciatas Constitutiones in quibus acceptandis Capitulum nuncium misit cuicumque privilegio nominandi ad praebendas reservatas in vim reg. 4^{ae} et 9^{ae} Cancellariae Apostolicae: de hisce proinde in proposita specie ratio haberi non potest.

Quoad autem consequentem consuetudinem seu praescriptionem, praesertim imperantibus legibus Leopoldinis quae praedictas Apostolicas reservationes arbitrario abstulerant, in comperto est eam efficaciter et canonice introduci non potuisse, tum ob defectum bonae fidei in Capitularibus qui in eorum ingressu in Capitulum iurare cogebantur Capitulares Constitutiones, tum quia dictae nefastae leges non poterant eos absolvere et liberare ab Apostolicis reservationibus. Reapse hanc fuisse sententiam et persuasionem canonicorum in propatulo ponit postulatio facta ab eodem Capitulo die 21 iunii an. 1805 ad Summum Pontificem Pium VII, in qua petitur ut, attenta impossibilitate observandi reservationes Pontificias a legibus patriis non recognitas, concedatur facultas quoad vacatas praebendas, etiam in mensibus reservatis, exercendi optionem et procedendi ad collationem : cui petitioni Pontifex annuit « durantibus extraordinariis expositis circumstantiis ». Ex qua instantia et rescripto non immerito arguitur Capitulum ipsum fassum esse sibi non competere ius optionis neque ius nominandi quoad praebendas S. Sedi reservatas.

Quae autem dicta sunt superius de restauratione reservationum Apostolicarum in Hetruriae regno post pactum concordatum inter Summum Pontificem Pium IX et Leopoldum II magnum illius regni ducem, quoad vetitum exercitium optionis relate ad praebendas vacatas S. Sedi reservatas, ea, mutatis mutandis, facile applicari possunt praetenso a Capitulo iuri ad eas nominandi, quod igitur eodem omnino argumento explosum manet.

Ex disceptatis itaque ad sequentes devenitur conclusiones: 1* Capitulo Volaterrano non competere ius optionis neque ius nominandi, etiam sub quacumque formula conditionata, ad praebendas reservatas dispo-

[1] Quando reservatio mensium fuerit inserta inter regulas Cancellariae, auctores controvertunt ut videre est in citata decisione rotali *Farmen.* Alii dicunt id factum fuisse a ioanne XXII Pontifice an. 1316 qui communiter retinetur auctor regul. Cancellariae Apost.; alii a Nicolao V Pontifice qui sedit in Cathedra Petri an. 1347; alii demum a Gregorio XI'V an. 1590.

sitioni et collationi S. Sedis sive ratione mensium sive alio titulo iuxta regulas Cancellariae Apostolicae, quum eius intentio non sit iuridice probata; proinde 2° exercitam a Capitulo optionem a. 1915 die 9 iulii, mensis reservati, et consequentem nominationem Sac. Aloisii B. ad vacatam praebendam ex facta optione, non sustineri; 3° Capituli ius tum quoad optionem tum quoad nominationem Capitularium admittendum esse tantummodo in mensibus liberis, et quoad praebendas liberas, ad tramites Constitutionum Capitularium; 4° Et quoniam quod ex iure Capitulum obtinere non valet, postulat ut ex gratia a benignitate S. Sedis ei concedatur: etiam videtur eius precibus non esse annuendum, tum quia alias, nempe a. 1881, haec eadem gratia, quamvis coarctata ad formam *alternativae* (quae solum conceditur Episcopis, non aliis collatoribus), fuit denegata utpote praeiudicialis iuribus et suprematiae S. Sedis, tum quia rei adversatur hodiernus Episcopus, et quidem non immerito, quia, ut ipse addit « altrimenti il Vescovo, che dopo tutto è quello che governa « la Diocesi, non avrebbe mai mezzo di premiare un sacerdote, se non « quasi chiedendo ai Canonici la carità, con non lieve scapito, chi ben «considera, anche della disciplina».

Resolutio. - Porro, quum proposita fuissent in plenariis Emorum ac Revmorum Patrum comitiis, habitis die 27 ianuarii 1917, infrascripta dubia, nimirum:

I. *Utrum Capitulo Cathedrali Volaterrano ius competat, % licet conditionatum et subordinatum, optandi et praesentandi, seu eligendi ad praebendas vacantes in mensibus S. Sedi reservatis, in casu.*

Et quatenus negative:

II. *An et quomodo indulgenda sit gratia, in casu.*

S. Congregatio Concilii, omnibus matura deliberatione perpensis, respondendum censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Non expedire.*

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in audientia insequentis diei, SSmus resolutiones Emorum Patrum approbare dignatus est.

I. MORI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

INTERPRETATIO BULLAE CRUCIATAE PRO FRATRIBUS MINORIBUS IN HISPANIA

Cum per Breve Apostolicum « Ut praesens periculum » diei 12 augusti 1915 Bulla Cruciatae pro locis hispanicae Ditioni subiectis, ad duodecim annos prorogata auctique fuerint eiusdem favores, controversia de interpretatione indulti « quoad legem abstinentiae et ieiunii » orta est inter Fratres Minores, attentis eorumdem Regulae praescriptionibus circa Quadragesimam et ieiunia. Hinc P. Vicarius Generalis Fratrum Minorum Hispaniae ad vitandos scrupulos et tranquillitati conscientiae providendum, sequentia dubia Sacrae Congregationi de Religiosis proposuit:

I. Utrum Fratres Minores Hispaniae, seu in ditionibus Hispaniae commorantes, uti possint Indulto Bullae Cruciatae, ita ut tribus tantum diebus servare ieiunium teneantur; an potius ieiunare debeant omnibus diebus Quadragesimae?

II. Utrum Bullae privilegium quoad abstinentiam comprehendat etiam Fratres Minores, ut supra, etiam aliis diebus, quibus praecepto Regulae ieiunare tenentur?

Emi Patres in Congregatione Generali diei 26 ianuarii h. a. 1917 responderunt ad mentem, quae est:

« Bulla Cruciatae in Hispania non derogat legi circa dies ieiunii a « regula Fratribus Minoribus praescripti. Speciatim vero circa Quadra- « gesimam Ecclesiae, Fratres non recedant a praxi universali Ordinis. « Possunt tamen, servatis servandis, etiam in diebus ieiunii regularis « uti Indultis Bullae circa abstinentiam vel qualitatem ciborum ».

Quam resolutionem Emorum Patrum SSmus Dnus Noster Benedictus XV, in audientia diei 28 eiusdem mensis et anni infrascripto Secretario concessa, approbavit et publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, die 1 februarii 1917.

L. © S.

f ADULPHUS, Ep. Canopitan., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES '

Brevibus apostoiicis nominati sunt:

22 decembris 1916. — *Vicarius Apostolicus novi Vicariatus Apostolici Magellanensis in Patagonia Chilena, R.* P. D. Abraham Aquilera, episcopus tit. Issensis, e Congregatione Salesiana.

'S ianuarii 1917. — *Episcopus Chiensis,* R. D. Nicolaus Charichiopoulo.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ATUREN, ET AQUEN.

DECRETUM SUPER INTRODUCTIONE CAUSAE BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVAE DEI MARGARITAE RUTAN, E SOCIETATE PUELLARUM CARITATIS S. VINCENTII A PAULO, IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, INTEREMPTAE.

Nemo inficiari potest quam funesta, impia et crudelis fuerit illa rei publicae perturbatio saeculi xvni in Gallus, quae ex personis utriusque sexus et cuiusvis aetatis, coetus et conditionis non solum innumerabiles victimas, sed etiam plures martyres effecisse perhibetur. Quod etiam testantur recentiores Processus informativi, Ordinaria auctoritate confecti et ad sacram Rituum Congregationem delati; atque relativae causae Beatificationis seu declarationis Martyrii penes sacram ipsam Congregationem nuper actae ac introductae. Nunc vero quaestio disceptatur de introducenda causa Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servae Dei Margaritae Rutan, e Societate Puellarum caritatis S. Vincentii a Paulo, quae die 9 aprilis an. 1794 ad Aquas Tarbellicas, vulgo *Dax,* abscisso

capite mortem pro Christo occubuisse fertur^ Meus in Lotharingia e legitimis honestisque coniugibus die 23 aprilis an. 1736 orta, eademque die baptizata est Dei Famula, quae postea die 9 augusti an. 1743 in Cathedrali Ecclesia Melensi sacramentum Confirmationis devote recepit. Penes suos usque ad annos octodecim mansit, quo temporis spatio aetate ac virtute progrediens, varias disciplinas, praecipue artem graphicam et scientias architectonicam et mathematicam excoluit; quae serius haud parvo adiumento illi fuerunt in concreditis officiis obeundis. Christianae pietatis sanis imbuta principiis et a mundanis vanitatibus prorsus aliena, ad perfectiorem vitae statum se vocatam sentiebat. Quare, anno aetatis suae decimo octavo, sponte ac generose admissionem petiit in Societatem Puellarum caritatis S. Vincentii a Paulo; verum, nonnisi post triennium voti compos facta, primum in nosocomio civitatis Metensis probata, deinceps in aede Parisiensi, Societatis principe, die 23 aprilis an. 1757 inter tyrones aggregata fuit. Tyrocinio laudabiliter exacto, a Moderatrice Generali ad plures domos missa est, iuxta voluntatem et statuta sancti Fundatoris qui, sapienti consilio, per hasce frequentes mutationes, praesertim in iunioribus puellis, providere voluit, ut ipsae personis, locis et muneribus nonnisi ex obedientia adhaererent. Sollicitudine et directione Servae Dei, notabiliter floruerunt in civitate *Pau* hospitium pauperum et infantium derelictorum, necnon opificium manus pannis Ian eis conficiendis; in urbe *Brest* publicum institutum, cuius administrationem oeconomicam Margarita revisit, composuit et ordinavit, eamque cum apposita relatione praepositis parisiensibus adprobandam subiecit; in *Fontainebleau* hospitium item pro infirmis apprime charum et acceptum Reginae Mariae Antoniettae; in *Blangy-sur-Bresle* nosocomium infirmis curandis et scholae puellis instituendis. Insuper in civitate Trecensi variis modis nosocomii incremento consuluit. Tandem ad Aquas Tarbellicas destinata, postremam hanc suam missionem usque ad obitum bene ac recte adimplevit. Exstabant in illa civitate duo hospitia, unum a Sancto Spiritu, alterum a S. Eutropio nuncupata, quorum reditus adeo tenues, ut vix parvo aegrotantium numero alendo et curando sufficerent. A consilio administrationis statutum fuit utrumque hospitium in unum refundere cum unico aedificio e fundamentis erigendo. Episcopus dioecesanus de Suarez Daulan, suis sociorumque votis libenter annuit, verum ob exortas difficultates a proposito desistere coactus fuit. Qui ei successit in pastorali regimine Reverendissimus Lequien de Laneufville, sui praedecessoris caritatis et beneficentiae sensus aemulatus, optatum ac praescriptum opus incepit ac perfecit. Ipse enim tunc temporis Parisiis degens, inito consilio cum antistita

generali Instituti Puellarum caritatis, ab ea obtinuit sororem experientia, ingenio et virtute praeditam, Margaritam Rutan; cuius opera praecipua negotium unionis et novi aedificii e fundamentis erecti sub titulo S. Eutropii, ad prosperum exitum perduxit. Dum mirabilis apparuit Dei Famulae industria, celeritas et consilium in providendo commodum et salubre aegrotis atque egenis hospitium, mirabilior tamen emicuit eius sedulitas et caritas in illis corpore et animo afflictis curandis et sublevandis, per diuturnum temporis spatium usque ad postremam diem concreditae missionis vigesimam quintam decembris an. 1793. Praeclarum ac publicum habetur documentum in laudem Servae Dei eiusque sociarum ab administratoribus memorati nosocomii exaratum et signatum die tertia iulii 1792, quo ipsi exquisiti a Commissario Provinciae quid sentirent de sororibus in nosocomio degentibus, an essent retinendae vel dimittendae, unanimi sententia responderunt ac declararunt esse retinendas propter necessitatem et utilitatem pauperum. Interim rei publicae perturbationes an. 1789 inchoatae et subsequentibus annis crebrescentes, ineunte anno 1794, in civitate *Dax* peculiarem insectationis religiosae notam acquisierunt, auctore et instigante Pinet, qui etiam iussit foeminas religiosas in carcerem detrudi et dum plures ex iis ad carceres civitatis *Pau* miserat, Margaritam in carcerem civitatis *Dax* coniici voluit, ibique per tres menses sub severo rigore tenuit atque afflixit. Ab ipso autem Pinet, et Cavaignac, tribunali extraordinario constituto die 8 aprilis, postridie in iudicium vocata fuit Dei Famula et, absque vero processu, uno momento accusata et damnata. In locum supplicii conducta, innocens virgo capite plectitur eadem die 9 aprilis 1794. Super fama sanctitatis et martyrii Servae Dei Processus informativus, Ordinaria auctoritate confectus, Romam ad Sacram Rituum Congregationem delatus fuit. Instante autem Rmo Dno Raphaële Ricciardelli, Congregationis Missionis procuratore et postulatore generali; attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, complurium sacrorum Antistitum necnon Superiorum Institutorum ac Paroeciarum, Canonicorum, aliorumque virorum ac foeminarum insignium, rogante moderatore generali Congregationis Missionis una cum Antistita generali Puellarum caritatis, quum, revisione scriptorum eidem Servae Dei attributorum peracta, nihil obstet quominus ad ulteriora procedi possit, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuen. et S. Rufinae, huius Causae relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris

tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius infrascripti Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R^P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 19 ianuarii 1917.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV, per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum, relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Margaritae Rutan, e Societate Puellarum caritatis S. Vincentii a Paulo, die 24, eisdem mense et anno.

J$i A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Pro-Praefectus.

ı, jjß s.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

ANTUERPIEN, **SEU** MECHLINIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS ANNAE A S. BARTHOLOMAEO, MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORÜM.

SUPER DUBIO.

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quae fuerit soror Anna a S. Bartholomaeo quantisque fulserit exornata virtutibus, probe nosse qui desideret, a nemine melius potest edoceri, quam ab ipsa celebri Abulensi Virgine, sancta Teresia : huius quippe dilectissima et indivisa socia extitit illa, consiliorum particeps, operum consors atque laborum.

Inde profecto fit, ut, quum altera nequeat ab altera facile seiungi, dum apostolicum hoc Decretum discipulam spectat vitaeque spiritualis filiam, insimul quodammodo pertinere etiam videatur ad Matrem legiferam atque Magistram. Cuius porro praeclara inter effata, caelestis sapientiae referta, exstat hoc atque eminet; nimirum: *Solus Deus satis*

superque est; illudque aptissime in hanc aetatem cadit, quippe quod.; tot medias inter acerbitates, ruinas atque caedes, maiorum, quorum tanta insecuta est moles, ad altam radicem pergit eamque commonstrat. Posthabitis namque neglectisque ordinis ^supra naturam vitaeque christianae principiis, hoc ipso maximum iustitiae sublatum est fundamentum: nil propterea mirum, si mens humana, pravarum opinionum imbuta veneno, e recta quum digressa fuerit via, omnia circum tenebris et caligine offusa cernerei.

Sed enim humani generis reparator Christus Iesus, qui suis novit medicinam aptare temporibus ita rerum eventus est moderatus, ut binae, de quibus agitur, sanationes, quibusque de morbis res est, quorum alter in capite, seu cerebro, alter vero in intestinis suam fixerai sedem suamque maleficam exercuerat vim, quamvis, duobus aut tribus abhinc saeculis, iam patratae, nunc tamen primum, vetustati ereptae, et recentioris medicae scientiae lumine illustratae, prodirent in conspectum, quasi ad ostendendum, prius, repudiatis erroribus, mortalium sanandam esse mentem, ut postmodum in totum corpus eiusque membra diffiuere possit vita.

Revera probationes, quibus utrumque innititur factum, quin progressu temporis veterascerent multoque minus tinea corrumperentur, eaedem perstiterunt ipsae atque tunc erant, quum primum iudiciali ritu est inquisitum. Vix enim triennium abierat aut quinquennium, ex quo, deprecatrice adhibita apud Deum, fideli eiusdem Famula, venerabili Anna a S. Bartholomaeo, una et altera sanatio evenerat. Fas idcirco fuit oculares audiri perpendique testes, eosque inter, sanatum, Patrem Leopoldum, atque sanatam, Galliarum Reginam ; a curatione medicos ceterosque, qui rem, prouti acciderat, suis ipsi conspexerant oculis. Quo proinde ex capite, plane conformes praescripto legis, quum de miraculis quaestio est, in promptu habitae tunc fuerunt eaeque in promptu habentur adhuc, tempore opportuno collectae probationes; eisdemque elementa insuper contineri, quibus utroque in casu de veri nominis prodigio actum fuerit, enotuit, duce iudicialium actorum serie et facem praeferentibus Viris in arte peritis.

Qui sane nedum extrinseca auctoritate sua, sed vi et pondere argumentorum, quae accommodata sunt ad persuadendum, certum in primis atque planum efficere connisi sunt, morbum, quo et Pater Leopoldus et Galliarum Regina fuerant conflictati, in materiali quadam, *organica,* seu, Ut inquiunt, *anatomica* et *patologica* laesione fuisse situm. Hoc veluti fundamento strato, ad inquirendam et èxpendendam rationem, qua tum Patris Leopoldi tum Galliarum Reginae morbus fugatus dele-

tusque describitur in actis, iidem progressi postea sunt periti Viri; quumque rationem ipsam subitam, seu *instantaneam,* fuisse atque *perfectam* certo deprehendissent, facere profecto non potuerunt, quin agnoscerent statim aperteque contuerentur, eiusmodi adeo mirificum utriusque sanationis eventum naturae vires esse praetergressum.

Nihil hoc Virorum in arte peritorum iudicio rectius atque manifestius; philosophum siquidem esse non oportet, neque medicum aut chirurgum aliiscrue id genus physicis excultum disciplinis, sed sat est communi naturalique sensu esse praeditum. Quilibet porro homo de populo, cotidiana ferme experientia edoctus, qua non vidit umquam neque umquam videre poterat, organicum quemdam, gravem et chronicum morbum, etsi natura sua sanabilem, temporis tamen momento, plene perfecteque consanescere, cunctis quoque reparatis damnis, quae morbus ipse pepererat, sicque reparatis perinde atque non extitissent unquam ; si quando id accidat, extemplo summa ille capitur admiratione summoque percellitur stupore, atque ineluctabili quadam vi coactus, vel invitus, inclamat: *Miraculum!*

Equidem, quo cunctis vel imperitis etiam et medicarum rerum ignaris hominibus utriusque propositi miraculi facile et plane, patesceret veritas, acriter, severe atque diu de re est disceptatum; primo nempe in Congregatione antepraeparatoria, secundo ac tertio in duabus subinde Congregationibus praeparatoriis, quarto denique in Congregatione generali, die trigesima superioris mensis ianuarii, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV coacta. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores singuli ex ordine suffragia tulerunt; Sanctissimus vero Dominus noster supremum Suum iudicium de more prorogandum duxit, Sibi spatio ac iis, qui aderant, relicto ad praesidium et lumen a Patre luminum imploranda.

Hodierna autem die Dominica I in Quadragesima, sacro devotissime peracto, ad se acciri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo scilicet *instantaneae perfectaeque sanationis P. Leopoldi a S. Ioanne Baptista a chronico cerebri abscessu, gravibus hyperemiae meningeae symptomatibus consociato,* deque altero *instantaneae perfe-*

ctaeque sanationis Mariae, Reginae Galliarum, a diuturna febri typhoide, viribus illico restitutis.

Hoc decretum publici iuris fieri et in acta sacrorunK rituum Congregationis referri mandavit v Calendas martias anno MCMXVII.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. G. Pro-Praefectus.

L. * S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

CARCASSONEN.

DUBIA

Hodiernus Vicarius generalis Dioecesis Carcassonensis, de mandato sui Rmi Episcopi, Sacrae Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna solutione humiliter subiecit; nimirum:

Per Indultum Cardinalis Caprara sub die 9 aprilis 1802, et subsequentes declarationes, in Gallia quorumdam Festorum feriatio ita supprimitur in eorum die proprio, ut solemnitas cum feriatione transferatur in Dominicam non impeditam proxime sequentem, in qua Dominica et solemnitate unica Missa solemnis vel cantata celebranda est de die Festo quod ita debite ac devote colitur.

Hinc quaeritur:

I. An praefatum Indultum Cardinalis Caprara hucusque observatum in Gallia, in eo quod attinet ad celebrationem Missae de solemnitate translata, adhuc vigeat, non obstantibus novis rubricis et decretis de Festis ad Dominicam pro solemnitate translatis?

Et quum post Dogmaticam definitionem Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis anno 1854 solemniter promulgatam, peculiaria Indulta ab Apostolica Sede concessa fuerint Dioecesibus Galliae, ut Festi Immaculatae Conceptionis B. M. V. solemnitas externa celebretur Dominica Adventus ipsum Festum proxime sequente, cum unica Missa solemni vel cantata de ipso Festo, quaeritur:

Tl. An haec Indulta in suo vigore adhuc maneant?

S. Congregatio Rituum

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis quaestionibus ita respondendum censuit:

* Ad I. *Affirmative,* attento tamen decreto n. 3754 « declarationis « praefati Indulti pro solemnitate Festorum transferenda » diei 2 decembris 1891.

Ad II. *Affirmative* pro his Galliae Dioecesibus quibus memorata Indulta concessa fuerunt; servatis tamen eorumdem clausulis et conditionibus.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 26 ianuarii 1917.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. G. Pro-Praefectus.

L. S,

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

.SACRA ROMANA ROTA

I

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (GARREAUD-PIC)

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 26 aprilis 1916, RR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many et Raphael Chimenti, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Helenam Garreaud, *repraesentatam per legitimum procuratorem* Vincentium Sacconi, *advocatum, et* Aemilium Pie, *interveniente et disceptante in causa Substituto Vinculi Defensoris ex officio, sequentem tulerunt in secundo gradu sententiam definitivam.*

Helena Garreaud aetatis suae annorum 20, consiliis, obiurgationibus ac minis matrimonium contraxit cum Aemilio Pie die 12 augusti 1899. Proinde nil mirum si illico dissensiones inter coniuges exortae fuerunt, imo adeo excreverunt, ut post 12 annos vitae coniugalis sponsa sententiam divortii obtinuit a magistratu civili. Deinde de matrimonii religiosi nullitate ex capite vis et metus edocta, petiit a Summo Pontifice Pio X fel. rec. ut causa etiam in primo gradu institueretur apud H. S. Auditorium. Obtenta Pontificia Commissione et instructione completa, cum testes auditi pauci nimis viderentur, Domini Patres de turno, die 21 iulii 1914 mandarunt, ut alii testes excuterentur, quo peracto, die 21 maii 1915 matrimonium Helenae Garreaud cum Aemilio Pie nullum declararunt. Ab hac tamen sententia appellationem interposuit solers Vinculi vindex, et hodie iterum causa disceptanda proponitur sub consueta formula dubii: *An sententia rotalis diei 21 maii 1915 sit confirmanda, vel infirmanda in casu?*

In iure haec adnotanda breyiter Patres censuerunt. Quamvis metus per se non reddit actus nullos, sed rescindibiles ad petitionem partis laesae, nihilominus quidam in utroque iure actus recensentur, qui, si ponantur sub metu, irriti dicendi sunt ex legis ministerio. In iure nostro celebre est cap. 14, tit. *De sponsalibus et matrimoniis.* « Cum locum « non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit, necesse « est, ut ubi adsensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. « Matrimonium autem solo consensu contrahitur, et ubi de ipso quae- « ritur, plena debet securitate ille gaudere cuius est animus inda- « gandus, ne per timorem dicat sibi placere quod odit, et sequatur « exitus, qui ex invitis solet nuptiis provenire ». Metus autem debet esse gravis, levis enim metus non attenditur, extrinsecus, i. e. procedens.a causa libera, iniustus et directus ad extorquendum consensum. Quoad primum requisitum, seu metus gravitatem, Emus Gasparri docet metum esse gravem si « malum instans, vel futurum sit grave pro illa persona « quae timet, et haec persona persuasum habeat illud malum sibi « revera imminere » *(De matrim.,* vol. II, n. 490, tertiae edit.). Quod verificari potest etiam in metu, quem vocant reverentialem, dummodo fuerit qualificatus, i. e. dummodo eidem adiiciantur preces instantes, dura eloquia, obiurgationes continuae, minae, etc., prouti tenuit S. H. T. post eius restaurationem pluribus in suis decisionibus seu sententiis. Ita in duabus Parisien, dd. 26 febr. 1910 et IB martii 1911, in *Nicien.* •die 31 iulii 1910, etc.

Modo ad jactum. In libello Actricis haec habentur: « A tale unione « ella (Helena) fu costretta dalla madre, la quale con insistenze e scenate « continue, ed anche con minacce di metterla fuori di casa, la obbligò « assolutamente a subire un'unione, dalla quale la sua volontà era asso- « lutamente aliena ». Et paulo post: « Fu costretta a cedere alla volontà « del più forte ed al timore che le minacce venissero poste ad esecuzione ». Verum iuxta instructionem Congregationis S. Officii die 20 iunii 1883 « considerandum est, utrum qui de illata vi, metuve accusantur, patria « potestate et auctoritate pollerent, an qui vim, metumve passi sunt, « nullatenus iisdem subiecti fuerint; quae ratio vis inferendae, magna « ne ex matrimonio propriae domui utilitas aut decus obventurum; «quae indoles inferentium; quae conditio; qui mores; qua ratione « familiari regere consueverint; utrum ad iracundiam et violentiam ita « essent proclives, ut facile quod minabantur perficerent, et animo ita « essent duro atque obstinato, ut a nemine sibi contradici, aut consiliis « suis impedimenta obiici paterentur ... Ratio habenda erit primum sexus

« personae, quae violentiam passa dicitur; facilius enim animus puellae « commoveretur quam viri; deinde aetatis, conditionis, educationis, indo- « lis, utrum nempe mitis ac timida fuerit: an fortis et constans; qua «ratione in familia vivere consueverit, utrum sub custodia et vigilantia « parentum, ita ut ab eorum imperio semper et in omnibus penderet ». Hisce prae oculis habitis, acta referunt matrem Helenae fuisse indolis supra modum imperiosae. « Lorsque Mme Garreaud voulait quelque « chose, elle trouvait le moyen de la réaliser »: ait Photion. Quod uno ore testantur omnes eius filiae: «Ma mère est très autoritaire». Alii vero testes eam praedicant « odieusement autoritaire, femme de déci- « sion », etc. ipsa enim, cum vidua a longo tempore esset, domi aucto- ritatem exercebat, et officii sui tamquam matrisfamilias putabat, ut filias (sex enim filias habebat) quam primum in matrimonium collocaret, ut eis praesidium et vitae tutelam modo certo subministrare!, Insuper mortui mariti negotium exercendum assumpserat, cui plurimum navabat operam, ita ut vix ei superesset tempus ad vacandum his, quae filiarum suarum erant. Has ergo, unam post aliam, ratione aetatis, in matrimo- nium dabat. Cum itaque Helenam nuptui tradendi tempus advenisset, ei inauditae et insciae in matrimonium assignavit Aemilium Pie. Ex altera parte Helena, in conventu monialium educata, rerum vitae inexperta erat, cum sororibus absque alia societate vitam domi agebat, et nihil magis timebat, quam ne ab eis separaretur. Animi robore non carebat, sed matrem reformidabat, nec huius voluntati resistere noverat: « J'ai «remarqué (deponit Photion ad 4) aussi son (i. e. Helenae) attitude « extrêmement déférente et soumise à l'égard de sa mère ». Et soror Mac-Teigne ad 3 et 4: « Toutes nous redoutions ma mère, et en par- « ticulier ma sœur, qui sortait du couvent et ne connaissait rien de la « vie ... Elle (ma mère) se montrait peut-être encore plus autoritaire « vis-à-vis de ma sœur à cause de sa beauté physique, qui attirait « l'attention et l'imposait davantage ». Porro Helena proposito sibi a matre matrimonio cum Aemilio Pie absolute repugnabat, quod depo- nunt omnes testes. Sic Eugenia Ruelland sarcinatrix, quae familiam Garreaud frequentabat et secreta noverat, refert: « Je faisais les robes « d'Hélène; c'est par elle que j'ai été tenue au courant des fiançailles. Je « me rappelle très bien avoir plusieurs fois reçu chez moi Hélène Gar- « reaud, et étant chez elle le plus souvent avoir été mêlé à la vie de « famille. Très souvent Hélène est venue me trouver en larmes, se plai- « gnant d'avoir été malmené par sa mère, d'avoir reçu des gifles parce « qu'elle ne voulait pas épouser Mr Pic, que sa mère voulait lui impo- « ser; ella m'a dit qu'elle ne pourrait jamais épouser cet homme qu'elle

« trouvait bête, ne sachant pas parler », etc. Hanc autem repugnantiam Helena modis omnibus, in quantum poterat, palam faciebat. Ita soror eius Henrica Rouveau ait: « Ma sœur, je le répète, jusque au dernier « jour a manifesté, autant qu'elle l'a pu, sa volonté bien arrêtée de ne « pas épouser Mr Pic: par exemple elle ne s'est laissée jamais appro- « cher par lui pour recevoir de lui un baiser; ma mère lui a remis « elle-même sa bague de fiançailles, sans qu'elle ait eu à la choisir; « elle ne portait cette bague que dans les grandes occasions, quand « elle ne pouvait pas faire autrement ». Nec aliter res habere se poterat ; etenim acta referunt Aemilium Pic « très bizarre de caractère », violentam, ebriosum et institutum in familia, in qua eius pater « était « très sévère vis-à-vis de lui... sa mère était morte de chagrin ... un « de ses frères avait essayé de se suicider vers l'âge de vingt ans ... ».

Ad frangendam hanc Helenae repugnantiam, .mater non benevolis suasionibus, non precibus materais, sed verbis imperiosis atque duris fuit tenaciter usa; prouti deponit cum aliis testibus citata Henricá Rouveau: « Ma mère n'a pas usé de prières; elle n'entre pas dans ce « détail-là; elle n'a pas essayé de persuader; elle a dit nettement à ma « sœur: " Tu épouseras Mr Pic „ ». Nec minae defuerunt. Cum enim Helena matri dixisset: « Je n'épouserai pas Mr Pic », haec (referente saepius citata H. Rouveau) reposuit: « Tu épouseras Mr Pic, ou tu « partiras en Angleterre, et je ne te reverrai plus ». Eadem habent altera soror Elisabeth Mac-Teigne et Eugenia Ruelland sarcinatrix. Prima ait: «Elle (Helena) a été contrainte par ma mère qui l'a ména- « cée de la faire partir comme institutrice à l'étranger si elle s'y refu- « sait». Secunda autem deponit: « Quand elle (la mère) eut présenté « à sa fille Mr Pic, elle lui signifia qu'elle épouserait celui-là, et que «si elle ne le voulait pas, il faudrait qu'elle quitta la maison mater- « nelle, pour aller comme institutrice gagner son pain en pays étranger ». Ceterum hoc mater ipsa confitetur ad 3 : « Non, ma fille n'a pas été « libre, elle n'a cessé de protester, et je n'ai cessé de lui imposer ma « volonté, j'ai usé de toute mon influence ; j'avais usé d'abord de priè- « res; mais j'ai cru devoir employer les menaces, surtout celle de l'en- « voyer comme institutrice à l'étranger. Je savais que ce serait pour « elle une très grande peine et une humiliation morale très grande; car « elle considérait cette situation comme un état de domesticité ». Non agitur ergo de expulsione e domo materna, quod malum grave in se esse potest pro puella, sed de impositione cuiusdam officii exercendi extra familiam, quod mater, inspecta quoque lege gallica, facere poterat filiae, minorenni etiam et reluctanti. Nec satis; ad vincendam enim

filiae voluntatem, mater vim aliquam physicam etiam adhibuit. Hoc testatur Henrica Rouveau: « Elle (mater) fut invariable dans sa volonté, «et pour vaincre la résistance d'Hélène, elle alla même jusqu'à lui « donner des gifles». Similia refert alia soror eius Elisabeth Mac-Teigne: «J'ai été témoin de toutes les scènes et j'ai constaté la trace des « violences, dont ma sœur avait été l'objet. Un jour même une coutu- « rière, venant essayer une robe, remarqua les traces qu'elle portait au « bras ». His gemina habent aliae eius sorores, Amelia Fahre et ioanna Beer, ac confirmat mater: « J'ai même dans la vivacité des scènes « employé une certaine brusquerie, en la prenant violemment par les « bras; elle en a même porté les marques ». Verum quidem est, quod actrix ne verbum quidem habet de vexationibus corporalibus, sed actricis silentium negotium facessere nequit, cum praefatae vexationes referant plures testes de visu. Notandum insuper est hic non agi de metu proprie dicto et ordinario, sed de metu reverentiali; in metu quidem ordinario gravitas vexationum aut minarum clare demonstrari debet; non ita in metu reverentiali ad quem sufficiunt, praeter ipsum metum reverentialem, reprehensiones, vexationes, iurgia, minae, suasiones importunae et diuturnae, nec quidem copulative, sed etiam separatim: quae quidem omnia cum ex actis in nostro casu clare demonstrentur, ambigi nequit de coactionis gravitate.

Huic materno imperio Helena restitit, quantum potuit, denegando, lacrymando, iurgia movendo: « comme resistence (ait H. Rouveau) à « opposer à la volonté maternelle, elle n'avait que ses prières, ses lar- « mes, ses supplications ». Propriam repugnantiam sponso manifestare non poterat, quia mater cavebat ne unquam sola cum solo remaneret. Nec recursum habere poterat ad sorores et ad avunculum. Non certe ad sorores, istae enim maternae dominationi subiiciebantur. Ita Aurelia Febvre deponit: « Ma mère comandait à tous, même à nos beaux-frères, « et n'admettait pas de réponse, pas de discussions »; et Henrica Rou- « veau: Ma sœur ne pouvait faire intervenir personne, nous moins que «tout autre; carpas plus qu'elle, nous n'aurions été ménagée dans les « distributions de gifles, ou d'autre chose du même genre ». Nec ad avunculum; Helena enim edocta fuit a matre de adventu avunculi post expletum ritum civilem; i. e. in pervigilio matrimonii religiosi.His auxiliis destituta, non omisit Helena quaerere opportunitatem tractatus matrimoniales rumpendi; unde quando mater a Rev. Lemperier can. Versaliensi epistolam accepit, in qua monebatur de infirma Aemilii Pie valetudine, hac occasione uti voluit, sed mater, transacta momentanea haesitatione, matrimonium solitis imperiosis verbis urgere non destitit. Pariter biduo

ante matrimonium, cum occasione contractus civilis, sponsus nimium ebrietati indulsisset, Helena a matre postulavit, ut sponsalia resolverentur; verum mater respondit, matrimonio civili peracto, recessum a sponsalibus esse impossibilem.

Repugnantia Helenae adversus propositas sibi nuptias duravit usque ad ipsum matrimonium. Ipsa enim ait : « La veille du mariage religieux, et « le matin aussi, j'ai pleuré beaucoup, et j'ai essayé de lutter; ma mère « me repondit que c'était impossible de reculer, que mon oncle, aumô- « monier des religieuses bénédictines de l'Ile de Wight, était venu exprès « pour me marier ». Et de hac repugnantiae duratione usque ad matrimonium concordes referunt quatuor actricis sorores, eius mater et Eugenia Ruelland. In his adiunctis coniugium initum fuit; quae adiuncta, si coniugantur cum iis, quae matrimonium sequuta fuerunt, certi esse possumus moralem coactionem in ipso actu religioso explendo perseverasse: mutatio enim status animi aut voluntatis, iisdem manentibus circumstantiis, non praesumitur. Iamvero quoad circumstantias matrimonium subsequentes acta referunt, vix elapsis decem diebus post initas nuptias, iurgia inter coniuges exorta fuisse, ita ut Helena matrem rogaverit ut ad se sororem Elisabeth in opem et auxilium mitteret, quod narrat Elisabeth et mater. Ait Elisabeth ad 6°: «Dès les premiers « jours qui suivirent le départ pour le voyage de noces, ma sœur m'écri- « vit de venir la rejoindre, et cela dans la manière la plus pressante. « Je fus moi-même témoin alors de scènes violentes, qui nous terro- « rissaient, ma sœur et moi ». Eadem habet mater pariter ad 6*. Etiam Photion testis ex officio, cum hospes sponsorum fuisset, narrat nocte quadam audivisse « des cris de menace du mari et des supplications de « la femme ... Le lendemain, la jeune femme crut devoir me donner des « explications: "Mon mari m'a brutalisée „, dit-elle. Et comme je lui « témoignais de l'indignation et de la pitié: " Helas! ajouta-t-elle. si c'était « la première fois! „ ». Acta pariter referunt Helenam post tres annos matrimonii confugisse ad matrem, quae eam eadem die ad virum invitam reduxit: « Une première fois (ait praefata Elisabeth), au bout de trois ans « environ, à la suite d'une scène dans laquelle Mr Pic l'avait poursuivée « pour la frapper, comme il le faisait souvent, ma sœur se réfugia chez ma « mère qui la reconduisit le jour même à son mari. La vie commune se « continua ainsi péniblement; les choses allaient de mal en pis, pendant « dix ans environ jusqu'à à la séparation définitive ».

Pluribus a Vinculi Defensoris Substituto difficultatibus oggestis iam ex dictis satisfactum esse dixerunt Patres, una tantum excepta, ex eo desumpta, quod si nova instructoria petita a iudicibus primi turni locum

habere non potuit, quia citatos testes iam mors rapuerat, nullum iidem Iudices fundamentum habuerunt ad sententiam contra vinculum ferendam. Verum animadvertendum, quod Iudices primi turni instructoriam necessariam putarunt non ex eo quod dubia foret nullitatis probatio, sed quia omnes testes necessario excutiendi, prouti sunt qui praecipuam partem habuerunt in matrimonio, ad sacrorum canonum praescripta nondum auditi fuerant. Nec dicatur testes, qui metum incussum fuisse demonstrare dicuntur, esse omnes aut fere omnes ex familia actricis, eosque amore potius, quam veritate deposuisse. Etenim : 1) in actis testes habemus ex officio inductos extra familiam actricis, qui non solum nihil attestantur contra dicta aliorum testium, sed potius ea confirmant, v. g. asserentes imperiosam matris indolem famam de vexationibus, quas passa est, et iurgia inter coniuges saepe exorta. 2) Neminem latet in causis matrimonialibus legitime ad testificandum admitti posse coniugum parentes et proximos, uti clarum est ex cap. 3, tit. « Qui matrimonium accu* sare », etc.

Quibus omnibus rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, dicimus, declaramus et definitive pronuntiamus sententiam rotalem diei 21 maii 1915 esse confirmadam, i. e. ad propositum dubium respondemus: *Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definiti vam* sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.*, Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 26 aprilis 1916.

Guilelmus Sebastianeiii, *Decanus, Ponens.*
Seraphinus Many.
Raphael Chimenti.

L. © S.

Ex Cancellaria, 27 maii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

LONDONEN.

DISMEMBRATIONIS (INCIDENTIS).

Die 5 augusti anni 1914, ab hoc S. Tribunali lata est in prima instantia, vi commissionis Pontificiae, sententia definitiva, qua decretum est legitimam esse dismembrationem parochiae Dominae-Nostrae-du-Lac, in dioecesi Londonensi (Canada), et aequo modo partitioni onerum inter parochiam matricem et parochiam filialem provisum est. Ab hac sententia ambo Procuratores, scilicet advocatus Angelus D'Alessandri, Procurator Curiae Londonensis, et advocatus Vincentius Sacconi, Procurator parochi Beaudoin, appellavemnt, die 25 novembris, hic a parte sententiae, quae definit legitimam esse dismembrationem, ille a parte sententiae quae de partitione onerum inter parochias statuit. Hae autem appellationes, ut fieri solet, erant potius ad cautelam, scilicet donec ad advocatos mandata ciientium pervenirent. Prior Illmus Episcopus Londonensis appellationem procuratoris Curiae suae ratihabuit; postea, scilicet die 30 martii anni 1915, Rev. parochus Beaudoin appellationem suo nomine interpositam ratihabuit. Quod attinet ad Promotorem Iustitiae, qui pars principalis in iudicio fuerat, ut leges canonicas de parochiarum dismembratione tuerentur, non appellavit; revera sententia ad eius mentem pronunciata fuerat.

Porro Illmus Episcopus appellationem, suo nomine interpositam, revocavit die 22 aprilis 1915; qua revocatione cognita, etiam Rev. parochus Beaudoin suam revocavit appellationem ; inde, cum Promotor Iustitiae non appellasset, sequi videbatur litem esse desertam, deficientibus partibus litigantibus. Itaque advocatus V. Sacconi, procurator parochi Beaudoin, apud Ponentem pluries institit, ut decretum ederet de lite finita: quod et factum est die 27 aprilis 1916.

Ab hoc decreto advocatus D'Alessandri appellavit, die 1 maii: quam appellationem admisit Ponens, et, ad normam par. 82 *Regularum* S. Rotae, remisit ad Turnum, mandans, ad instantiam procuratoris D'Alessandri, et propter rei gravitatem, ut quaestio discuteretur per Memoriale cum dubio, scilicet: *An sustineatur decretum de lite finita, diei 27 aprilis, in casu.*

Porro Domini Auditores praefatum decretum sustineri non posse censuerunt. Ratio enim fundamentalis decreti est quia, in praesenti lite,

deficiunt partes litigantes. Atqui hoc verum non est. Illmus quidem Episcopus appellationem suam, die 22 aprilis, revocavit; sed haec revocatio, scripta in quadam Episcopi ad notarium huius S. Tribunalis epistola, ignota prorsus fuit usque ad primos dies novembris anni 1915, reposita quidem *in positione* causae, sed latitans in folio extraneo, nulli notificata, nulli intimata, nulli cognita, unde erat quidem materialiter in actis, sed non formaliter et vere, quia non poterat reperiri nisi fortuito casu: et revera non *n'* i ortuito reperta fuit ab advocato V. Sacconi, ut hic narrat in sua instantia diei 15 novembris 1915.

Cum igitur dicta revocatio non esset vere et proprie in actis, iuxta axioma notissimum, non erat in mundo : quod valet praesertim in S. Rota, in qua, quae non sunt in Actis, habentur quasi non sint, nec relevant, nec attenduntur, uti saepe decidit S. Rota (v. g., inter *Recentiores,* dec. 197, n. 15, parte V, t. l;dec. 600, n. 11, parte V, tom. 2; dec. 113, n. 8; dec. 264, n. 17, parte VIII; dec. 49, n. U, parte XII, et multae aliae; quae in citatis referuntur aut allegantur).

Hinc sequitur episcopum potuisse mutare consilium, et, ut ita dicamus, revocationem illam revocare, toto illo tempore, quo revocatio latuit; notissimum est enim, aliquem posse mutare dispositionem, quantumvis alicui tertio favorabilem, quamdiu haec dispositio non est huic tertio debite intimata: sic, in rebus iudicialibus, pars litigans quae revocavit procuratorem, potest, quamdiu revocatio debite intimata non fuit procuratori (aut iudici), mutare consilium, et revocationem annullare; nec refert quod forte intimatio casu retardata fuerit, modo non adfuerit dolus. Ita ergo etiam in casu praesenti; quamdiu revocatio appellationis, die 22 aprilis peracta, latuit, nec fuit vere in actis, ut dictum est, hanc potuit episcopus annullare. Nec obiiciatur Regula Iuris in VI, scilicet: « Mutare quis consilium non potest in alterius praeiudicium ». Nam, ut recte hanc Regulam exponit Reiffenstuel, haec Regula non valet nisi quando ius est alteri quaesitum; sic donator non potest revocare donationem, iam a donatario acceptatam; bene vero potest illam revocare, quamdiu non est illi notificata, et ab illo acceptata. Et eodem modo exponi debet Regula 21 Iuris in VI: « Quod semel placuit, amplius «displicere non potest », scilicet quando ius est alteri quaesitum. Porro in casu, quamdiu revocatio appellationis latuit, et ita non fuit in Actis, non constituit ius quaesitum favore parochi Beaudoin, et sic episcopus, mutando consilium, illam annullare poterat.

Porro revera episcopus, tempore quo latuit actus revocationis diei 22 aprilis, mutavit consilium, hunc actum annullando et supprimendo. Etenim in illo Memoriali, quod in Decreto de lite finita relatum

est, episcopus dicit: « Quindi riel nome di abitudini stabilite, e per la « protezione degli interessi della Santa Fede Cattolica, faccio appello « contro quella parte della decisione della S. R. Rota, colla quale qualsiasi danno finanziario venga concesso alla parrocchia madre di Notre-« Dame-du Lac ». Haec quidem declaratio episcopi non valet ut appellatio, cum intra fatalia legalia interposita non fuerit; sed utique valet uti manifestatio voluntatis episcopi, qui consilium mutaverat, et actum diei 22 aprilis re vocaverat. Haec autem revocatio actus diei 22 aprilis, peracta est tempore quo adhuc latebat ille actus, siquidem Memoriale Episcopi advocato V. Sacconi notificatum est die 2 novembris, et epistola diei 22 aprilis iudicialiter nota non fuit nisi die 15 novembris, quando scilicet idem advocatus V. Sacconi in instantia huius diei, narravit se praedictam epistolam casu reperisse in *positione,* et sic eam in Tribunali notam fecit.

Igitur, cum Episcopus tempore utili actum diei 22 aprilis revocaverit, et annullaverit, firma remanet eius appellatio contra sententiam Rotalem diei 5 augusti 1914, et sic, in hac altera instantia, remanet pars litigans, ideoque corruit fundamentum decreti *de lite finita,* diei 27 aprilis 1916.

Insuper dato, non concesso, quod revocatio appellationis, ab episcopo die 22 aprilis facta, omnes suos effectus iuridicos habuerit, et ita episcopus, quantum in se erat, a lite recesserit, non ideo tamen partes litigantes in lite deficerent. Valida enim est concordatio dubii, facta die 27 octobris 1915, quae ligat utramque partem. Verum quidem est parochum Beaudoin hanc concordationem dubii promovisse, eique consensisse ex errore, quia scilicet falso putabat episcopum appellationem suam retinuisse. Sed hinc non sequitur contractum illum, qualis est concordatio dubii, invalidum fuisse; error enim parochi Beaudoin non erat circa substantiam contractus, sed tantum circa quoddam accidens.

Substantia enim dicti contractus est reassumptio totius causae et revisio totius sententiae in altera instantia; porro in hoc non errabat parochus, qui probe sciebat hunc esse finem concordationis dubii, et in hoc libere consentiebat; error eius non versabatur nisi circa quoddam accidens, scilicet, ut dictum est, falso putabat episcopum retinuisse appellationem, quam contra aliquam sententiae Rotalis partem interposuerat. Error autem accidentalis, etiam dans causam contractui, contractus onerosos non irritat; quia nimirum pars errans in substantiam contractus nihilominus consentit (cf. Beusch, *De pactis et contractibus in genere,* cap. VII, n. 10 seq.; D'Annibale, *Summula, t.* II, n. 413); tunc solum error, dans causam contractui, contractus onerosos irritare aut

rescindibiles facere potest, cum scilicet error ex dolo aut fraude alterius partis inductus est: qui dolus in casu prorsus exulat.

Ceterum procuratio advocati D'Alessandri, vi cuius concordationi dubii diei 27 octobris consensit, valida erat: in citatione enim diei 26 iulii, quae ad episcopum missa fuit, Ponens rogabat eum, ut Curiae suae procuratorem constitueret pro hac determinata causa *Londonen.-Dismemorationis :* porro episcopus respondit concedendo advocato D'Alessandri procurationem pro omnibus causis quae in S. Rota suo nomine agebantur, inter quas procul dubio erat ista, scilicet *Londonen.-Dismembrationis:* igitur ista procuratio, sic specificata per citationem, conformis est par. 4, n. 2, *Regularum* S. Rotae, ita ut de eius validitate dubitari nequeat. Concordado ergo dubii, diei 27 octobris, legitima est, sicut et omnia acta, quae illam secuta sunt. Qua posita concordatione, nefas est uni parti liti renunciare sine consensu alterius: cum ergo episcopus a lite recedere nolit, nec parocho a lite recedere licet.

His itaque omnibus in iure et in facto consideratis et bene perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definimus praedictum decretum de lite finita, diei 27 aprilis 1916, sustineri non posse, illudque de facto supprimimus et annullamus, et sic ad dubium propositum respondemus: *Negative.*

Romae, in sede Tribunalis S. Rotae, die 28 iulii 1916.

Seraphinus Many, *Ponens*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero

L. © S.

Ex Cancellaria, 24 octobris 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. P. D. FRANCISCUM KAREVIC, EPISCOPUM SAMOGITIENSEM: MISEROS LITHUANIAE POPULOS SOLATUR EISQUE VIGINTA MILLIA NUMMORUM GALLICORUM IN AUXILIUM OFFERT.

Tilmo e Revmo Signore,

Era dolorosamente noto al Santo Padre come alle popolazioni della Lituania sia toccata, neh" imperversare del conflitto europeo, una sorte fra le più miserande, di guisa che le fiorenti campagne e le ricche città di quella travagliata regione sono oggi ridotte a squallore ed a rovina.

Ma ciò che maggiormente ha toccato il cuore misericordioso del comune Padre è stato l'apprendere da un apposito messaggio del Gomitato Centrale Lituano come la carità dei fratelli di tutto il mondo, a quale ha fatto sì bella prova verso tante vittime della guerra, e particolarmente verso le popolazioni del Belgio e della Polonia, non abbia ancora raggiunto gl' infelici abitanti della nobile Lituania, che da sì lungo tempo languono nelle privazioni e nel dolore.

Profondamente sensibile ai gemiti di tanti Suoi figli, i quali hanno l'alto titolo di essere stati sempre fedeli alla religione e alla Chiesa, l'Augusto Pontefice non cessa di innalzare per essi speciali e fervide preghiere, aftinché abbiano a conseguire al più presto i confortanti effetti della divina misericordia.

Volendo intanto concorrere anche personalmente, per quanto le attuali strettezze e la crescente molteplicità dei più impellenti bisogni lo permettono, ad alleviarne la sorte, Sua Santità si degna destinare a loro vantaggio la qui unita somma di franchi ventimila, esprimente, se non la ricchezza, almeno l'amore del Padre dei poveri.

Ma poiché Gli è noto, per la dura esperienza di ben trenta mesi di guerra, quanto sia necessario che in soccorso delle Lituane ndigenze

giunga soprattutto un contributo mondiale, da parte di tutti coloro che,, pur risentendo il contraccolpo dell'immane conflitto, non sono stati posti a così lagrimevole prova, il Santo Padre, come già fece a beneficio delle popolazioni della Polonia, si è degnato di autorizzare la S. V. Illma e Revma e gli altri Vescovi di Lituania a volere invitare i loro Confratelli Vescovi di tutto il mondo onde dispongano che in un giorno festivo del corrente anno, il quale potrebbe essere la Domenica fra l'Ottava dell'Ascensione, in tutte le chiese cattoliche abbiano luoga pubbliche preci e sia fatta una caritatevole colletta a sollievo dei poveri Lituani.

L'Augusto Pontefice nutre fiducia che al Suo paterno appello sarà per corrispondere con larghezza proporzionata alle sventure la carità di quanti sentono il vincolo della cristiana fraternità; e confida che i frutti del pietoso obolo torneranno a quelle desolate moltitudini di non fugace aiuto economico e di non minore conforto morale.

A titolo, poi, di paterna benevolenza verso i derelitti figli Lituani e verso tutti quei buoni fedeli che gareggiano nel lenirne le tristezze, l'Augusto Pontefice imparte a tutti di cuore l'apostolica benedizione-

La S. V. Illma vorrà compiacersi di notificare quanto sopra agli Eccmi Suoi Colleghi nell'Episcopato Lituano, e prenderà unitamente ad essi le opportune misure perchè siano raccolte le invocate collette e sene faccia poscia l'invio, o direttamente o per il tramite della Santa Sede, al *Gomitato Lituano Esecutivo* di soccorso per le vittime della guerra, che risiede a *Lausanne* (Svizzera).

Ben volentieri mi valgo di questa circostanza per dichiararmi, con sensi di distinta e sincera stima,

Dal Vaticano, 10 febbraio 1917.

di V. S. Illma e Revma

Servitore

P. CARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 30 gennaio 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Eoli e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi che la compongono, hanno discusso il dubbio e dato il loro voto su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Anna di San Bartolomeo, Monaca professa delle Carmelitane Scalze in Anversa : i quali miracoli vengono proposti per la beatificazione della medesima Ven. Serva di Dio.

Martedì 13 febbraio 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni o prodigi delle Venerabili Maria Maddalena Fontaine e tre Compagne di lei Figlie della Carità, ed insieme delle Venerabili Maria Clotilde Angela di S. Francesco Borgia e dieci Compagne Orsoline di Valenciennes, le quali si asseriscono uccise in odio alla Fede nel 1794.

S. PENITENZIERIA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nel S. Tribunale della Penitenzieria Apostolica avrà luogo il concorso per la provvista di un ufficio vacante, per esame scritto ed orale. Lo scritto si terrà il giorno 23 marzo p. v. alle ore 8 ant., l'orale il giorno 27 alle ore 9 ant.

I sacerdoti, che desiderassero prendervi parte, dovranno, non più tardi del 20 marzo, presentare nella segreteria di detto S. Tribunale la domanda corredata dei titoli necessari per l'ammissione. Si avverte, però, che, fatta eccezione per quelli che già appartengono al S. Tribunale medesimo, non. sarà ammesso al concorso chi abbia oltrepassato il 35° anno di età.

Dalla Segreteria della S. Penitenzieria, 22 febbraio 1917.

Bernardo Colombo, *Reggente.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di promuovere :

15 febbraio 1917. Mons. Giovanni Battista Ogno Serra da Segretario di Nunziatura di prima classe a *Uditore di seconda classe,* destinandolo a prestare servizio nella Nunziatura Apostolica del Belgio.

16 » » Mons. Benedetto Aloisi-Masella da Uditore di Nunziatura di seconda classe a *Uditore di prima classe.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

2 febbraio 1917. Mons. Giovanni Battista Marenco, arcivescovo titolare di Edessa, *Internuncio Apostolico di Costarica, Nicaragua e Honduras.*

7 » » Mons. Ladislao Zaleski, patriarca latino di Antiochia, *Consultore della S. Congreg, di Propaganda Fide.*

13 » » L'Emo sig. cardinale Giulio Tonti, *Prefetto della S. Congregazione dei Religiosi.*

16 » » Mons. Evaristo Lucidi, *Consultore della 8. Congregazione del Concilio.*

26 » » L'Emo sig. cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore delle Carmelitane Scalze di San Remo.*

22 » » Il Rev. Sac. D. Carlo Chiarlo, *Segretario di Nunziatura di seconda "classe,* destinandolo a prestare servizio neu' Internunziatura Apostolica del Perù.

28 » » H Rev. Sac. D. Maurilio Silvani, *Segretario di Nunziatura di seconda classe,* destinandolo a prestare servizio nella Nunziatura Apostolica di Austria-Ungheria.

28 » » Mons. Leopoldo Capitani, *Sostituto del Reggente della Cancelleria Apostolica.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

5 novembre 1916. Mons. Carlo Fr. M. Beniamino Vernier, della diocesi di Montpellier.

Prelato Domestico di S. S.:

26 gennaio 1917. Mons. Domenico Mariani, segretario della Commissione Cardinalizia amministratrice dei beni della S. Sede.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato dì conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine Piano:

4 febbraio 1917. Al sig. conte Cesare Caterini, di Roma.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 gennaio 1917. Al sig. dott. Giuseppe Frenken, dell'archidiocesi di Colonia.
26 » » Al sig. Martino Melvin, dell'archidiocesi di Birmingham.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 gennaio 1917. Al sig. conte Vincenzo Sacconi, avvocato concistoriale.
» » » Al sig. prof. Alberto Guidi, avvocato concistoriale.
30 » » Al sig. dott. Riccardo Aranda, dell'archidiocesi di Lima.
5 febbraio » Al sig. conte Alessandro Zileri Dal Verme, della diocesi di Vicenza.
7 » » Al sig. Vittorio Chateauvert, dell'archidiocesi di Québec.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 novembre 1916. AI sig. Edoardo Settimo Graham, del Vicariato Apostolico di Sierra Leone.
27 gennaio 1917. Al sig. Pietro Cestelli, di Roma.
28 » » Al sig. Francesco Giuseppe Giovanni Verbunt, della diocesi di Bois-le-Duc.
15 febbraio » Al sig. Domenico Sabbatini Roselli, della diocesi di Montefeltro.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa:

30 gennaio 1917. Al sig. prof. Ernesto Boezi, direttore della cappella Giulia nella Basilica Vaticana.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

31 gennaio 1917. Mons. Giovanni Tommaso Layrai, della diocesi di Cab ors (Francia).
3 febbraio » Mons. David J. Hickey, della diocesi di Brooklyn.
10 » » Mons. Umberto Leonardi, della diocesi di Macerata.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

8 febbraio 1917. Il sig. avv. Domenico Piani, dell'archidiocesi di Modena.

Cameriere d'onore in àbito paonazzo di S. S.:

20 novembre 1916. Mons. Edoardo F. Hoban, dell'archidiocesi di Chicago.

NECROLOGIO

7 febbraio 1917. L'Emo sig. cardinale Diomede Falconio, vescovo di Velletri, Prefetto della S. C. dei Religiosi.
9 » » L'Emo sig. cardinale Carlo De Hornig, vescovo di Veszprimia (Ungheria).
16 » » Mons. Antonio Sardi, arcivescovo tit. di Palmira.
19 » » Mons. Giacomo Bellucci, vescovo di Chiusi e Pienza.
22 » » Mons. Primo Dochi, abate di Sant'Alessandro di Orosci in Albania.
25 » » Mons. Antonio Sisto Alban, vescovo tit. di Betsaida.
27 » » Mons. Antonio Gjivojc, vescovo di Spalato e Macarsca.

Annus IX - Toi. IX Die 26 Martii 1917 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENT ABIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

i

Die 22 martii 1917 in palatio apostolico Vaticano habitum est Con sistorium secretum, cuius Acta ex ordine referuntur:

i. - ALLOCUTIO SS. D. N. BENEDICTI PP. *XV*

VENERABILES FRATRES

Amplissimum Collegium vestrum ad Nos idcirco in hodiernum diem convocavimus, ut novos viduatis ecclesiis episcopos destinemus. Cui quidem rei etsi poterat extra hunc Ordinem provideri, tamen eum morem, qui fuit olim, tractandi causas huiusmodi in sacro Consistorio, revocare libuit, eo vel magis quia ex episcopalibus Sedibus quae vacant, una est, Veliteirna scilicet, cui omnino est in hac dignitate loci consulendum. Verum antequam aggrediamur ad id quod est propositum, occasione utimur ut alia de re sane gravi vos alloquamur.

Nostis, Venerabiles Fratres, Decessorem Nostrum inclytae memoriae Pium X quum « *Ordinatio Romanae Curiae a Sixto V potissimum constituta* » decursu temporis multis partibus de-

mutata esset adeo « *ut singularum {Congregationum et Officiorum) iurisdictio, seu competentia non omnibus perspicua nec bene divisa evasisset* » Constitutione *Sapienti consilio* **i i i** Kal. Iul. MCMviii decrevisse ut eadem ordinatio « *modo apto et omnibus perspicuo* » renovaretur.

Iam vero in meditanda et praeparanda. Constitutionis huius confectione illud quoque est cogitatum de sacris Indicis et S. Officii Congregationibus ooniungendis. Atque id in animo fuisse sollerti Pontifici, non solum patet ex iis quae tum acta sunt, sed etiam ex testimoniis clarorum virorum qui partem aliquam in iisdem agendis habuerunt. Par enim et consentaneum videbatur, ne dicamus necessarium, cuius Congregationis summum ministerium esset *tutandi doctrinam-fidei et morum,* eidem incumbere munus vigilandi editioni librorum aliorumque scriptorum (quae quidem quum expeditissima via sit divulgandi hominum cogitata, mirum quantum valet in utramque partem, id est sive ad excolendos animos, sive ad corrumpendos) ; quin immo memoratae S. Congregationi munus eiusmodi, tamquam praecipuum et proprium et peculiare esse demandandum : eo etiam ut praecaveantur de competentia inter easdem Congregationes controversiae; quae quidem, ut diximus, non postrema erat causa, cur nova ordinatio Curiae suscepta esset. Huc accedebat quod S. Officii Congregatio, quoties necessarium vel utile iudicaverat, toties de libris ceterisque scriptis censuram exercere consueverat: id quod non parvo erat momento ad duarum Congregationum coniunctione jn peragendam vel potius restituendam; nam ab initio ununi idemque fuerant, dumtaxat consequenti tempore opportunum visum est eas separari.

Verumtamen, quia nonnulla erant quae dehortabantur ne in praesens copularentur iterum, placuit Decessori rem interim praetermittere, efficere tum quae poterant, cetera quae sibi proposuerat, relinquere Successoribus emendanda, si ita vellent, cum tempora paterentur.

Nunc vero, remotis iis quae obstabant, Nos, plane cum Decessore Nostro consentientes, adhibitis in consilium iis ipsis egre-

giis viris qui eidem Decessori in hoc navarunt operam, antequam novus promulgetur Codex, atque ut in ipso nihil hac quoque ex parte desideretur, munus damnandi prave scripta S. Congrega-, tioni Sancti Officii attribuere decrevimus, ut eius proprium ac peculiare sit, quale usque adhuc fuit S. Congregationis Indicis quae hoc ipso iam esse desinet. >

Ne autem ex hac accessione muneris S. Officium nimis multis negotiis gravetur, placet constituere ut quicquid ad Indulgentias pertinet, omne posthac Poenitentiariae Apostolicae attributum sit; cuius quidem erit usitato sibi more de iis omnibus iudicare quae spectant ad « *usum et concessiones Indulgentiarum, salvo iure S. Officii videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa novas orationes et devotiones respiciunt* ». Id quod ipsa suadet affinitas rerum de quibus, ut propriis, agit Poenitentiaria Apostolica.

His mutationibus videmur perfectam reddere, quatenus humanae res possunt, Ordinationem Romanae Curiae, simulque praeclarum Decessoris consilium plene ad effectum adducere.

Iam ad cooptationem Episcoporum veniamus.

II. - OPTIO AD ECCLESIAM SUBURBICARIAM VELITERNENSEM

SSmus Dnus Noster praefecit suburbicariae ecclesiae Velitemensi Emum et Revmum Dnum Card. BASILIUM POMPILJ, vicarium generalem S. S., ad quam optavit, dimisso titulo presbyterali S. Mariae de Aracaeli.

III. - PROVISIO ECCLESIARUM

Post haec SSmus Dominus Noster has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Metropolitanae ecclesiae Vercellensi praefecit R. P. D. Ioannem Gamberoni, hactenus episcopum Clavarensem.

Titulari archiepiscopali ecclesiae Gangrensi, R. P. D. Petrum Armengaudium Valenzuela, hactenus episcopum S. Caroli Ancudiae (Chili).

Cathedrali ecclesiae Andriensi, R. P. D. Eugenium Tosi, hactenus episcopum Squillacensem.

Cathedrali ecclesiae Clavarensi, R. P. D. Natalem Serafino, hactenus episcopum Bugellensem.

Cathedrali ecclesiae Bugellensi, R. P. D. Ioannem Garigliano, hactenus episc. tit. Eucarpiensem et Administratorem Apostolicum ecclesiae Aquilanae.

Cathedralibus ecclesiis Clusinae et Pientinae, R. D. Iosephum Conti, protonotarium apostolicum *ad instar participantium,* vicarium generalem ecclesiae Fesulanae.

Cathedrali ecclesiae Tiburtinae, R. D. Aloisium Scarano, protonotarium apostolicum *ad instar participantium,* vicarium generalem ecclesiae Triventinae.

Cathedrali ecclesiae Pisaurensi, R. D. Bonaventuram Porta, dioecesis Adriensis, praelatum domesticum S. S., vicarium generalem Tifernatensem.

Cathedrali ecclesiae Eugubinae, R. D. Carolum Taccetti, parochum S. Petri in *Bossolo,* canonicum Metropolitanae Florentinae et vicarium generalem eiusdem archidioecesis.

Cathedrali ecclesiae Boianensi, R. D. Albertum Romita, archipresbyterum civitatis *Modugno,* archidioecesis Barensis.

Cathedrali ecclesiae Montereyensi Angelorum, R. P. D. Petrum Iacobum Muldoon, hactenus episcopum Rockfordiensem.

Cathedrali ecclesiae Victoriensi, R. P. D. Leopoldum Eijo y Garay, hactenus episcopum Tudensem.

Cathedrali ecclesiae Gráiianopolitanae, R. D. Alexandrum Caillot, vicarium generalem Molinensem.

Cathedrali ecclesiae Atrebatensi, R. D. Eugenium Julien, archipresbyterum parochum ecclesiae B. M. V. in civitate vulgo *Havre,* archidioecesis Rothomagensis.

Cathedrali ecclesiae Qandavensi, R. D. Aemilium Seghers, eiusdem dioecesis, canonicum ad honorem Cathedralis, parochum ecclesiae S. Ioannis Baptistae, decanum Gandavensem *extra muros.*

Titulari episcopali ecclesiae Lyddensi, R. D. Bernardum Ward, praelatum domesticum S. S., canonicum Metropolitanae Westmonasteriensis, electum in Administratorem Apostolicum dioecesis nuper erectae e dismembratione comitatus civilis « Essex » ab archid. Westmonasteriensi.

Titulari episcopali ecclesiae Titopolitanaíf; R. D. Petrum Verdier, vicarium generalem Ruthenensem, deputatum in Auxiliarem Rmi episcopi Ruthenensis.

Cathedrali ecclesiae Trincomaliensi in Indiis Orientalibus, R. P. Vedastum Robichez, S. i.

Titulari episcopali ecclesiae Paphiensi, R. P. Georgium de la Boninière de Beaumont, Congr. Spiritus Sancti, electum Coadiutorem cum futura successione R. P. D. Antonii Fabre, episcopi Reunionis seu S. Dionysii.

Titulari episcopali ecclesiae Ammaëderensi, R. P. Raphaelem Crimont, S. I., electum Vicarium Apostolicum de Alaska,

Titulari episcopali ecclesiae Caloënsi R. P. Didacum Carbajal, Ordinis Eremitarum S. Augustini, electum Vicarium Apostolicum Hu-nan septentrionalis.

Insuper Beatissimus Pater alios etiam, iam renunciatos per Apostolicas sive sub plumbo sive sub annulo Piscatoris Litteras, Sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS :

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Heracliensis, R D. Sebastianum Nicotra, referendarium Signaturae, protonotarium apostolicum *ad instar,* canonicum S. Mariae trans Tiberini, Nuntium Apostolicum in Republica Chilena.

Metropolitanae ecclesiae Algeriensis, R. D. Augustinum Leynaud, parochum loci *Sousse* in archidioecesi Carthaginiensi.

Metropolitanae ecclesiae Turritanae, R. P. D. Cletum Cassani, iam episcopum tit. Thaciamontanensem.

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Ephesiensis, R. D. Laurentium Lauri, Substitutum Regentis Cancellariae Apost., canonicum Ss. Laurentii et Damasi de Urbe, Internuntium Apostolicum in Republica Peruviana.

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Edessenae, R. P. D. Ioannem Marenco, iam episcopum Massensem, Delegatum Apostolicum apud Americam Centralem.

EPISCOPOS :

Titularis episcopalis ecclesiae Issensis, R. D. Abraham Aquilera, e Congr. Salesiana, Vicarium Apostolicum Magellanensem in Patagonia Chilena.

Cathedralis ecclesiae Chiensis, R. D. Nicolaum Chiariehiopoulo, alumnum Collegii Urbani de Propaganda Fide, canonicum Basilicae Cathedralis Constantinopolitanae.

Episcopalis ecclesiae S. Rosae de Ösos, nuper erectae, R. P. D. Maximilianum Crespo, translatum ab Antioquiensi ecclesia.

Episcopalium ecclesiarum, nuper unitarum, Antioquiensis et lericoënsis, R. P. D. Christophorum Toro, translatum ab ecclesia S. Marthae.

Cathedralis ecclesiae Bosanensis, R. P. Angelicum Zanetti, commissarium provincialem Ordinis Fratrum Minorum in Sardinia.

Titularis episcopalis ecclesiae Sidoniensis, R. D. Iosephum D'Alessio, parochum ecclesiae cathedralis Neapolitanae, deputatum in Auxiliarem Emi Cardinalis Archiepiscopi Neapolitani.

Titularis episcopalis ecclesiae Bauliensis, R. D. Aurelium Bacciarini, Superiorem Generalem Servorum Charitatis, electum in Administratorem Apostolicum ecclesiae Luganensis.

Cathedralis ecclesiae Premisliensis, Sanochiensis et Samboriensis Ruthenorum, R. D. Iosaphat Iosephum Kocylowskyi, O. S. Basilii Magni, Doctorem S. Theologiae ac Philosophiae.

Cathedralis ecclesiae Gonstantinianae, R. D. Franciscum Bassière, parochum loci *Sidibel-Abbès* in dioecesi Oranensi.

Episcopalis titularis ecclesiae Hamathensis, R. P. Placidum Angelum Rey Lemos, definitorem generalem Ord. Fratrum Minorum, consultorem S. Congregationis Consistorialis, electum in Administratorem Apostolicum Giennensem.

Cathedralis ecclesiae Zamboangensis, R. D. Iacobum Me Closkey, dioec. Philadelphiensis, iam vicarium generalem larensem.

Cathedralis ecclesiae Tuguegaraoanae, R. D. Iacobum Sancho, secretarium episcopalem dioecesis de Cáceres.

Cathedralis ecclesiae Sandhurstensis, R. D. Ioannem Me Charty, vicarium generalem archidioecesis Melbournensis.

IV. - SACRI PALLII EXPOSTULATIO ET CONCESSIO.

Deinde Beatissimus Pater Sacrum Pallium expostulatum concessit metropolitanis ecclesiis: *Vercellensis Turritanae, Algeriensi* et *Brisbanensi.*

, MOTU PROPRIO

DE ATTRIBUENDA SANCTO OFFICIO CENSURA LIBRORUM ET POENITENTIARIAE APOSTOLICAE CONCESSIONE INDULGENTIARUM.

BENEDICTUS PP. XV

Alloquentes proxime in Consistorio Sacrum Cardinalium Collegium, ediximus consilium esse, ut ordinationem Romanae Curiae, praeclarum opus Decessoris Nostri fel. rec. Pii X, perficeremus in ea quoque parte, cui is ob quaedam rerum adiuncta supersedisset, id est Ss. Congregationes coniungendo Indicis et Sancti Officii. Inspecta enim natura utriusque Congregationis, quum censura librorum, quod esset munus unius, contineretur munere *tutandi doctrinam fidei et morum, quod* esset alterius, ex eis Congregationibus unum fieri omnino apparebat oportere, vel ad praecavendas de competentia controversias quae facile inter eas orirentur. Nunc igitur id exsequentes consilium, Motu Proprio haec constituimus et sancimus:

I. S. Congregatio Indicis iam nunc non erit.

II. Quod fuit usque adhuc proprium munus S. Congregationis Indicis, erit posthac Sancti Officii de libris ceterisque scriptis censuram facere.

TU. Ad ministeria quae sunt apud S. Officium, accedat peculiaris Sectio de Indice; eique addicantur Officiales qui exstinctae Congregationi ministrabant. - Rationem autem eius Sectionis ordinandae S. Congregatio Sancti Officii definiet, Nobisque probandam proponet.

IV. Ne autem Sancti Officii negotiorum moles nimis hac accessione crescat, quidquid ad Indulgentias pertinet, omne iam esto Poenitentiariae Apostolicae: quae quidem pro suo instituto iudicabit de omnibus quae spectant ad *usum et concessiones Indulgentiarum, salvo iure S. Officii videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa novas orationes et devotiones respiciunt.*

V. Sectio de Indulgentiis, quae est apud S. Officium, cum suis officialibus, ad Poenitentiariam Apostolicam transferatur: quam ipsam Sectionem Cardinalis Poenitentiarius Maior, Nobis consultis, ordinandam curabit.

Haec statuimus et praecipimus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv martii MCMXVII, in festo Incarnationis Dominicae, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

EPISTOLAE

I

AD NOBILEM VIRUM LUDOVIGUM D'HENDECOURT VICECOMITEM, SOCIETATIS VINCENTIANAE PRAESIDEM GENERALEM, GRATULANDI ET HORTANDI CAUSA.

Dilecte Fili, nobilis vir, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex litteris quas tuo et tuorum sodalium nomine ad Nos de more dederas ut annum ineuntem Nobis faustum optares, id quidem intelleximus, quod pro explorato habebamus, immanis belli causa Vincentianam Societatem his duobus annis in Europa non multum profecisse. At cognovimus etiam, quod non sperabamus, in civitatibus a bello intactis, praesertim in America Superiore, eatenus esse progressam, ut non multo maiora ante bellum consueverit quotannis incrementa capere. Is est igitur rerum vestrarum cursus ut non tam doloris causam Nobis afferat quam voluptatis; maxime cum videamus quae detrimenta in belli sinu Societas acceperit, ea mirabili sociorum studio compensari. Ac vehementer sane illud Nos recreat de iis sodalibus vestris Gallis et JBelgis, qui cum detineantur apud hostem, alios captivos bene multos in Societatem Vincentianam adsciverint, cum iisque plures coetus seu *conferentias,* ut vos dicitis, confecerint, tum ut inter se ad recte sancteque vivendum adiuvarent, tum ut commilitonibus egentibus communiter subvenirent. Nec minus laudanda Nobis est eorum industria et sedulitas qui, ut expertes militiae, domi tot tantisque, quas bellum peperit, necessitatibus ac miseriis opitulando, Vincentiani instituti mirifice augent promerita. Quare facitis ipsi quidem pro humanae infirmitatis conscientia ut *servos* vos *inutiles* profiteamini, propterea quod, ne florentem Societatem vestram haec tanta calamitas ex aliqua parte affligeret, non potuistis prohibere. Sed Nobis, vestram agendi rationem considerantibus, servos appellare vos licet et *bonos et fideles,* atque etiam gratulari quod adversis temporibus fructus tamen laborum cepistis, Deo adiuvante, non mediocres. Itaque non demittendus difficultatibus animus, sed eo maiore alacritate est vobis perseverandum: si enim prope immensus nunc christianae caritati campus patet, vel amplior is videtur fore cum, positis armis, omnes erunt belli ruinae sarcienda e. Quod autem petis, ut sodales ii quos memoravimus, a commilitonibus adscripti, legitimis, ut ceteri, pontificalis indulgentiae donis fruantur, id Nos libenter damus. Atque auspi-

cem divinorum munerum, et eandem peculiaris benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, et sodalibus universis amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die nr februarii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD PETRUM CARD. LA FONTAINE, PATRIARCHAM VENETIARUM, AC VENERABILES FRATRES EPISCOPOS VENETAE REGIONIS, COMMUNIBUS LITTERIS OCCASIONE ANNUI CONVENTUS REVERENTER DATIS, RESPONDENS.

Dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. - *Legislatricem caritatis* Ecclesiam venuste vos admodum verissimeque, in communi vestra epistola nuncupatis. Neque alia esse ac recte iudicantibus videri sancta haec civitas potest. Cum enim ab Eo nutriatur ac foveatur qui caritas est quique seipsum pro hominibus dedit redemptionem, ea ex caritate vivat necesse est et caritatem spiret non ex legibus tantum atque institutis, sed ex universa sua doctrina agendique ratione. At vero ea, ut nostis, est natura atque indoles caritatis, quam Ecclesia docet ac praecipit, ut eidem suum quasi subtrahat fundamentum qui in unoquoque homine divinam non consideret imaginem opusque divinum. Inde enim fit ut ex immensa hominum multitudine una coalescat familia, quae Deum habet patrem cuiusque membra idem fraternitatis amor etiam tunc devincit ac sociat cum cetera disimigunt. Sed proh dolor! pravarum semina doctrinarum, quas vos, scribendo, deploratis, uti erat consentaneum imo prope necessarium, eo ipso quo homines a Deo averterunt, hanc inter illos tulerunt uberem odiorum messem ut *gens contra gentem surr exerit et regnum adversus regnum.* Utinam hasce tantas belli huius calamitates ita ex veritate aestiment omnes, ut videant eaedem sint et quibus potissimum remediis humano generi liceat ex hoc, quo iamdiu laborat, malo convalescere.

Adsit optatis votisque Nostris dives in misericordia Deus, vobisque, dilecte Fili Noster ac venerabiles Fratres, tot inter adversa non una de causa moerentibus ac trepidis, opportuna conciliet solatia apostolica

benedictio, quam caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, vobis omnibus, Clero ac populo in cuius salute curae evigilant cogitationesque vestrae, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xiv* februarii MCMXVII, Pontificatus nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

TU

AD R. D. PAULUM ALBERA, MAGISTRUM MAXIMUM SODALIUM SALESIANORUM: ACTA SEPTIMI CONVENTUS « COOPERATORUM » SANCTI PAULI IN BRASILIA LAUDANS, OPTIMA QUAEQUE SODALITATI SALESIANAE ADPRECATUR.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Perlibenter Nos, et quas dedisti ad Nos nuper litteras accepimus, tuae tuorumque erga Nos et hanc Apostolicam Sedem observantiae plenas, et adiuncta litteris acta septimi conventus, quem Salesiani *Cooperatores* Sancti Pauli in urbe Brasilianae Reipublicae pernobili haud ita pridem frequentissimi celebraran!. Quae quidem acta perlegentes, velut positam in conspectu videbamur vitam intueri industrem sane et actuosam universae sodalitatis vestrae. Haec, a parvis orta, uti fit,, initiis, ita brevi, Deo adiuvante, aucta est operariorum numero, ut in dissitis etiam utriusque Americae plagis sede collocata, orbem terrarum cum veteri novum complexa sit feliciter. Atque hic, in tanto industriae spatio, mirum quantum adhuc utilitatis attulit Ecclesiae Catholicae constantia laborum, splendore virtutum. Vestra tarnen laus est novisse tempora quid postulent, novisse quibus armis, horum data temporum natura, sit potissime dimicandum. Quemadmodum enim religionis atque adeo humanitatis inimici passim sese congregant et pessimo foedere iuncti conspirant ut Ecclesiam, si fieri possit, ipsam deleant, ita vos necesse omnino esse duxistis frequentes universi coetus congressiones Cooperatorum inire, communicare consilia, consociare vires, arma armis opponere. Quo factum est ut, ope divina freti, fructus colligeretis uberrimos. Res autem maximi profecto momenti, ut in superioribus, ita in hoc septimo brasiliano conventu, fuisse videmus ad deliberandum propositas. Quid enim opportunius* quid utilius quam aut de iuventute quotidie magis iuvanda, novisque praesidiis firmanda decernere, aut de maiore ad sacri ordinis

alumnorum institutionem studio adhibendo, aut de sacris expeditionibus ad barbaros promovendis, aut de librorum, qui vera explicent, falsa diluant,- amorem religionis excitent, maiore paranda copia fusiusque disseminanda, aut de tuendis studiosius emigrantibus e patria, ne, ab hostibus Ecclesiae catholicae circumventi, aliquid in fide detrimenti capiant? quid hisce aliisque rebus, de quibus in eo conventu consultum est, his quibus vivimus temporibus, putemus magis consentaneum? Quare tibi, dilecte Fili, tuisque cooperatoribus et universae cui praees sodalitati felicem huius septimae congressionis exitum vehementer gratulamur. Eadem enim Nos, qua decessores Nostri, benevolentia, Venerabilis Ioannis Bosco instituta complectimur: quae, ut Iesu Christi Vicario deditissima, valde cupimus novis in dies et florere alumnis, et cooperatoribus augeri, ita ut possint, Mariae Auxiliatricis ope, necessitatibus temporum uberiore usque cum fructu mederi.

Auspicem vero divinorum munerum ac testem peculiaris benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte Fili, et universis et singulis tuae curae concreditis, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i martii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. IOSEPHUM HISS, SACERDOTEM, SOCIETATIS MARIAE PRAEPOSITUM GENERALEM, EXEUNTE ANNO CENTESIMO A SOCIETATE CONDITA.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Anno iam exeunte centesimo, postquam ista, cui praees, Societas Mariae instituta est, decet vos quidem et omnes qui Galliam vere diligunt, sancto efferri gaudio, respicientes quibus ortum initiis quae usque adhuc incrementa Institutum vestrum acceperit. Simul autem non modo decet, sed oportet etiam animadvertere quemadmodum hoc intervallo rem christianam, maxime istic, aftiictam et prope perditam, providentis Dei benignitas relevaverit, èt quam partem in ea relevanda magnus et singularis vir, qui Societatem vestram condidit, habuerit. - Post illa, proxima origini, tria saecula, in quibus christianorum sanguine orbis terrarum redundavit, numquam tanto in discrimine dici potest fuisse Ecclesiam, in quanto

sub finem saeculi decimi octavi esse coeperit. Etenim, insanientis Philosophiae opera, ab haeresi Novatorum et perduellione profectae, vulgo infatuatis mentibus, erupit summa illa rerum conversio, eo pertinens scilicet ut non solum in Gallia, sed paullatim per gentes omnes christiana societatis fundamenta convellerei Nam, Ecclesiae auctoritate publice reiecta, cum desitum esset iuris, officii atque ordinis in civitate custodem ac vindicem haberi Religionem, iam placuit a populo, non a Deo, potestatem oriri; homines inter se, ut natura, ita iure pares omnes esse; quod cuique libuisset, id licere, nisi quae lex prohiberet; nihil habere vim legis, quod non multitudo iussisset; libertates maxime sentiendi de religione, vel vulgandi quidquid quisque voluisset, nullis contineri finibus, dum noceret nemini. Haec fere sunt quibus, tamquam principiis, ex eo tempore civitatum disciplina nititur: eadem vero quam perniciosa humanae societati possint esse, ubi iis caecae cupiditates ac partium studia multitudinem armaverint, numquam apparuit clarius, quam quum primitus declarata sunt. Ergo, ut dominatum plebs occupavit, cuius adversus ceteros ordines invidia inveteraverat, capitale esse coepit optimo cuique aliter vivere aut etiam cogitare ac facinorosissimis hominibus probaretur; nihil tam sanctum tamque augustum quod non, libertatis iustitiaeque nomine, effrenata licentia violaret; plena omnia caedis et ruinarum ad internecionem usque vastitatemque Galliae christianae, praesertim ex quo per summam temeritatem ac dementiam, supremi Numinis cultu sublato, Rationi, tamquam Deo, impurissimis caeremoniis litatum est. Non sane in hac rerum perturbatione, utpote quae violenta nimis et immanis esset, diu est perseveratum; nec poterat. Itaque civilibus rebus, secundum nova iura compositis, brevi factum est, ut divinus cultus, sine quo nulla unquam consistet civitas, restitueretur. Sed, quo stabilior firmiorque restitutio esset publici ordinis, altius intrandum erat tarrpquam in viscera populi, et ubique christiana vitae instituta instauranda; cumque futurum iam non esset, ut publici regiminis antiqua forma revivisceret, danda erat opera ut sensim christiani spiritus in novam civitatis constitutionem penetraren! Atque hic mirari licet misericordem Dei providentiam, qui, cum Galliam sivisset, veteris gloriae adeo im m emore m evadere, ut christianae sapientiae hereditatem, cum sua ipsius pernicie et cum pessimo aliorum exemplo, repudiaret, ex ipso Galliae gremio filios excitant, animis et virtutibus praestantes, qui matris detrimenta, vel accepta vel importata, sarcire niterentur. - Numerandum est inter eos, et quidem non postremo loco, parens et legifer vester, Gulielmus Iosephus Ghaminade. Iam in medio illo motu temporum, quando sacerdotibus qui civilem Cleri constitu-

tionem reieeissent, extrema parabantur, et luebatur capite quidquid religiosi ritus actum esset, quam hic eluxit et officii constantia et studio divinae gloriae et amore animarum. Quoties pro salute fratrum vitae periculum adiit, alio atque alio celatus habitu, circumiens vicatim Burdigalensem urbem, ut secreto vel sacra morientibus ministraret, vel rudes fidei praeceptis instrueret, vel nutantes in officio confirmaret. Incredibile est quemadmodum, conquisitus ad necem, vestigatores suos semper effugerit, saepe etiam dissimulando fefellerit: nimirum Deo vivens, nequaquam sibi, eius tantum spiritu ducebatur. Quare, quum bonorum opinione floreret, apud improbos autem odio crevisset, paullisper, tranquillatis rebus, laetabilem tot laborum fructum cepit, complures in sacerdotio collegas, qui animi infirmitate defecerant, Ecclesiae reconciliando; rursus autem turbata republica, vertere solum coactus, non sine Dei nutu, Gaesaraugustam exsulatum abiit. Ibi pernobilem Dominae Nostrae invisens aedem, divinae misericordiae consilium intelligit de revocanda ad Iesum per Mariam patria sua: ac non dubie sentiens praecipuam quamdam apostolatus huius partem sibi destinari, ibidem ad pedes imaginis augustae meditando atque orando, diligenter se ei tanto muneri accinxit. Neque enim inani ornatur Maria praeconio quum Regina appellatur Apostolorum; sed, ut Apostolis, Ecclesiae nascentis educatoribus, materna ope et hortatione adfuit, ita omnibus apostolici muneris heredibus, qui Ecclesiae iam adultae aut emolumenta parare aut detrimenta resarcire studeant, perpetuo adesse dicenda est.

Ut igitur agendi maturitas venit, visus est hic mirabili prudentia studioque pari complecti omnia quae ad temporum sanationem requirerentur. Principio, quum comperisset recenti procella oblitteratas vulgo notiones rerum quae supra naturae ordinem essent, non, ut alii consueverunt, ingenio temporum servire decrevit, inanem quamdam religiositatem, specie tenus christianam, praedicando, verum ad perfectionem vitae de caelo allatam, in qua vis et ratio christianae sapientiae consistit, excitari omnes vidit oportere. Ad omnes enim illud spectat Iesu Domini : *Estote perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est.* Quumque pro explorato haberet magnum in professione vitae religiosae inesse momentum ad communes mores vel exemplo vel opera vel etiam precum suffragio corrigendos, cerneret autem professionem eiusmodi, qualis esset a maioribus tradita, legibus vetari, homo industrius et experiens, quoddam excogitavit sodalitatis genus, cuius qui essent participes, cum evangelicorum consiliorum summam communiter vivendo ipsi servarent, tum ceteros ad Christum et colendum et sequendum adducerent.

Non enim, pro suo caritatis ardore, satis habebat efficere ut aliqui a vitiorum coeno intacti permanerent aut inde ad vitae integritatem émergèrent; sed huc omni semper contentione spectavit, ut multitudines, quae a Christo Domino procul aberraverant, paenitentes tandem ad eius se reciperent sinum : et eam ob causam quot susceperat christianis virtutibus excolendos, totidem ad apostolatum sedulo conformabat.

Itaque illa nata est *Congregatio, vti,* nominatur, Burdigalensis, quae mirifica Operum varietate non eam regionem tantum, sed plures etiam provincias ad christianos mores renovavit. E Congregatione autem, tamquam e seminario quodam renascentis Galliae catholicae, ut primum in eius gremio semina religiosae disciplinae, quae temporibus consentanea esset, maturescere visa sunt, exstitit, patrona et auspice Maria, sub ortum Filiarum, vestra Societas. Haec vero, quae institutorum Gulielmi Iosephi habetur facile princeps, si eius propria constitutio et natura spectetur, egregie sane probabilem ostendit viri prudentiam. Qui probe considerans, ex quo vetus civitatis temperatio concidisset, quam odiosum vulgo esset quidquid eius memoriam afferret et clericos praesertim quam haberet saeculum suspectos, ne animorum talis affectio conatus omnes debilitaret Societatis, eam sic coagmentavit ut non solis clericis constaret, sed laicis quoque et iis ex quolibet civitatis loco delectis, quin immo laici, salvo utique honore dignitati sacri ordinis debito, eodem prorsus iure, ac clerici, religiosi sodales haberentur. Res igitur successit, Deo adiuvante, felicissime. Nam eo pacto constituta Societas ut, quum intrinsecus sodales fraternae caritatis vinculis conglobaret, tum extrinsecus singulorum sodalium operam ad cives omnes sine cuiusquam offensione porrigeret, mirum quantum prodesse coepit populo ad christianos ubique et sensus et mores revocandos multiplici quidem via, sed potissime institutione iuventutis. Intercesserunt vero ad exercendum graviter optimum et patien^issimum virum dolores domestici: qui, solidam patris vestri virtutem illustrantes, omne institutum eius divina quasi nota nobilitarunt. Etenim, maxime postquam is excessit e vivis, ista in primis Societas Mariae perpetuis incrementis ad hunc diem longe lateque diffusa est adeo, ut non difficulter possis divinae providentiae beneficium agnoscere.

Haec Nos tam laetabilia grato in Deum animo considerantes, Eum impense vobiscum obsecramus, ut omnia Gulielmi Iosephi Chaminade opera, in Ecclesiae sanctae exploratissimam utilitatem suscepta, pergat, ut fecit adhuc, sua gratia fovere et usque provehere in maius. - Atque ob eam causam, ut saecularis haec originum vestrarum commemoratio vobis tamquam novo auspicio sit ad bene merendum de Ecclesia,

ornetur ea volumus Pontificalis indulgentiae muneribus, quae vel uberiorem divinae benignitatis opem vobis concilient. Quare damus ut, qui Societatis Mariae templa aut sacella, ubi supplicatione in triduum aut alio sollemni sacro fausta rei memoria celebrabitur, inviserint, omnes - non solum sodales et alumni sed quicumque se vobiscum ad rem celebrandam consociaverunt - *Plenariam* peccatorum suorum veniam, usi tatis conditionibus, lucrentur. Id ipsum concedimus religiosis Institutis, quae quidem ad fundanda legifer et parens vester plurimum contulit: id est tum Filiarum Mariae Immaculatae Agennensium et Auxitanarum, tum *Misericordiae*, ut dicitur, Burdigalen si s; denique ceteris qui his variis religiosorum familiis consociati sunt. - Auspicem caelestium munerum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte Fili, et omnibus quos modo memoravimus, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VII martii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. D. ALBERTUM DIEN, ANTISTITEM URBANUM, MODERATOREM OPERIS APOSTOLICI SACRAE SUPELLECTILI EXTERIS MISSIONIBUS COMPARANDAE ; CONSOCIATIONIS SOLLERTIAM PIETATEMQUE LAUDANS.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Opus a propagatione Fidei et paucos illius operarios et multam messem vix umquam contingit Nobis reputare animo, quin simul sua sponte mens provolet ad ea varii generis instituta, quibus idem utitur ad sibi comparanda necessaria subsidia. Est in his Sodalitas cui studiose, uti accepimus, praees, Nobisque, in hoc locatis apostolici muneris fastigio, quid optatius quam tibi ac sodalibus tuis gratulari parem pietati sollertiam voèque hortari omnes, sin minus ad constantiam, quae a vera virtute deesse nequit, ad diligentiam ita acuendam, ut eam metiamini crescentibus in dies magis sacrarum expeditionum necessitatibus? Cuiquam fortasse tempora in quibus versamur minus videantur hisce hortationibus accomodata. Sed de studio divinae gloriae ac proximorum salutis num quis censeat licere bonis quicquam remittere ob id caussae, quod

communium rerum sunt asperae vices? Imo, quidni hisce iisdem asperitatibus non ita utantur, ut vel ipsae in bonum cooperentur? Sic igitur te ac sodales tuos Nos hortamur, nihil ut velimus negligatis ex iis, quae consociationem vestram eiusque propositum possint commendare. Ad impetrandum momenta vobis non desunt ex hoc ipso proposito petita. Quo enim spectant curae vestrae nisi ut, quo fieri utilius potest, opem feratis Operi a propagatione Fidei, aeternaeque eorum saluti qui in tenebris adhuc sedent et in umbra mortis eo consulatis ipso, quo decori domus Dei sacrorumque Ecclesiae rituum splendori consulitis? Profecto non quae sua sunt quaerit caritas vestra, sed quae Iesu Christi, qui cum adeo nos dilexerit, ut seipsum pro nobis daret oblationem et hostiam, iure meritoque redamari a nobis vult non verbo neque lingua tantum, sed opere ac veritate.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae, apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili, et omnibus sodalibus tuis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xi martii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

VI

AD R. D. IOANNEM FRANCISCUM NOLL, SACERDOTEM, CURIONEM ECCLESIAE SANCTAE MARIAE HUNTINGTON-II, COMMENDANS CATHOLICAM EPHEMERIDEM « SUND A Y VISITOR ».

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Catholicam ephemeridem *Sunday Visitor* in qua moderanda plures iam annos' es totus, duo, prae ceteris sunt quae Nobis commendant: susceptum a te propositum vulgandi atque illustrandi catholicam doctrinam adeo, ut arctius eidem devincas catholicos et non catholicos lucreris, et praeclarum iudicium quod de eadem ephemeride fecisse accepimus cum Decessorem Nostrum f. r. Pium X, tum etiam alios auctoritate praestantes gravesque viros. Alterum enim te bonum praestat mysteriorum Dei dispensatorem : testatur alterum in persequendo proposito sancto te rectam tenere viam et ubere cum fructu adlaborare. Quidni igitur acceptis laudibus Nostra accedat commendatio? Quin etiam ita facere libet, ut currentem te, si quid est opus, incitemus, et apostolicam tibi imper-

tientes benedictionem, alacritatem tuam et eorum, quibus uteris adiutoribus, divinae permuniamus gratiae auxiliis.

Datum Romae apud S. Petrum, die xi martii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

VII

AD R. P. D. AUGUSTINUM, EPISCOPUM TIT. CONSTANTIENSEM, ABBATEM GENERALEM CISTERCIENSIUM REFORMATORUM, EXEUNTE IAM SAECULO A CONDITO WESTMALLENSI MONASTERIO.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem, — Cum Nostra caritas, tum etiam tua tuorumque sodalium virtus facit ut, properante ad exitum saeculo, ex quo Westmaliense monasterium conditum est, de eventu qui ad vos privatim attinet, ita Nos quoque laetemur, ut ipsi vos vix laetari posse videamini vehementius. Neque id mirum. Si enim propagari late et apud Beigas et apud Batavos Ordinem Cistercensium vidimus; si tot virtutum praesidio tantoque comitatu etiam nunc catholicum nomen non honestari modo ab iis, sed firmari ac provehi exploratum est, hoc vel inde repetendum ducimus quod Westmallensis familia adeo inclaruit disciplina sancta, ut ad religiosam perfectionem et suos mirifice iuvaret et ceteros alliceret. Vobis igitur ac reliquis, cum ex Belgio tum ex Batavia Cistercensibus sodalibus, qui monasterii istius ita vobiscum initia recolent ac decora, ut eidem *quasi matri honorificatae* gratulentur, ita Nos animo adfuturos putatote gratulantes, ut simul ad id hortemur ex quo decora eadem parta maioribus vestris ac vobismetipsis sunt, nimirum ad eam precandi patiendique consuetudinem, quae disciplinae vestrae caput est et summa, quaeque, ut nostis, eo in primis spectat, ut animus ab omni liber perturbatione in Dei amore et intendat se in dies magis et ceteros excitet.

Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae, apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, tuisque religiosis sodalibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xii martii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DE SACRAMENTO EXTREMAE UNCTIONIS IN CASU NECESSITATIS CONLATO

In plenario conventu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito feria iv, die 31 ianuarii 1917, proposito dubio: «An admini« strato Sacramento Extremae Unctionis in casu necessitatis unica « Unctione in fronte adhibita, per verba: *Per istam sanctam Unctio« nem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen»,* cessante periculo, singulae Unctiones, ad tenorem Decreti diei 31 ianuarii 1907 supplendae, sub conditione adhibendae sint vel non?'Eúüri ac Rmi Dñi Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, omnibus mature perpensis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt:

Negative ad 1[am] partem: *Affirmative* ad 2[am].

Et sequenti feria v, die 1 februarii eiusdem anni, SSmus D. N. D. Benedictus divina providentia Pp. XV, in solita audientia R. P. D. Adsessori eiusdem Supremae Sacrae Congregationis impertita, Emorum Patrum resolutionem adprobavit et confirmavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 9 martii 1917.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. 1. Notarius.*

II

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

CIRCA INDULGENTIAM « TOTIES QUOTIES » IN COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Huic Supremae Congregationi S. R. et U. Inquisitionis, ex parte R. P. D. Ioannis Bapt. Fallize, Episcopi tit. Elusan., Vicarii Apostolici Norvegiae, dubium exhibitum fuit: « Utrum decretum Supremae S. C. « S. Officii, d. d. 25 iulii 1914, respiciens Indulgentiam plenariam *toties « quoties*, lucrandam quotannis die 2 novembris, in favorem animarum « in Purgatorio degentium, ita intelligi debeat, ut eadem Indulgentia sit « perenniter affixa enunciato diei, an vero Commemorationi omnium « fidelium defunctorum, quae iuxta Rubricas contingat etiam alia die celebrari?».

Eminentissimi Domini Cardinales Inquisitores Generales, in consuetis comitiis, habitis feria iv, die 13 decembris anno 1916, responderunt: « *Negative* ad, primam partem ; *Affirmative* ad secundam ».

Quam resolutionem SSmus D.-N. D. Benedictus divina providentia Pp. XV, in audientia Rmo P. Commissario Generali S. O. impertita feria v, die 14, iisdem mense et anno, benigne approbavit ac publici iuris fieri mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L . * S .

Fr. Dominicus Pasqualigo, O. P., *Commiss. Gen. S.* O.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

SUBLACEN.

In praecedenti fasciculo, pag.-119, lin. 4ª, post verbum *Negative,* addantur verba « ad primam partem, *affirmative* ad secundam ».

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Brevi apostolico nominatus est:

14 februarii i917. — *Episcopus Sandhurstensis in Australia,* R. D. Ioannes Me Charty, vicarius generalis archidioecesis Melbournensis.

SACKA CONGREGATIO RITUUM

I

ANTUERPIEN, **SEU** MECHLINIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS ANNAE A S. BARTHOLOMAEO, MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, Tuto *procedi possit ad solemnem eiusdem Ven. Servae Dei Beatificationem?*

A pretioso Servae Dei, sororis Annae a S. Bartholomaeo, obitu, qui Antuerpiae contigit anno millesimo sexcentésimo vigesimo sexto, die septima mensis iunii, unus vix aut alter abierat annus, et apud Apostolicam Sedem causa ipsius Ancillae Dei suum iam sumpserat exordium, sicuti mos erat illius temporis.

Obtenta siquidem a felic. rec. Urbano Papa VIII, quam vocant, Signatura Commissionis, petitae mox impetrataeque sunt Remissoriales Litterae ad adornandum super *Fama in genere* apostolica auctoritate processum; eoque ad finem perducto Romamque delato de re instituta est quaestio, quae favorabili quum esset responso dirempta, deventum

subinde erat ad apostolicam inquisitionem super virtutibus et miraculis in specie, quum in medio actorum cursu causam subsistere necesse fuit.

Iri iuris namque disciplina, quae servata illuc usque fuerat, insignis quaedam magnique momenti facta erat mutatio; eamque idcirco exsecutioni mandari oportebat. Etsi enim inde ab Alexandri III Pontificis Maximi aetate, circa cultum publicum defunctis hominibus nomine Ecclesiae exhibendum, quaevis Episcopis aliisque locorum Ordinariis adempta fuerit potestas; atque hoc ipso Beatificarlo quoque inter causas maiores adnumerata, uni Romano Pontifici privativo iure reservata permanserit, nihilominus, quo interea apte dilucideque dignosceretur quid esset, in quo publici et ecclesiastici cultus ratio consisteret, quidque publicum inter atque privatum cultum intercederet discriminis, multum sane insumptum est temporis, industriae ac laboris, donec anno millesimo sexcentésimo trigesimo quarto, rec. me. Urbanus Papa VIII, non ita pridem edita, sua confirmans decreta, modum, quo nova lex actu perficeretur, invenit tandem descripsitque. Nam Praedecessorum suorum, nominatim Alexandri III et Innocentii III insistens vestigiis, statuit iterum validiusque decrevit, Servis Dei nondum beatificatis aut canonizatis publici et ecclesiastici cultus significationes nequaquam posse deferri; insimul tamen, quemadmodum par erat maximeque suadebat aequitas, consulto dataque opera cavit, si qui essent Dei Servi, quos aut Centum ante annos, aut iustis aliis de causis Christifideles consuevissent publice honorare, possessione ista eosdem Dei Servos non esse exturbandos; utque hanc eorum peculiarem conditionem iuridicus suppeteret probandi modus, quosdam, ad instar propriae veraeque exceptionis, induxit casus, qui propterea *casus excepti* iure merito vocantur et sunt. Exinde causarum Servorum Dei duplex quum fuerit constitutus ordo; earum nimirum, quae per viam *extraordinariam,* seu per viam *cultus,* et earum, quae per viam *ordinariam,* seu per viam *non cultus* procedunt, huic alteri causarum generi omnino singulare obtigit, ut vix ad Sanctam Sedem deferantur ab eaque illis, ut inquiunt, apponatur manus, illico nefas sit ad ulteriora progredi, nisi prius Servis Dei, de quibus agitur, nullum praestitum fuisse praestarique publicum et ecclesiasticum cultum legitime constiterit; idque nedum in causis, quae introducendae postea forent, sed in iis etiam, quae eodem sub Urbano VIII initae paulo ante fuerant, aeque observari debere, iussum praeterea fuit.

Quibus omnibus in promptu est, quomodo factum sit, ut Servae Dei sororis Annae a S. Bartholomaeo quamvis tam mature penes Apo-

stolicam Sedem agitari coepta fuerit causa, attamen ob eam praesertim, quae interim supervenerat, novi iuris constitutionem, nonnisi post integrum et amplius saeculum, anno videlicet millesimo septingentésimo trigesimo quinto, Clemente XII Summo Pontifice, eiusdem venerabilis Ancillae Dei ostensae declarataeque fuerint heroicae virtutes. Hisce vero probatis, bis fere saeculare secutum est silentium; sed istud Sanctissimi Domini nostri Benedicti Papae XV abrupit oraculum; binas quippe, quae praesto iam erant sanationes' quibusque causae lectissimae tandiu exspectatum imponi licuisset fastigium, vero proprioque prodigio esse adiudicandas Ipse Beatissimus Pater apostolica auctoritate Sua nuperrime sanxit decreto. Ita quod sibi primum proposuerant actores, quum, tribus propemodum abhinc saeculis, Urbanum VIII, Summum Pontificem, adiverunt supplices, hoc profecto fauste feliciterque assecutus tandem se esse laetantur; quandoquidem, cunctis recte riteque adimpletis, quae adimpleri opus erat, nihil aliud impedimento esse potest, quominus venerabili Ancillae Dei sorori Annae a S. Bartholomaeo Beatorum caelitum merito ac *tuto* decernantur honores.

In generalibus proinde sacrae huius Congregationis Comitiis, quae die decima tertia currentis huius mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro celebrata sunt, propositum per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, Dubio : *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum,* tuto *procedi possit ad solemnem venerabilis Servae Dei, sororis Annae a S. Bartholomaeo Beatificationem?* omnes, qui aderant, quum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores, *tuto* fieri posse unanimi suffragio responderunt. Beatissimus vero Pater patefacere etsi non praetermiserit *solemnem diem expectare proximum, quo Beatorum nomen cultumque fidelissimae huic sanctae Theresiae corniti attribuere* **licebit;** *ob eamque rem pergrate* Sibi contingere *quod novam apud Deum deprecatricem, tam nobili auctam titulo et* Sibi *et christiano populo addere possit;* attamen, divinae sapientiae praesidium et lumen impensius exoraturus, decretoriam Sententiam Sibi adhuc differendam duxit.

Hodierna autem die Dominica Passionis, religiosissime litato eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes advocari voluit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Pro-Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus solemniter edixit : *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Dei Servae sororis Annae a S. Bartholomaeo Beatificationem.*

Hoc Decretum in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis inseri litterasque apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis expediri iussit, VIII Calendas apriles anno MCMXVII.

£g A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. G. Pro-Praefectus.

L. © S. .

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

ROMANA

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOSEPHI MARIAE PIGRNATELLI, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus fide, spe et caritate in Deum ac proximum; nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur P

Quo super heroicis virtutibus venerabilis Dei Famuli Iosephi Mariae Pignatelli, aliquot abhinc annos, instituta, facile atque expedite absolveretur quaestio, interfuit plurimi e tanto testium, qui auditi perpensique fuerant, numero, tamque copiosa iudicialium actorum mole nativam atque propriam eiusdem venerabilis Dei Famuli plenam -"in lucem in primis educere personam, eamdemque postmodum, omnibus suis partibus expletam, apte graphiceque veluti ante oculos constituere

Ita, quis quantusque hic extiterit Dei Servus, coram adspicere contemplarique gavisus est animus; quousque insuper exercitae ab eo progressae fuerint christianae virtutes, insimul demirari licuit atque etiam dimetiri, cunctis praesertim recto iudicio et aequa mente inspectis pensitatisque peculiaribus temporum, locorum ac personarum adiunctis, quibus in mediis fortunosam traducere vitam atque opei ari eidem obtigerat Dei Famulo. Eiusmodi namque adiuncta magnopere adversa,

acerba nimis atque aspera praefatum venerabilem Dei Servum nactum expertumque fuisse aerumnosae illius aetatis monumenta testantur.

Nihilominus, insigni praeditus ut erat animi comparatione, qua ad perfecte agendum assidue movebatur, vi -fructuum ac tempestatum vinci se frangique umquam passus non est. Quin imo, divina operante gratia, omnibus hisce impedimentis atque obstaculis, tamquam propitia sibi oblata occasione, ubertim prudenterque usus fruitusque ille fuit eo quidem consilio, ut magis magisque in virtutis semita proficeret in diem ad mortem usque, quae proinde annis plenum, meritis onustum atque virtutum ornamento fulgentem, heic in alma Urbe, illum promptum paratumque invenit, die decima quinta novembris anni millesimi octingentesimi decimi primi.

Equidem pro nova praeparatoria Congregatione, quae tamen de Sanctissimi Domini nostri Benedicti Papae XV venia, mense iulio superioris anni, habita est, propositae iam erant praescriptaeque normae, quibus in praenobilis causae huius prosequenda defensione duci se regique deberent actores. Qui sane, uti erant moniti, toti in eo fuerunt, ut quod unice est totius rei caput naviter studioseque inquirerent prius, factorumque subinde segete praeclara admodum atque opima firmiter innixi, plenam uberemque conficerent demonstrationem, qua vir prudens suique iudicii homo ad assentiendum ferme cogeretur, quavis ex eiusdem animo depulsa dubitatione.

Id maxime in generali Congregatione patuit, quae, die decima tertia huius ad exitum properantis mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro coacta fuit. In qua siquidem propositum quum fuisset per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, sequens ad discutiendum Dubium: *An constet de virtutibus theologalibus fide, spe et caritate in Deum ac proximum; nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis venerabilis Dei Famuli Iosephi Mariae Pignatelli, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?* tam Reverendissimi Cardinales quam Patres Consultores suam quisque ex ordine aperuere sententiam. Quorum omnium Beatissimus Pater agnitis exceptisque suffragiis, Coetum dimisit auspicatissimis hisce verbis: « Vehementer delectamur quod tam multum operae ac studii « adhibitum sit illustrandis virtutibus gestisque viri praestantissimi, cum « quo tot cives, tot Instituta, totque nationes necessitudine summa devin« ciuntur. Scilicet, in primis patriciorum genus, unde ortum ille habuit; « plebeium deinde, in quo instituendo sedulam curam insumpsit; Societas « Iesu, cuius utilitati inter laeta ac tristia prospicere non destitit, atque « Ecclesia Christi universa cui diligens administer inserviit: Hispaniarum

« etiam populi, quorum in sinu natus est et ingenue educatus, nec non « Itali, quorum terras peragravit animosque sanctimonia et splendore « vitae illustravit; Romaque prae ceteris, in qua latissime apostolatus « eius manavit et ubi sanctissimo fine quievit. Fuit quidem Venerabilis « Ioseph Mariae Pignatelli indesinenti motu agitata vita; ita tamen ut « semper et ubique studio divinae gloriae animarumque servandarum « ducta esse videretur. Nec decipi arbitramur eum qui divino consilio « praestitutum fuisse putet, ut inclitus Dei Servus aetate hac nostra « super candelabro collocaretur, qua et clerici, et sacerdotes et religiosi « sodales, tam ingenti numero, e consentaneo atque ordinatissimo vitae « genere seminarii, presbyterii, monasterii abrepti pelluntur; ex omni « denique ordine quamplurimi in rerum publicarum motus iactantur: « eo nimirum divino consilio ut, Venerabilis exemplo, cuius - etiam longe « a sacrae conversationis septis in ipsisque saeculi periculis - vita fuit « virtutum omnium lumine illustris, addiscant omnes semper et ubique « eam morum custodiendam esse integritatem, quae sua cuique voca- « tione praescribitur, licet cotidiano familiae, seminarii, claustri desierit « fulciri praesidio ». Quoniam vero gravissima agebatur res, idem Sanctissimus Dominus noster supremum iudicium suum de more prorogandum censuit, cunctosque, qui aderant, interim est adhortatus secum velint clementissimum Deum enixe deprecari, ut tum votis Suis tum Ecclesiae populorumque necessitatibus propitius adspiret atque opituletur.

Hodierna autem die Dominica Passionis Beatissimus Pater, sacris piissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Pro-Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus fide, spe et caritate in Deum ac proximum; nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Iosephi Mariae Pignatelli, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc Decretum publici iuris fieri et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit VIII calendas apriles anno MCMXVII.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

URBIS ET ORBIS

DE COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM

Quo universi Cleri Populique fidelis in Commemoratione omnium fidelium defunctorum par et consors ferveat pietas, atque coniuncta suffragia magis prosint animabus in Christo quiescentibus ; itemque sacra Liturgia in Eucharistico sacrificio litando divinoque Officio persolvendo, uniformi ac solemni ritu in universa Ecclesia peragatur, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, suprema auctoritate Sua, statuit ac decrevit: « Solemnem Commemorationem omnium fidelium defunctorum, ex Constitutione Apostolica *Incruentum Altaris,* die 10 augusti 1915 edita, « ampliori privilegio trium Missarum de Requie auctam, Festis solem- « moribus primariis ritus duplicis primae classis et Ecclesiae Univer- « salis amodo esse aequiparandam, adeo ut omnia et singula Festa pro- « pria locorum, Ecclesiarum, Ordinum seu Congregationum aliorumque « Institutorum particularium excludat, excepta tamen Dominica, quae « die secunda novembris occurrat; quo in casu eadem Commemoratio « cum suis privilegiis in diem immediate sequentem de more transfe- « ratur. Sancivit insuper Sanctitas Sua, ut Kalendaria et Propria particularia, nullo excepto, huic Decreto conformari debeant. Contrariis « non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

« Die 28 februarii 1917 ».

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ^ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

DUBIA

DE MISSIS IN COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM

A Sacra Rituum Congregatione pro opportuna declaratione postulatum est: An ex tribus Missis de Requie in Commemoratione omnium fidelium defunctorum a Constitutione Apostolica diei 10 augusti 1915

permissis: I. Sacerdos unam vel duas tantum Missas celebrare queat, et II. in utroque casu quaenam Missae ex descriptis in decreto Sacrorum Rituum Congregationis *Urbis et Orbis* diei 11 augusti 1915 legendae sint, ac demum III. pro quibus eaedem applicandae?

Et Sacra Rituum Congregatio, exquisito.specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, ita rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative* ad utrumque.

Ad II. Prima Missa ex supradescriptis semper legenda est; altera erit secunda.

Ad III. In utroque casu una Missa ad intentionem celebrantis, in secundo tamen casu, altera ex duabus Missis pro omnibus fidelibus defunctis applicanda est.

Atque ita rescripsit et declaravit de mandato Sanctissimi, die 28 februarii 1917.

)$i A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. G. Pro-Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

V

DUBIA

DE OCCURRENTIA ET TRANSLATIONE QUORUNDAM FESTORUM

Sacrorum rituum Congregationi sequentia dubia expendenda et solvenda subiecta sunt; nimirum:

I. Inspectis rubricis Breviarii romani, nempe tam rubrica generali tit. IV *de Festorum occurrentia accidentali eorumque translatione,* n. 2, quam rubrica speciali *de die Octava Epiphaniae occurrente in Dominica ;* atque inde exorto dubio, quaeritur:

Si Festum duplex primae classis, a die 7 ad 12 ianuarii inclusive occurrens, incidat in Dominicam, quid agendum?

II. Quando dies Octava communis occurrit eadem die cum aliquo Festo Domini ritus duplicis maioris, fit Officium de die Octava cum commemoratione Festi Domini, quaeritur:

Si memorata dies Octava in Dominicam incidat, Officium eritne de ipsa Dominica cum commemoratione diei Octavae et Festi Domini; aut potius reviviscit ius Festi Domini supra Officium Dominicale?

Iii. In Dioecesi *N.*, titulus ecclesiae particularis est Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis feria sexta post Dominicam Passionis sub competente ritu duplici primae classis recòlendus; et sequenti die aliud Festum duplex I aut II classis occurrit; quaeritur:

Quoties eiusmodi Festum Titulare Deiparae Virginis Perdolentis impediatur, Feria sexta assignata, ab alio Festo nobiliori, et Sabbato sequenti, ab alio Festo classico, quid faciendum?

Et Sacra rituum Congregatio, audito specialis commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, triplici quaestioni ita respondendum censuit:

Ad I. Fiat officium de Festo duplici primae classis cum com m emo ratione Dominicae, iuxta praefatam rubricam generalem, tit. IV, n. %

Ad II. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Ad III. Festum Titulare Deiparae Perdolentis transferatur, cum ritu paschali, post Dominicam in Albis in proximiorem diem sequentem quae sit libera, iuxta Rubricas, tit. IV, n. 3.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit.

Die 3 martii 1917.

)$i A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Pro-Prafectus.

L. & S. .

Alexander Verde, *Secretarius.*

VI

DECRETUM.

CIRCA RUBRICAS BREVIARII

Per Decretum Sacrae rituum Congregationis *Urbis et Orbis* diei 28 februarii vertentis anni, de Commemoratione omnium fidelium defunctorum, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, statuit ac sancivit ut eiusmodi Commemoratio excludat omnia et singula Festa propria locorum, ecclesiarum, ordinum seu congregationum, aliorumque institutorum. Hinc Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, cunctisque sedulo perpensis, sequentes variationes, a praefato Decreto deductas, in Rubricis Breviarii Romani faciendas esse censuit; easque in futuris ipsius Breviarii editionibus inseri atque ab omnibus servari mandavit.

In Rubricis Breviarii ad normam bullae « Divino afflatu ».

I

Tit. IV, num. 6

Commemoratio omnium fidelium defunctorum excludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda cuiusvis ritus. Si tamen dies 2 novembris in Dominicam inciderit, Officium fit de Dominica cum Commemoratione Octavae omnium Sanctorum; et Commemoratio omnium fidelium defunctorum, iisdem cum iuribus, in diem 3, tamquam in sedem propriam, transfertur.

II

Tit. V, num. 4

Commemoratio omnium fidelium defunctorum excludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda cuiusvis ritus.

III

Notanda in praecedentibus tabellis

Numerus 16 expungatur.

IV

Rubrica particularis in Proprio Sanctorum, die 2 novembris

Commemoratio omnium fidelium defunctorum excludit tum. Festa occurrentia tum Festa transferenda cuiusvis ritus. Si tamen inciderit in Dominicam, iisdem cum iuribus, in sequenti Feria secunda celebratur, translato, vel penitus omisso, iuxta Rubricas, quolibet alio Festo.

Insuper ipsa Sacra Congregatio iisdem futuris Breviarii Romani editionibus sequentes etiam variationes adiicendas praescripsit.

V

Die 22 septembris ad Lectionem VI Officii S. Thomae de Villanova Ep. et Conf. omittantur postrema verba: « atque eius memoriam quar- « todecimo kalendas octobris celebrari mandavit ».

VI

Die 1 iulii, in Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C, rubrica specialis in fine Officii *Sicubi,* etc. ita exprimatur: « Sicubi tamen hoc « Festum habeat II Vesperas integras, omnia dicuntur ut in I Vesperis, « sed, loco ultimi Psalmi, dicatur Ps. 147 *Lauda, Ierusalem, Dominum,* « nec non Versus et Antiphona ad Magnificat ut infra ».

Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 10 martii 1917.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. G. Pro-Praefectus.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

AUGENTUR INDULGENTIAE TACTUI POENITENTIALI VIRGAE ADNEXAE

Ssmus Dominus Noster Benedictus div. prov. Pp. XV, preces benigne excipiens infrascripti Cardinalis Maioris Poenitentiarii de favoribus spiritualibus augendis qui tactui virgae poenitentialis a Summis Pontificibus adnexi sunt, in audientia diei 2ae vertentis mensis martii, dignatus est concedere omnibus christifidelibus qui quolibet anni die, in basilicis Lateranensi, Vaticana et Liberiana, Minores Poenitentiarios adierint, seseque cum verae humilitatis et sincerae contritionis sensibus poenitentiali virga tangendos submiserint, centum dies indulgentiae semel in die lucrandae, qua ipsis liceat, si malint, pie functorum vita labes poenasque expiare,

Insuper eadem Sanctitas Sua benigne concedere dignata est Cardinali Poenitentiario Maiori perpetuam facultatem relaxandi in forma Ecclesiae consueta, omnibus christifidelibus, qui ex veteri et laudabili instituto, eundem Poenitentiarium Maiorem munere suo statutis diebus hebdomadae maioris in tribus Urbis Basilicis solemni ritu fungentem, pie reverenterque cum praedictis animi sensibus adierint eiusque poenitentiali virga tangendos pariter se submiserint, ter centum dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis; ea mente ut haec indulgentia etiam animabus, quae Deo in caritate coniunctae ex hoc mundo migraverint, per modum suffragii applicari possit et valeat.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 6 martii 1917.

GULIELMUS CARD. VAN ROSSUM, *Poen. Maior.*

L. © S.

F. Borgongini Duca, *S. P. Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

FLORENTINA

IURIUM IN SEPULCRIS

Benedicto Papa X V feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 9 iunii 1916, BR. PP. DD. Seraphinus Many, Ponens, Ioannes Prior et Raphael Ghimenti, Auditores de turno, in causa Florentina. Iurium in sepulcris, *inter* Rev. Angelum Ciuffi, *repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum d'Alessandri, advocatum, et* Confraternitatem S. Marci et SSmae Annuntiatae, *repraesentatam per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, in gradu appellationis contra sententiam rotalem diei 26 februarii 1915, a dicto Rev. Angelo Ciuffi interpositae, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Die 28 augusti 1871, Rev. Santi B mazzi, praepositus ecclesiae parochialis S. Felicis ab Ema, in dioecesi Florentina, et Sodalitas S. Marci et SSmae Annuntiatae, in hac ecclesia parochiali erecta, contractum societatis inierunt, ad construendum, in ipso coemeterio parochiali, distinctum sepulcrum, ad formam, ut dicitur, columbarii; cuius contractus praecipua lex erat ut parochus et sodalitas in dimidia parte tum expensas aedificationis solverent, tum lucra futurarum tumulationum perciperet. Mortuo Rev. Binazzi anno 1880, Rev. Angelus Ciuffi, eius successor, similes conventiones cum eadem sodalitate, annis 1882, 1889 et 1908 iniit, pro construendis aliis partibus seu sectionibus sepulcri. Hoc autem anno 1908, inter parochum et sodalitatem orta est gravis controversia, cum ille negaret sodalitati ullum ius competere ad participanda emolumenta tumulationum. Hanc controversiam Curia Florentina decreto suo diei 8 iunii 1912 diremit, quo praefatum ius sodalitati recognovit et confirmavit. A quo decreto cum appellasset parochus, causa, prius habita Commissione pontificia, in H. S. O. ventilata est. Tria autem concordata sunt dubia, scilicet:

« 1. An, quo titulo, quanam mensura, quibusque oneribus sodali-
« tas S. Marci et SSmae Annuntiatae, participare debeat de emolumentis
vfunerariis veteris et novi coemeterii in casu.

« 2. Utrum sodalitati an parocho restituenda sint emolumenta in
« praeteritum percepta, necnon reficienda damna in casu.

« 3. A quo, quomodo, qua mensura, quibusque sub cautelis emolumentorum administratio sit gerenda in casu ».

Porro, ad haec dubia in sententia rotali diei 26 februarii anni 1915, sic responsum est:

« Ad 1. *Affirmative*, seu sodalitatem S. Marci et SSmae Annuntiatae « participare debere de emolumentis veteris et novi coemeterii, in casu, « titulo conventionum inter ipsam et parochum S. Felicis ab Ema ini- « tarum, atque pari mensura tam in oneribus, expensis operarum et « manutentionis ordinariae ac extraordinariae communiter ferendis, « quam in proventibus inter sese dividendis.

« Ad 2. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam, seu « sodalitati a parocho restituenda esse emolumenta in praeteritum per- « cepta, necnon reficienda esse damna, in casu.

« Ad 3. Emolumentorum administrationem gerendam esse iuxta « normas statutas in conventione diei 26 aprilis 1908 ».

Igitur ab hac sententia Rev. Parochus Angelus Ciuffi appellavit, et inde in H. S. O. solitum dubium concordatum est: *An sententia Rotalis diei 26 februarii 1915 confirmanda vel infirmanda sit in casu.*

Quod ad ius spectat. Fidem pactis seu contractibus servandam esse omnia iura clamant: « Quid enim, ait Ulpianus, in L. 1, *De Pactis*, 11, 14, « tam congruum fidei humanae, quam ea quae inter eos placuerunt « servare? ». Unde inter eos qui contraxerunt, conventio instar legis est. Porro hic effectus, scilicet obligatio hinc inde orta non producitur a contractu, nisi hic sit validus. Ut autem contractus sit validus, plura requiruntur; ex quibus haec, quae ad praesentem speciem propius pertinent, scilicet: 1) Ut contractus fiat inter personas, physicas vel morales, quae ad contrahendum iure sint capaces. 2) Ut consensus, ex utraque parte, sit absolutus, èt ab errore et metu immunis. 3) Ut si qua solemnitas a iure sub poena nullitatis contractus praescripta sit, accurate servetur; sic, si agatur de alienatione boni ecclesiastici immobilis, vel mobilis pretiosi, ad contractus validitatem requiritur, vi Pauli II Bulla *Ambitiosae,* beneplacitum apostolicum; modo tamen non agatur de bono immobili parvi valoris, seu, ut dicitur, de terrulis, ad quarum alienationem sufficit licentia Ordinarii. Quae omnia cum clara sint, et apud omnes incontroversa, ad factum properare possumus.

Factum quod attinet. Praecipuum praesentis controversiae quaesitum, hoc est: Utrum sodalitas S. Marci ius habeat participandi de emolumentis tumulationum quae factae fuerunt aut fiunt in distincto sepulcro quod

in coemeterio S. Felicis ab Ema erectum est. Sententia appellata praefatum ius sodalitati adiudicat, innixa super quatuor conventionibus inter ipsam sodalitatem et parochos S. Felicis initis ; ex altera parte, has conventiones procurator Rev. parochi Angeli Ciuffi plane irritas esse contendit, et inde dictum ius sodalitatis respuit. Igitur de illarum conventionum valore inquirendum est.

Prima et praecipua conventio, unde initium et exemplum aliae sumunt, inita est, ut dictum est in facti specie, die 21 augusti anni 1871, inter parochum Binazzi et sodalitatem S. Marci. Principaliora huius conventionis capita referenda sunt, ut clarius finis eius et indoles appareant. « Essendoché il M. R. D. Santi Binazzi, Proposto della chiesa di « S. Felice a Ema in comune del Galluzzo, abbia recentemente ottenuto « tanto dalle Autorità Governative, che dal municipio suddetto, la facoltà « di costruire un sepolcreto a forma di colombario, da erigersi accanto « al cimitero addetto alla preindicata chiesa;

« Essendoché al seguito di tale concessione, il nominato sig. Propo« sto Binazzi, riconoscendo la convenienza di costruire sollecitamente la « prima sezione di tale sepolcreto, all'oggetto di poter poi con gl'incassi « provenienti dalle tasse di tumulazione sulla sezione stessa (se pure, « saldate le spese occorse per detta prima sezione, non gli piacerà di « disporre in altro modo degli avanzi), condurre a termine una tale opera, « abbia invitato i rappresentanti della Ven. Compagnia di S. Marco e « della SSma Annunziata in S. Felice a Ema di corfcorrere con essa « alle spese previste e accessorie per tale costruzione ;

«...11 sig. Proposto Binazzi per interesse proprio e della chiesa « suddetta, ed i signori Filippo Barcali e D. Francesco Chelazzi (qui « sodalitatis nomine agebant), nell'interesse della suddetta Ven. Com« pagnia, convengono e concordano di far costruire ed erigere a spese « comuni e così a perfetta metà fra loro la prima sezione del sepolcreto « che il sig. Proposto Binazzi è stato autorizzato come sopra a edificare.

« Il mantenimento e conservazione di detta prima sezione di sepol« ereto, non menochè dell'attuale camposanto a sterro sul quale il sepol« creto stesso ricorre, saranno a carico per metà fra il parroco e la « Compagnia in conformità degli accordi stabiliti col municipio del « Galluzzo. Inoltre la stessa Compagnia pagherà annualmente al par« roco di detta chiesa di S. Felice a Ema, la metà del canone che dal « perito sig. Mattias Facchini eletto di comune accordo dalle parti, « verrà assegnato al terreno da occuparsi per la costruzione dell'intero « sepolcreto e per *Y* ingrandimento dell'attuale camposanto a sterro dalla « parte di settentrione; qual metà di canone non potrà essere superiore

« all'interesse della metà del prezzo che il parroco potrebbe ricavare « dal terreno a rigorosa compra e vendita nelle attuali circostanze;

« Ultimati i lavori della suddetta sezione di sepolcreto, si procederà « alla liquidazione dei conti e si accerterà col concorso del Proposto e « dei tre suddetti fratelli lo ammontare preciso delle spese. A mano a « mano che si verificheranno incassi per tasse di tumulazione, si pro- « cederà alla graduale restituzione al parroco e alla Compagnia delle « somme rispettivamente anticipate, ed essendoci avanzo, questo, se le « parti non metteranno mano alla costruzione di una seconda sezione « di sepolcreto, dovrà essere diviso fra il Proposto di S. Felice a Ema «e la detta Compagnia, fermo restante l'obbligo del mantenimento di « che sopra in ogni caso;

« Le spese del presente atto... non che le occorrenti per gli atti « necessari alla costruzione dei lavori sopra contemplati, saranno sop- « portate per una metà dalla Ven. Compagnia e per l'altra dal Pro- « posto Binazzi ».

Agitur ergo de contractu societatis ad normas iuris inito; in quo scilicet utraque pars in commune confert pecuniam, ut inde partem lucri correspondentem capiat. Parochus, praeter pecuniam, confert etiam, in aliquo sensu, partem fundi parochialis; sed, ex sua parte, sodalitas annuum canonem huic fundi parti correspondentem solvit; ita ut, quantum fieri potest, et omnes expensae per dimidiam partem ab utroque socio sustineantur, et pariter omnia lucra in dimidia parte ab utroque percip antur. Nihil ergo iustius hac conventione; nihil iuri conformius. Et ita constanter observatum est ab anno 1871, in quo inita fuit haec societas, ad annum 1908, id est per triginta septem annos.

Hoc autem anno 1908, parochus, vim huius contractus eludere volens, praetendit illum invalidum esse ex defectu beneplaciti apostolici. Dixit enim non agi quidem de alienatione boni parochialis, sed de onere reali, bono parochiali imposito, quod locationi ad longum tempus aequivalebat; haec sunt verba procuratoris parochi, in *Restrictu* secundae propositionis : « Perchè ricorresse la nullità, non vi era biso- « gno che si trattasse di compra e vendita di immobili, nè di alienazione « di proprietà parrocchiale; bastava la imposizione di un puro e sem- « plice onere di locazione a lungo tempo. Il dire, come dissero i primi « giudici, che nel caso si trattava di società, non è rispondere all'argo- « mento. A buon conto, il parroco conferiva in società un fondo par- « rocchiale, perchè fosse a parte degli utili la confraternita e ciò equivaleva per lo meno ad una locazione a lungo tempo. È tutto qui il « capitale errore della sentenza ».

Verum quidem est primam sectionem sepulcri distincti, quam contrahentes in conventione anni 1871 principaliter intendebant, aedificatam fuisse super fundo parochiali, id est, super ipso coemeterio ecclesiae parochialis, ut patet ex ipso tenore conventionis: « Il mantenimento... *« dell'attuale camposanto a sterro sul quale il sepolcro stesso ricorre »;* quod ceteroquin pacificum est inter partes.

Sed ex hoc non sequitur necessarium fuisse beneplacitum apostolicum. Ex hac enim sepulcri distincti aedificatione, nec ulla pars coeme terii parochialis alienata est, nec huic coemeterio ullum novum onus impositum est; siquidem onus recipiendi corpora defunctorum tumulanda essentialiter ipsi coemeterio inhaeret, ita ut, constructo sepulcro distincto, locus solus tumulationis mutatus sit; antequam enim sepulcrum construeretur, corpora sepeliebantur subtus terram; constructo sepulcro, corpora iam sepeliuntur super terram, scilicet in cellulis ad hoc in columbario apte dispositis; unde patet quam falsa sit comparatio oneris coemeterio impositi cum locatione ad longum tempus. Unde etiam, quando alicuius coemeterii administratores partem quamdam huius loci sacri alicui concedunt, ut ibi sepulcrum sibi et suae familiae in perpetuum aedificet, non requiritur beneplacitum apostolicum, quia nempe nullum novum onus coemeterio imponitur; et haec est communis opinio doctorum, iuxta consuetudinem universalem. Ita Petra, in *Const. V Pauli II,* sect. 2, n. 17-18; De Luca, *De alienationibus,* disc. 22, n. 5-7; Giraldi, *Expositio Iuris Pontificii,* sect. 755, p. 563. Nec dicas concessionem sepulcri, alicui privato pro se suisque factam, valde differre a specie praesenti ; quia ex illa concessione ille, in cuius favorem fit, nullos fructus percipit, dum, in nostro casu, sodalitas S. Marci pingues fructus percipiebat; ut ergo in participationem horum fructuum fundi parochialis posset admitti, requirebatur beneplacitum apostolicum, eodem modo quo pro locatione boni ecclesiastici ad longum tempus illud beneplacitum requiritur. - Nec, dicimus, hoc dicas; nam fructus, quos percipiebat sodalitas S. Marci, non proveniebant ex fundo parochiali, sed ex pecunia et opera, quas, pro parte sua, confraternitas vi contractus societatis contribuebat; unde etiam, vi eiusdem contractus, ad hos fructus strictum ius habebat; ex quo iterum patet quantum discrimen intercedat inter casum praesentem et locationem ad-longum tempus.

Sed etiam dato (non concesso) beneplacitum apostolicum in casu fuisse necessarium, nulla inde contra valorem praedictae conventionis difficultas oritur; quia, cum haec conventio pacifice per triginta septem annos observata fuerit, ex hac longissimi temporis praescriptione et pacifica observantia descendit beneplaciti apostolici praesumptio, uti

notum est ex communi doctrina Canonistarum; cfr. De Luca, *De alienationibus,* disc. 1, n. 83-93.

Nec dicatur hanc beneplaciti apostolici praesumptionem ex longissime temporis observantia ortam, sublatam fuisse ab Urbano VIII, in bulla *Romanus Pontifex in sacra,* diei 7 iulii 1641 *(Bull. Rom.,* edit. Taurinen., t. XV, p. 122). - Verum quidem est Urbanum VIII, in dicta bulla, § 9, ibi: « Necnon reliqua omnia quotcumque », etc., dictam praesumptionem sustulisse, et solam centenariam observantiam praeservasse, in § 15, ibi: « Nec iterum tollere (intendimus) centenariam praescriptio- « nem », etc.; quod etiam pluries S. Rota iudicavit, v. g., inter *Recentiores^* dec. 412, n. 18, Parte IX, t. 2; dec. 219, n. 5, Parte X; dec, 268, n. 22, Parte XII. Sed haec Urbani constitutio non respicit contractus inter duas ecclesias, vel duo entia iuridica ecclesiis assimilata, quia in his casibus abest praesumptio usurpationis et malae fidei, cui dicta constitutio innititur. Quod etiam pluries decidit S. Rota, v. g. inter *Recentiores,* dec. 10, n. 12, Parte XIV; dec. 362, n. 5, Parte XVII; quo etiam in sensu, allegatis aliis S. Rotae decisionibus, bullam interpretatur De Luca, *De alienationibus,* disc. 1, n. 98; et disc. 2, n. 13. Unde, pro nostra conventione anni 1871, quae inita fuit inter ecclesiam parochialem et confraternitatem, remanet praesumptio beneplaciti apostolici ex observantia triginta saltem annorum orta.

Quod eo magis dicendum est, quod, in hac specie, agebatur de parva fundi ecclesiastici particula, pro qua alienanda, ad normam can. *Terrulas,* sufficiebat beneplacitum Ordinarii (ut infra dicetur occasione alterius conventionis anni 1882). Consensus enim Ordinarii multo facilius obtinetur et praesumitur, praesertim in nostro casu, cum coemeterium S. Felicis ab Ema civitati episcopali Florentinae vicinissimum sit, et ideo sepulcrum quasi sub oculis archiepiscopi aedificatum fuit. Dubium ergo nullum esse potest de valore conventionis die 21 augusti anni 1871 inter parochum Binazzi et Confraternitatem S. Marci initae (De ceteris difficultatibus contra valorem huius conventionis factis agetur infra).

Ad alias igitur conventiones inter Rev. parochum Ciuffi et eamdem confraternitatem initas veniendum est.

Secunda conventio inita est anno 1882. Hic agebatur de construenda secunda sepulcri sectione, primae quoad extensionem simillima, sed in fundo parochiali fructifero, nempe vitibus et olivis consito, aedificanda; unde requirebatur beneplacitum, non quidem S. Sedis, sed tantum Ordinarii, quia, uti censuit ipse archiepiscopus Florentinus, de parvo terrae tractu agebatur. Veniam ergo Ordinarii petivit Rev. parochus Ciuffi, suo et confraternitatis nomine, die 13 aprilis 1882: « Oggi la compra del

« terreno per la seconda sezione, la chiedono il parroco e la Venerabile « Compagnia di S. Marco e delia SSma Annunziata, sostenendo come « hanno fatto fin qui, gli oneri, e lucrando insieme le entrate »; quam veniam concessit archiepiscopus, die 14 augusti 1882, confirmando conditiones a parocho enunciatas, scilicet de omnibus expensis et oneribus a parocho simul et confraternitate sustinendis et de lucris omnibus ab utraque parte percipiendis.

Hanc ergo alteram conventionem, anno 1882 initam, quae non erat nisi continuatio conventionis anni 1871, Rev. parochus Ciuffi, ab anno 1908, praetendit esse nullam, non iam ex defectu beneplaciti superioris ecclesiastici, sed quia ipse a confraternitate fuit deceptus. Ad quod intelligendum sciendum est in conventione anni 1871 insertam fuisse clausulam resolutivam favore parochi, his verbis in tenore conventionis supra relatis: « Se pure saldate le spese occorse per detta « prima sezione, non gli (al parroco) piacerà di disporre in altro modo « degli avanzi »: scilicet intendebat parochus, constructa prima sepulcri sectione, etiam alias sectiones, cum emolumentis ex tumulationibus proventuris, aedificare, *nisi tamen aliter de his emolumentis disponere ei placuisset.* Porro Kev. parochus Ciuffi, ad infirmandam vim conventionis anni 1882, dicit se, quando hanc iniit conventionem, ignorasse contractum anni 1871, et proinde hanc clausulam, et ideo deceptum fuisse a confraternitate, quae ipsi contractum anni 1871 confirmandum proposuit, non exhibito huius contractus instrumento. Haec ait procurator parochi Ciuffi: « La confraternita si guardò bene dal mostrargliela « (la convenzione del 1871), e ben se ne comprende la ragione. Era « proprio quello il momento decisivo in cui il nuovo parroco avrebbe « altrimenti potuto valersi della clausola resolutiva, se anche la con- « venzione Binazzi non fosse stata radicalmente nulla e avesse potuto « obbligare i successori. Conveniva dunque ad essa passar quel mo- « mento. Quando il Ciuffi si fosse compromesso, allora poteva mostrar- « glisi quel contratto! Dal che discende, che una volta che D. Ciuffi, per « la sua troppa buona fede, e quasi diremo semplicità, credè alla parola « dei Confratelli, senza aver sott'occhio la convenzione Binazzi, che « egli riteneva valida e per lui obbligatoria, e non accompagnata da « clausola resolutiva a suo favore, la lettera diretta alla Curia nel 1882 « e nel 1889, e la posteriore convenzione da lui firmata, non importava « ratifica della convenzione Binazzi. Non si ratifica ciò che non si « conosce ».

Verum haec omnia non valent ad infirmandam vim praedicatae conventionis.

Nam: 1) Parochus quidem dicit se a confraternitate fuisse deceptum; sed hoc non probat; sola enim assertio actoris non sufficit; eo magis quod deceptio et dolus non praesumuntur.

2) Dato, non concesso, quod parochus vere praedictam clausulam ignoraverit, haec ignorantia seu hic error dictam conventionem non irritat; non enim est substantialis; substantia enim conventionis est participatio utriusque contrahentis, per dimidiam partem, tum in expensis oneribusque, tum in lucris; porro hanc substantiam parochus certo voluit, in eamque consensit, cum ipse a Curia petierit, ut sibi et confraternitati hanc conventionem inire liceat; imo haec conventio iustissima erat, iam a parocho Binazzi pro prima sectione sepulcri inita, per undecim annos observata, et a Curia approbata.

3) Si parochus praefatam clausulam ignoravit, hunc errorem sibi imputare debet; quatenus enim bonorum parochialium administrator et custos, quando a confraternitate rogatus fuit ut conventionem cum praedecessore initam renovaret, de hac conventione inquirere debuit, eiusque instrumentum petere; quod igitur hoc non fecerit, eius culpa est.

4) Tandem notare est errorem qui non dedit causam contractui, contractum non irritare; porro talis fuit error, de quo parochus queritur; saltem parochus non demonstravit errorem, de, quo agitur, sibi causam fuisse ut contraheret; imo errorem contractui causam non dedisse, urgens ratio demonstrat; scilicet quod parochus, anno 1908, quando nempe conventionem anni 1871, totumque eius tenorem, et supradictam clausulam, probe cognoscebat, dictam conventionem anni 1871, in omnibus et per omnia, expresse quoad quartam sepulcri sectionem renovaverit, ut mox dicetur.

Firma ergo stat conventio anni 1882, quae alteram sepulcri sectionem respicit; et idem omnino dicendum de conventione anni 1889, pro tertia sepulcri sectione; pro qua etiam ineunda facultates opportunas parochus, suo et confraternitatis nomine, a Curia postulavit, epistola diei 5 februarii anni 1889.

Quod attinet ad conventionem diei 26 aprilis anni 1908, procurator parochi dicit eam esse nullam, licet debite ab illo subscriptam, quia parochus eam non inivit nisi sub conditione quod scilicet consiliarius eius, Rev. Ricciardi, eam approbaret. Haec sunt verba procuratoris *(Restrictus pro altera propositione,* p. 31-32): « Quando si presentarono « i confratelli nel 1906 a chiedergli (al parroco) la firma della conven- « zione dei 26 giugno che gli fu presentata in doppio originale, egli la « firmò, ma ritenne l'originale firmato, dicendo a costoro che lo avrebbe « consegnato soltanto se, dopo essersi consigliato, gli fosse stato detto che

«era da firmarsi; che perciò sotto questa condizione (se cioè, avesse « avuto parere favorevole) lo avrebbe consegnato nell'atto che gli fosse « consegnato l'altro originale firmato dai confratelli. Il Ciuffi ebbe parere « contrario, e fu consigliato a non scambiare l'atto coi confratelli, e ritenne « l'originale da lui firmato lasciando l'altro in mano ai confratelli. Infatti « la confraternita produsse in principio uno dei due originali dell'atto « non contenente la firma del Ciuffi. L'altro esemplare firmato dal Ciuffi « lo esibì, egli uomo di timorata coscienza, soltanto dopoché si era sol- « levata istanza incidentale per deferirgli il giuramento, sul fatto che egli «aveva firmato e tenuto presso di sé uno dei due originali dell'atto. « Egli non poteva nè voleva giurare il falso, e produsse l'atto ».

Verum hic consensus sub conditione, quem praetendit procurator parochi, non respicit conventionem diei 26 aprilis anni 1908, sed aliam conventionem diei 29 martii eiusdem anni, uti bene exponit Rev. Adelmus Zoli in declaratione iurata diei 3 decembris 1914 (quam videre est in fasciculo typis edito: *Documenti già esistenti in atti*, p. 5-6). Uti hic explicat, confratres, die 29 martii anni 1908, parocho quamdam conventionem relative ad coemeterium subscribendam exhibuerunt; cum a confratribus audisset hanc a sac. Ricciardi (tunc absente) esse approbatam, illi quidem parochus subscripsit, sed addidit se eam non producturam, donec rediret sacerdos Ricciardi. Qui cum rediisset, negavit se conventionem diei 29 martii approbasse, dixitque confratribus, referente dicto Adelmo Zoli: «Almeno aveste fatto un contratto che fosse la continua- « zione di quello che dite aver fatto col prevosto Binazzi..., allora sarebbe « stato meno male, ma fare un atto che butta fuori .il parroco, e dire « che siete d'accordo con me, è una vera indegnità ». Unde confratres, die 26 aprilis, alium contractum, iam ab anno 1906 praeparatum, exhibuerunt, cui parochus et confratres subscripserunt, et etiam dictus Adelmus Zoli, uti testis instrumentarius. Hic contractus est vere, sicut petierat sac. Ricciardi, Continuatio conventionis anni 1871, uti contrahentes in ipso initio contractus declarant, et ut patet ex toto conventionis tenore, in qua aequales omnino partes parocho et confraternitati, tum in expensis oneribusque, tum in lueris, assignatae sunt. Unde toto coelo differt a conventione diei 29 martii, quae nullam parochi rationem habebat «(che butta fuori il parroco)»; ergo consensus sub conditione, quem parochus se conventioni dedisse dicit, respicere quidem potest conventionem diei 29 martii, uti testatur sac. Adelmus Zoli, sed ad conventionem diei 26 aprilis, prorsus ab illa diversam, extendi nequit.

Quod si parochus, aut eius procurator instet, et dicat consensum conditionatum etiam ad conventionem diei 26 aprilis anni 1908 extendi,

huius assertionis in iudicio nulla ratio haberi potest, quia nullo argumento, nec scripto nec testimoniali, demonstratur. Etenim nulla clausula reservationis aut conditionis inserta est in contractu scripto, qui in terminis absolutis exaratus est, et ab utraque parte subscriptas; nihil ergo impediebat quin effectum suum statim parere posset; eius enim inscriptio in regestis publicis, vel traditio exemplaris (a parocho subscripti) in manus sodalitatis, non erant conditiones requisitae ad eius valorem. Quoad autem hoc exemplar (a parocho subscriptum) sodalitas statim non requisierit, hoc mirum videri non debet, tum quia hic contractus non erat nisi renovatio contractus anni 1871, notissimi, et per 37 annos observati, tum quia parochus, utpote et ipse ad confraternitatem S. Marci pertinens, quatenus « correctoris » munere fungens, plura eius documenta de facto custodiebat. Incumbit igitur parocho onus probandi contractus rite initi invaliditatem ob conditionem viva voce appositam. Ad hoc probandum nihil proponit nisi nudam ipsius assertionem, quae, utpote assertio partis in proprium favorem, nullum valorem habet. Interrogatus in discussione orali Rev. Ricciardi, de ratione huius reservationis seu conditionis a parocho appositae, respondit: « Voleva il « parroco deliberare se fosse (il contratto) vantaggioso per la parrocchia ». Verum haec assertio est maxime inverosimilis. Agebatur enim, ut dictum est, de contractu qui renovabat contractum anni 1871, notissimum et per 37 annos observatum, cuius proinde commoda et incommoda optime noverat; insuper hic ipse contractus diei 26 aprilis anni 1908 parocho non erat ignotus; ante enim duos annos, scilicet die 26 iunii anni 1906, « minuta » huius contractus praeparata fuerat (quae est in actis); a qua minuta contractus diei 26 aprilis anni 1908 adamussim (etiam cum « data » erronea) transcriptas est. Hanc ergo minutam parochus perlegere et scrutari potuit, ita ut die 26 aprilis anni 1908 ampliori deliberatione non eguerit.

Sic igitur solutis difficultatibus quae singulas annorum 1871, 1882, 1889 et 1908 conventiones respiciunt, remanent solvendae tres difficultates, quae ad omnes simul has conventiones referuntur.

1. Dicit procurator Rev. Ciuffi (in ultima Responsione seu Replicatione) parochos S. Felicis ab Ema, usque ab initio aedificationis novi sepulcri, scilicet ab anno 1871, intendisse et voluisse aedificare, non tantum unam vel alteram sectionem sepulcri, sed totum sepulcrum, uti patet ex ipso tenore contractas diei 21 augusti 1871, et ex ipsa indole operis, quod quatuor sectionibus constat, ideoque, cum portio fundi parochialis, pro toto sepulcro alienanda, terrulis non possit annumerari, non satis fuisse consensum Ordinarii, singulis vicibus impetratum, sed requisitum fuisse

beneplacitum apostolicum; alioquin contra legem fraus commissa fuisset; haec sunt verba procuratoris: « È chiaro che volersi contentare « dell'approvazione dell'Ordinario alla vendita di quella porzione di « terreno che volta per volta si riteneva necessaria, mentre si sapeva « e si doveva sapere che per l'opera intera quale era stata ideata e « concretata, detta approvazione non era sufficiente, significa voler com- « mettere una frode contro le disposizioni canoniche in materia ». Verum de hac fraude contra praeceptum bullae *Ambiiiosae* commissa nullo modo constat. Parochus quidem hanc fraudem commisisset, si fundum parochialem per partes successivas ea intentione alienasset, ut necessitatem petendi beneplacitum apostolicum effugeret. Sed non ea fuit intentio parochi S. Felicis ab Ema. Alienavit quidem fundum parochialem per partes, sed quia revera non volebat, neque poterat totum sepulcrum simul aedificare; ad hoc enim nummi defuissent; non poterat enim alteram sectionem aedificare, nisi cum pecunia ex anteriori sectione proventura; unde legimus in contractu anni 1871: «Il sig. Proposto « Binazzi, riconoscendo la convenienza di costruire sollecitamente la « prima sezione di tale sepolcreto all'oggetto di poter poi *con gl'incassi «provenienti dalle tasse di tumulazione sulla sezione stessa* (se-pure « saldate le spese occorse per detta prima sezione non gli piacerà di « disporre in altro modo degli avanzi), condurre a termine una tale «opera». Ex quibus etiam verbis: «se pure saldate le spese», etc., patet propositum parochi aedificandi totum sepulcrum non fuisse adeo firmum, sed tantum fuisse hypotheticum, scilicet nisi aliter suaderent adiuncta. Et hoc verum est de omnibus sectionibus; unde etiam Rev. parochus Ciuffi, antequam novam sectionem aedificandam aggrederetur, expectabat donec sectio anterior quasi tota occupata fuisset, ne scilicet rem inutilem faceret, et etiam ut pecunia praesto esset ad continuandam fabricam. Itaque non nisi temerarie dici potest parochum S. Felicis sic fundum parochialem per partes alienasse, ut necessitatem beneplaciti apostolici effugeret. Ceterum haec difficultas non respicit contractum a. 1871, pro quo ineundo, ut dictum est, nullum requirebatur beneplacitum.

2. Dicit procurator parochi, pro conventionibus, de quibus agitur, requisitum fuisse beneplacitum, non tantum S. Sedis, sed etiam supremae auctoritatis civilis; quod demonstrare satagit ex concordato inter S. Sedem et Etruriam, diei 25 aprilis anni 1851. In articulo enim 14 huius concordati, sic statutum est: «Tanto in questo caso (vacanza dei bene- « fizi), quanto nell'altro (possesso dell'investito), contemplato nel prece- « dente articolo, non potrà devenirsi all'alienazione, locazione per lungo «tempo di detti beni ed alla loro sottoposizione ad oneri reali, senza

«il precedente consenso nei rispettivi casi tanto della S. Sede, quanto « del Governo ». Fatetur quidem procurator dictum concordatum a Potestate civili rescissum fuisse decreto diei 27 ianuarii 1860; sed nihilominus contendit illud adhuc esse obligatorium : « Ma questa abolizione che non « poteva decretarsi senza il consenso di ambedue le autorità (la civile e la « ecclesiastica) fu una sopraffazione del potere civile contro il potere « ecclesiastico, non fu approvata dalla S. Sede, e non può essere invo« cata avanti ai tribunali ecclesiastici... Il concordato rimaneva dunque « canonicamente valido ed obbligatorio anche sotto l'impero della legi* stazione italiana nelle provincie toscane». Cum ergo,relative ad dictas conventiones, nulla unquam intercesserit venia supremae potestatis civilis, sunt nulla nulliusque momenti. - Verum haec difficultas nihil est. In concordato enim praedicto anni 1851 cum Etruria, sicut in plerisque concordatis cum aliis nationibus initis, distingui debent concessiones ipsi Principi seu ipsi Potestati civili a S. Pontifice factae, et concessiones ipsi ecclesiae huius regionis, seu ipsis episcopis, clero et fidelibus factae. Quando ergo princeps, seu potestas civilis abrogat concordatum, concessiones ipsi ecclesiae factae per se non cessant, quia hae concessiones non sunt factae principi, et idem princeps his non potest renunciare; sed concessiones ipsi principi seu potestati civili factae, cessant, quia de facto princeps iis renunciat. Sic in concordato anni 1818 cum Rege utriusque Siciliae, principi concessa fuerat, art. 27, facultas nominandi idoneos clericos ad sedes episcopales vacantes; cum autem anno 1861, potestas civilis italica concordatum illud abrogaverit, eo ipso cessavit in principe potestas illa ad sedes episcopales nominandi; quod omnes agnoscunt, ait Emus Gennari, *Consultazioni canoniche,* consult. 1, n. 8, (edit. 1904). Ita etiam in concordato anni 1801 cum Gallia, idem ius nominandi ad sedes episcopales primo consuli reipublicae eiusque successoribus concessa fuerat; cum autem potestas civilis, in infausta lege sic dicta *Loi de séparation,* anni 1905 (art. 44, n. 1), concordatum illud abrogaverit, eo ipso cessavit illud ius nominandi ad episcopatum, uti dicunt omnes et uti fert quotidianus usus. Idem ergo dicendum de concordato anni 1851 cum Etruria; ius quidem permittendi alienationem bonorum ecclesiasticorum principi concessum fuerat (art. 14); sed cum potestas civilis hoc concordatum, anno 1860, abrogaverit, eo ipso renunciavit iuribus seu privilegiis in hoc concordato sibi ipsi concessis, ideoque dicto iuri alienationes bonorum ecclesiasticorum permittendi, quod proinde cessavit. •

B. Dicit procurator Rev. parochi Ciuffi omnes praedictas conventiones inter parochos S. Felicis ab Ema et confraternitatem S. Marci

irritas esse, quia haec confraternitas non est persona iuridica ad contrahendum apta; suppressa enim fuit anno 1782, ab utraque potestate civili et canonica, nec unquam fuit canonice restituta. - Verum, haec pariter difficultas nullo negotio solvitur. Suppressa quidem fuit dicta confraternitas anno 1782, sed (quin dicamus de restitutione civili) canonice restituta fuit decreto archiepiscopali diei 19 aprilis anni 1793. Vi huius decreti, quod est in actis, archiepiscopus expresse et formaliter approbat quaedam capitula nova, primitivis capitulis sodalitatis S. Marci adiuncta; ergo, saltem implicite, ipsam sodalitatem approbat, aut, quod ad idem redit, canonice recognoscit; approbatio enim statutorum concipi nequit sine canonica recognitione sodalitatis. Unde hoc decretum diei 19 aprilis 1793, tamquam decretum quo canonice restituta fuit sodalitas, memorat hodiernus Emus archiepiscopus in decreto, diei 8 iunii 1912, quo praesentem controversiam diremit. Hoc etiam decretum anni 1793, tamquam canonice restituens sodalitatem, recognoscit Rev. parochus Ciuffi, in sua declaratione diei 24 novembris 1913. Dicit quidem procurator Rev. parochi confraternitatem restitutam fuisse, non uti confraternitatem, sed ut « piam unionem » fidelium, et tantum ad duos fines determinatos, scilicet ad associandum SSmum Viaticum, et ad deducenda defunctorum corpora ad sepulturam, et cum omni dependentia a parocho. Sed, praeterquamquod haec assertio non est demonstrata, capacitas iuridica ad contrahendum, in aliqua persona morali, non pendet a nomine quo vocatur, nec ad finem ad quem approbatur, nec a maiori vel minori dependentia a parocho, sed ab approbatione episcopali. De facto hanc approbationem de novo recepit, anno 1793, confraternitas S. Marci, et ab hoc tempore, omnia iura hinc promanantia, exercuit et exercet, praesertim contrahendi, etiam cum parochis S. Felicis ab Ema, non excepto Rev. hodierno parocho.

Quae cum ita sint, patet iudices prioris instantiae ad primum dubium iuste et apte respondisse: «*Affirmative,* seu sodalitatem S. Marci et « SSmae Annuntiatae participare debere de emolumentis veteris et novi « coemeterii in casu, titulo conventionum inter ipsam et parochum S. Fe- « licis ab Ema initarum, atque pari mensura tam in oneribus, expensis « operarum et manutentionis ordinariae ac extraordinariae communiter « ferendis, quam in proventibus inter sese dividendis ». Hinc etiam sequebatur responsio ad secundum dubium scilicet: « Sodalitati a parocho « restituenda esse emolumenta in praeteritum percepta, necnon refi- « cienda esse damna in casu ». Tandem, cum emolumentorum administratio in conventione diei 26 aprilis anni 1908, recte sit ordinata, et haec conventio, iuxta supradicta, valida sit, recte etiam primi iudices ad ter-

tium dubium responderunt: « Emolumentorum administrationem geren-« dara esse iuxta normas statutas in conventione diei 26 aprilis 1908 ».

His ergo omnibus consideratis et bene perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus: *Confirmandam esse sententiam Rotalem diei 26 februarii anni 1915,* ad propositum dubium respondentes: *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.*

Quod attinet ad expensas, confirmamus etiam dictam sententiam Rotalem, ita ut Rev. parochus Angelus Ciuffi solvere debeat omnes expensas iudiciales utriusque instantiae, et insuper, pro hac secunda instantia, expensas et honoraria advocati alterius partis.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad norman SS. Canonum et praesertim cap. B, sess. XXV, *De reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 9 iunii 1916.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Raphael Chimenti.

L. © S .

Ex Cancellaria, 30 iunii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 27 febbraio 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione particolare dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali ed i Rmi Prelati Officiali componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie:

I. Intorno alla validità ed ai rilievo del Processo Apostolico construito in Roma sopra la fama di santità della vita, delle virtù e dei miracoli in genere della Ven. Serva di Dio Paola Erassinetti, fondatrice della Congregazione delle Suore di Santa Dorotea.

II. Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Ven. Serva di Dio Maria Bernardetta Soubirous, delle Suore della Carità ed Istituzione cristiana di Nevers.

III. E parimenti intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Giuseppe Maria da Palermo, Novizio Cappuccino.

Martedì 13 marzo 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione generale dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi che la compongono, hanno discusso dapprima sul dubbio detto del *Tuto* per la solenne Beatificazione della Ven. Anna di Ö. Bartolomeo, monaca professa delle Carmelitane Scalze di Anversa : indi sul dubbio intorno all'eroismo delle virtù esercitate da Ven. Giuseppe Maria Pignatelli, sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

8. PENITENZIERIA APOSTOLICA

NOMINE

Con Biglietto dell' Emo sig. Cardinale Penitenziere Maggiore, il Santo Padre si è degnato di nominare:

24 febbraio 1917. Mons. Giuseppe Palica, *Canonista della Penitenzieria Apostolica.*

» » » Ii Rev. Francesco Borgongini Duca, *Segretario della Penitenzieria Apostolica.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

13 marzo 19 Í7. L'Emo sig. cardinale Donato Sbarretti, *Protettore della Venerabile Ar-ciconfraternità della Natività di Nostro Signore Gresil Cristo, detta degli Agonizzanti.*

21 » » L'Emo sig. cardinale Tommaso Boggiani, *Protettore delle Terziarie Domenicane dell'Annunziata di Spagna.*

» » » Mons. Bernardo Colombo, Reggente della S. Penitenzieria, e il Revino P. Leonardo Lebii, vicario generale dei Frati Predicatori, *Consultori della Suprema S. Congregazione del Santo uffizio.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

15 febbraio 1917. Mons. Giuseppe Emanuele Cayzedo, arcivescovo di Medellin.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

23 febbraio 1917. Mons. Luigi Angelillo, delFarchidiocesi di Napoli.
2 marzo » Mons. Giuseppe Canal y Lagares, della diocesi di Cadice.

Prelati Domestici di S. S.:

7 marzo 1917. Mons. Emilio Román Torio, della diocesi di Pamplona.
9 » » Mons. Carmelo Patané, della diocesi di Acireale.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine Piano con Placca:

1 marzo 1917. Al sig. capitano conte Zaccaria du Réau, comandante del reggimento degli Zuavi Pontifici.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

24 febbraio 1917. Al sig. barone Giovanni von Reitzenstein, ciambellano della corte di Baviera.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 febbraio 1917. Al sig. Carlo Leggieri, economo della commissione delle cucine ecomomiche del Circolo di S. Pietro.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27 febbraio 1917. Al sig. Vincenzo Gimeno y Rodríguez Jaén, figlio del Ministro degli Affari Esteri della Spagna.

1 marzo » *&l* sig. conte Federico de Galen, della diocesi di Münster.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

16 febbraio 1917. Al sig. prof. Carlo Pellagatti Ricci, della diocesi di Adria.

NECROLOGIO

1 febbraio 1917. Mons. Giuseppe Raimondo Lbarra y Gonzalez, arcivescovo di Puebla de los Angeles (Messico).

2 » » Mons. Augusto Coqset, della Congregazione della Missione, vescovo tit. di Cardica, vicario apostolico del Ce-Li meridio-occidentale.

1 marzo » Mons. Raimondo Angelo Sara, vescovo di La Serena nel Chili.

11 » » Mons. Bartolomeo Mirra, arcivescovo-vescovo di Poggio Mirteto.

12 » » Mons. Giuseppe Ceppetelli, Patriarca di Costantinopoli, Vicegerente di Roma.

Annus IX - Vol. IX **Die 1 Maii 1917** Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

MOTU PROPRIO

DE CLERICORUM COLLEGIO PATRIARCHALI BASILICAE LIBERIANAE ADDICENDO

BENEDICTUS PP.. XV

Nobilissimam sacrarum aedium toto orbe catholico Virgini Deiparae dicatarum, Patriarchalem Basilicam Sanctae Mariae Maioris, a Liberio conditam, a Sixto III magnificentius restitutam praeclarisque ornatam musivis in memoriam definiti paullo ante in Concilio Ephesino dogmatis de divina Mariae Maternitate, omnes qui deinceps consecuti sunt, Pontifices Maximi singulari quodam studio curaverunt. Excellit in hoc genere munificentia Sixti V et Pauli V, qui egregia et amplissima duo sacella templo inaedificarunt, alterum-"Cunis Domini asservandis, alterum: sacerrimo simulacro Magnae Dei Matris custodienda; ac digna praeterea sunt quae commemorentur Callisti III, Benedicti XIV et Pii IX magnifica opera, quibus aedis Liberianae valde est amplificatus decor. — Quod vero attinet ad perfunctionem divini cultus, ea ut esset huius templi dignitati par, tum caerimoniarum splendore, tum copia ministrorum, commode quoque est a Decessoribus Nostris provisum.

Sed tamen hac in re est aliquid quo eorum providentiam cumulare ac perficere posse videmur; idque perlibenter Nos, qui, qua sumus erga Mariam Dominam Nostram pietate, hanc

eius Basilicam habemus carissimam, nunc praestare decrevimus.

Etenim considerantes, quemadmodum Decessores in Patriarchalibus Urbis Basilicis divinorum officiorum rationem ordinassent, animadvertimus desiderari in Liberiana quod pro Lateranensi et Vaticana optime constitutum esset, id est ut, praeter Canonicorum collegium, duplicem Beneficiariorum ordinem et varia *cappellanorum* ac ministrorum genera, suum cuique Basilicae esset sacrum Seminarium, cuius alumni statis diebus choro cum ceteris interessent. Ergo oculos adiecimus ad Almum Collegium Capranicense, quod quidem commendatur Nobis non solum sua praecipua vetustate, sed etiam privata Nobiscum necessitudine: numquam enim Nobis memoria excidet illius temporis cum ibidem sancta disciplina optimisque studiis ad sacerdotium Ipsi educati sumus. Accedit ut de illo agatur Collegio quod Callisto III Summo Pontifice est conditum, quem Liberiani templi maiestati non paullum contulisse diximus.

Itaque, instante Venerabili Fratre Nostro Cardinali Vincentio Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Cardinalium Collegii Decano eodemque Basilicae Liberianae Archipresbytero, cum dilectis Filiis Canonicis et Clero eiusdem Basilicae, Nos, de sententia dilecti Filii Nostri Aristidis titulo Pancratio S. R. E, Presbyteri Cardinalis Rinaldini, Collegii Capranicensis Protectoris, itemque dilecti Filii Nostri Caietani Bisìeti, Protodiaconi Cardinalis Sanctae Agathae vico Suburra, Praefecti Sacrae Congregationis Seminariis et studiorum Universitatibus praepositae, Motu Proprio et ex Apostolicae potestatis plenitudine haec statuimus et sancimus :

I. Almum Collegium Capranicense iam nunc addictum erit Sacrosanctae Patriarchali Basilicae Liberianae ita quidem ut eius alumni Choro statis diebus intersint et, si qui defuerint ex iis quorum est, secundum Capituli statuta, sacris deservire, ipsi eorum vice deserviant.

II. Tertia Collegii Capranicensis pars per vices sollemni sacro aderit in Basilica Liberiana singulis Dominicis - nisi cum

festum S. Agnetis, Collegii patronae caelestis, incidet - et festis diebus, quotquot *de .-praecepto* servantur, excepto feriarum aestivarum et autumnalium tempore.

III. Plures eo numero aderunt ad Missam et ad Vesperas, diebus a schola vacuis, cum Cardinalis Archipresbyter sollemni ritu sacris operabatur; in Dedicatione Basilicae, et in Assumptione B. Mariae Virginis, etsi haec festa in maioribus scholarum vacationibus occurrunt ; item ad pompas, ad officia et sacra Maioris Hebdomadae, ceterisque festis sollemnioribus, de quibus Cardinali Archipresbytero cum Cardinali Collegii patrono convenerit.

IV. Alumnis Capranicensibus conclave idoneum apud Basilicae Sacristiam attribuatur, ornatus choralis sumendi et deponendi causa.

V. Sacellum Collegii Capranicensis maximum eodem sit iure quo aedes Basilicae *filiales* quae dicuntur. Missas autem quae in Basilica celebrandae sunt, liceat in omnibus Collegii sacellis celebrari.

Iam vero, ne alumnorum Capranicensium ad deserviendum Basilicae Liberianae desit copia, Cardinali Protectori Collegii eius *pro tempore* facultatem concedimus, ut cum ex Urbe Roma tum ex omni Italia adolescentes clericos spei bonae in Collegium possit admittere, eorumdemque alumnorum numerum augere usque ad quadraginta.

Denique eo consilio ut sit qui his alumnis, cum in Basilica, divini officii causa, versantur, paternam vigilantiam praestet, sicque Collegium Capranicense etiam ex hac parte suam domestici convictus rationem retineat, volumus Collegii Moderatorem *pro tempore* Canonicis Liberiaiiis adnumerari, eumque in eodem esse ordine graduque ac ceteros et paria cum iis habere iura, non tamen frequentandi Chori teneri lege, nisi eis diebus et horis quibus eius alumni teneantur. Simul autem nolumus ex hac eius cooptatione quicquam detrimenti ceteris Canonicis obveniat. Itaque congruam pecuniae summam seponentes, novum in Patriarchali Basilica Liberiana canonicatum constitui-

mus, Moderatori *pro tempore* Almi Collegii Capranicensis conferendum eumque seorsum a .communi Capituli mensa apud Apostolicam Sedem administrandum. Huius igitur canonicatus nulli alii erunt fructus nisi qui ex pecuniae, quam ei destinavimus, reditibus constabunt: qui autem eum obtinebit, is nec sua praesentia in Choro distributionum quae inter praesentes fiunt, erit particeps, nec sua absentia faciet ut quicquam praesentibus accrescat: sed quantum, poenae nomine, ad modum ceterorum, tunc amittet, tantum in sacristiae Liberianae cedat utilitatem.

Quae vero hic a Nobis statuta et sancita sunt, in perpetuum valere iubemus, contrariis quibusvis, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petram, ipso die sollemni Paschae aimo MDCCCCXVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

i

PRIMARIA SS.MAE CRUCIS ASSOCIATIO IN SESSORIANA BASILICA ERECTA INDULGENTIIS DITATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Refert ad Nos dilectus filius Placidus . Magnanensi, Abbas ad Sanctae Crucis in Ierusalem de Urbe, Ordinis Cisterciensis, in Basilica Sessoriana canonice erectam exstare Associationem titulo SSmae Crucis, praecipuum ad finem, cultum erga Sanctam Crucem per sinceram et apertam Catholicae fidei professionem promovendi. Frugiferam hanc Associationem rec. me. Praedecessor Noster Leo PP. XIII per Litteras Apostolicas, die xxm martii anno MDCCCC datas, ad Primariae gradum evehere dignatus est cum expressa facultate alias eiusdem nominis atque instituti Associationes sibi aggregandi et cum illis ipsi Primariae Societati concessas indulgentias rite communicandi. Contigit ex auspicato ut non modo fere innumeri ex utroque sexu fide-

les huic Associationi Primariae nomen dederint suum, sed etiam ut quamplures Associationes a Ssma Cruce, et extra Urbem et extra Italiae fines erectae, aggregationem imploraverint. Verum cum Primaria enunciata Associatio nullis polleat indulgentiis quae sint cum aliis communicabiles, exinde factum est, ut privilegio huiusmodi cognomines alias Societates sibi aggregandi et cum illis indulgentias communicandi, tot ab annis sollemniter impertito, uti hucusque ipsa nequiverit. Ut huic mederi incommodo interposita Nostra Auctoritate velimus, humiles atque enixas Nobis supra memoratus Abbas preces adhibet; Nosque, quibus nihil magis cordi est quam ut christiani populi devotio erga nostrae Redemptionis Signum amplificetur augeaturque, has indulgentias Primariae Ssmae Crucis Associationi in Sessoriana Basilica erectae largimur, quas rite poterunt ceteris per universum terrarum orbem institutis sive instituendis, illisque Primariae tum aggregatis, tum in posterum aggregandis Societatibus ipsius nominis atque instituti communicari. Auditis nimirum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, de omnipotentis Dei misericordia ac Bb. Petri et Pauli apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis sodalibus ex utroque sexu, qui nomen suum dederint vel Primariae Associationi Ssmae Crucis in Sessoriana Basilica erectae, vel aliis ipsius nominis atque instituti illique aggregatis Societatibus, ubique terrarum exsistentibus, atque admissorum confessione expiati et Angelorum Pane refecti quotannis Inventionis atque Exaltationis Ssmae Crucis, nec non Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis atque Ascensionis D. N. Iesu Christi festis diebus propriam respectivae Societatis Ecclesiam visitent, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam; ac tam inscriptis quam in posterum inscribendis iisdem in Societatibus Ssmae Crucis sodalibus, qui in propria respectivae Societatis Ecclesia piaculari processioni, item vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, quotannis interesant feria sexta maioris hebdomadae, praeter indulgentias Stationis, item plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Tandem iisdem nunc et in posterum dictas in Societates rite adlectis sodalibus, qui, contrito saltem corde, singulis annis die festo Ssmi Iesu Nominis, videlicet secunda post Epiphaniam Dominica, pariterque Dominica Passionis et feriis sextis intra Quadragesimam, propriam Societatis respectivae Ecclesiam, uti superius diximus, preces fundentes visitent, de numero poenalium in forma Ecclesiae solita septem annos totidemque quadragenas expun-

gimus. Veniam praeterea, apostolica Nostra auctoritate, facimus, ex qua Associationibus Ssmae Crucis rite Primariae aggregatis ubique terrarum, communicari queant Stationum indulgentiae quibus Sessoriana Basilica gaudet, ita ut fideles ipsi in Associationes adlecti, qui singulis annis, dominicis secunda Adventus et quarta Quadragesimae, nec non feria quarta hebdomadae maioris propriam respectivae Societatis Ecclesiam visitent et reliqua, quae iniuncta sunt, pietatis opera praestent, Stationum indulgentias lucrari queant non minus quam si illa ipsa die Sessorianam Basilicam inviserent. Porro largimur sodalibus ipsis, si malint, liceat plenariis his ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxiv martii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

VENERABILI SERVO DEI IOSEPHO BENEDICTO COTTOLENOO BEATORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Si unquam alias, at hodie certe a fallacibus opinionibus in mores late traductis necesse est revocari hollines ad veram sapientiam, quae est a Deo profecta, et longe a superbia abest *(Ecclesiaste* XV). In praesenti enim homines, progressionibus inventorum, disciplinarum et artium plus aequo elati, eo facile insolentiae fastidiique procedunt, ut, quaecumque mentis suae captum et naturae vires excedunt, ea inter fabulas reiiciant ac relegent, Deum Ecclesiamque ab eo conditam respuant et alia societatis fundamenta iacere contendant quam quae Christus Dominus constituit. Qua in re, cum imperitae multitudini suadere nitantur, abiecta spe alterius vitae et

felicitatis aeternae, hic beate vivendum esse, effingunt caritatem quandam erga proximos a Dei amore seiunctam, qua cogitant posse se eorum inopiae et miseriis aptissime perfecteque mederi. Utinam intellegerent, quod ipsa ratio rerumque experientia aliquo modo confirmant, terrarum orbem Dei providentia conservari et gubernari, hominumque societatem ad supremum finem* qui supra naturam est, ab eo, apta rerum eventuumque ordinatione, dirigi ; amorem Dei ac proximi ea inter se necessitudine copulari, ut, altero sublato, alter simul concidat ; amore vero proximi, quem *philanthropiam* vocant, etsi miserorum necessitatibus aliquantum prospicitur, ea tamen neglegi principia animique adiumenta, quibus facilior et vel grata efficitur earum tolerantia aerumnarum, quae communi omnium condicioni sunt insitae. At Deus misericors, quoties maxime videntur christianae sapientiae oblitterari principia, tunc viros excitare solet suo spiritu plene imbutos et actuosa in fratres caritate praestantes, qui multitudines, singulari ipsorum virtutum, beneficiorum rerumque gestarum magnitudine perculsas, eo reducant unde infeliciter discesserunt. Ex hoc quidem divinae benignitatis consilio factum est ut, fere saeculo ante, insignis sanctissimusque vir floruerit, qui, incensa pauperes caritate et miseratione complexus, res, Deo iuvante, mirabiles iisdem tutandis patravit, quae, ad haec nostra usque tempora, veluti hereditate relictae, sic exstant, ut omnes, vel qui a fide alieni sunt, exclamare cogantur: *Digitus Dei est hic.* Quibus in eventibus nescias profecto utrum magis mirere, fidemne viri, qui, in infinito propemodum necessitatum cumulo, secure, more infantuli in matris sinu acquiescentis, Deo Beataque eius Genetrice innititur, an vicem a providentissime Deo redditam, qui, singulari prorsus ratione, eiusmodi necessitatibus succurrit. Hic vir, cuius memoria perpetuo in benedictione erit, die III mensis maii anno MDCCLXXXVI natus est in urbe Braida, e dioecesi tum Astensi nunc Taurinensi, a iosepho Antonio Cottolengo et Benedicta Claretti, coniugibus tam optime moratis quam pietate in Deum et liberalitate erga pauperes conspicuis; eique ad sacrum fontem imposita sunt nomina *Ioseph Benedictus.* Cum laete matris visus est pietatem suxisse, et infantulus, in matris complexu, suavissima Iesu Christi et Mariae nomina cum libenter didicit, tum crebro amanterque efferebat. Adulescentulas, a ludis eius aetatis alienus, aequales in atrium ad Mariale Rosarium secum recitandum convocare vesperi consueverat; eandem vero precationem sub noctem iterare domi, accitis parentibus, consanguineis, vicinis. Sed cum pietatis flosculis in animo, quem gratia Dei praevenisset, caritatis germina pari viguerunt ubertate. A prima enim aetatula acceptos nummos aut frusta esculenta paupe-

ribus donabat; cum autem coepit litterarum celebrare ludum, si qui inter viam mendici occurrissent, si qui condiscipuli pane **Garnissent,** cum iis et panem et obsonium, sibi ad ientandum a parentibus datum, sua sponte partiebatur. Nondum ex pueris egressus, olim, cum domi esset, tacitus atque in cogitatione defixus cubiculum quoddam baculo ultro citroque dimetiebatur. Tam nova in re deprehensus, quaerenti matri cur ita ageret, respondit, nosse se velle quot lectulos eiusmodi cubiculum in egenorum usum continere posset: propositum sibi esse, cum in aetatem venisset, nosocomium in ea domo instituere. Qua profecto re portendere satis perspicue visus est, quid esset aliquando, instinctu aftlatuque divino, facturus. Postquam Braidae alacrem litterarum studiis dedit operam, septemdecim iam annos natus, clericorum habitum rite induit ut ecclesiasticae vitae initiaretur, ad quam teneris fere ab unguiculis vocari se senserat; et sacram theologiam addiscere aggressus est, duce ac magistro sacerdote quodam, qui, in Taurinensi studiorum Universitate disciplinis sacris tradendis doctor, idcirco Braidam se receperat, quod res civiles et ecclesiasticas incursio Gallicarum copiarum in regionem Gisalpinam paene totas everterat. Composito autem aliquantum publico ordine, Astam se contulit inter Seminarii illius alumnos cooptandus; ubi, sacerdotio auctus, ea pietate lacrimarumque vi primum litavit, ut quotquot aderant angelum potius quam hominem videre sibi viderentur. Cum domi forisque aliquandiu ministerium sacrum sedulo studioseque exercuisset, curionis sui consilio Augustam Taurinorum petiit, ut, quae theologiae studia privatim ac minus plene pro rerum temporumque condicione coniecisset, ea in Archigymnasio compleret perficeretque; ubi sacerdotalium virtutum laudem cum doctrinae progressibus tam praeclare coniunxit, ut pietate, morum innocentia et impigritate ceteris admirationi esset, et, facto publice periculo, doctor in theologicis disciplinis fuerit ingenti cum plausu renuntiatus. Braidam reversus, ad procurationem animarum curionem perdiligenter adiuvit, et, contagione quadam grassante, quae plurimos ex omni sexu, aetate et ordine cives interemit, in vitae discrimen se ultro libenterque intulit ut nemini deesset. Interea tum Rector Congregationis presbyterorum Ecclesiae Corporis Christi, qui cognominem regunt paroeciam itemque canonici sunt Conlegiatae Ssmae Trinitatis in Aede Metropolitana Taurinensi, tum alius canonicus, quem theologiae magistrum Ioseph Benedictus audierat, hominem admirati, id, quod vehementer optabant, effecerunt, ut ipse in Conlegium cooptaretur. Etsi vero canonicus Ioseph Benedictus commisso sibi munere laudabiliter perfungebatur et iucundo hilarique erat ingenio, maestam tamen degebat

vitam; cum enim sacerdos, quo conscientiae moderatore utebatur, luculenter affirmasset, velle Deum ad certam quandam rem, quae plurimum in suam gloriam cessura esset, eius adhibere operam, anxio sollicitoque haérebat animo quidnam sibi foret agendum ut divinae obsequeretur voluntati. Nec tamen hominem, qui esset ad obediendum promptissimus, diutius ea dubitatione gravari sivit benignissimus Deus. Rector enim Congregationis, cum eum aegritudine conflictari animadvertisset, librum ei praebuit de vita S. Vincentii a Paulo, mandavitque ut naviter pervolutaret et, quibus magis delectatus esset locis, eos conlegis suis laxandi animi gratia coeuntibus enarraret. Quae ipsum lectio tanto incendit desiderio Vincentianae caritatis imitandae, ut perspicue intellexerit, quemadmodum Vincentius fuit Lutetiae Parisiorum, sic fieri se oportere Augustae Taurinorum magnum pauperum patrem aegrorumque omne genus consolatorem. Iamvero cum valde cuperet oblatam primo occasionem nancisci ut vitae viam sibi divinitus patefactam iniret, accidit, ut quaedam mulier, cum viro filiolisque suis Lugdunum contendens, Augustae Taurinorum, valetudinis causa, consisteret. Quae, cum reiecta esset tum a nosocomiis urbis, quod ventrem gerebat, tum ab aede praegnantibus excipiendis, quia morbo laborabat, in miserrimum cubiculum deducta tandem est, quod intra fines paroeciae Corporis Christi pauperibus patebat inter viam repentino morbo correptis. Pia mulier, ut quae animam ageret, sacerdotem aliquem acciri postulat; canonicus Ioseph Benedictus eo advolat, morientem sacramentis refectam sanctissimis consolatur verbis. At, gravi fungentem officio, maximo eum dolore afficiunt cum puerorum lacrimae, tum viri maeror, inhumanitatem Piorum Operum Taurinensium conquerentis. Statim ac Venerabilis Dei Servus ad Aedem Corporis Christi rediit, pulsato aere campano fideliusque ad altare B. M. Virginis Matris Gratiarum convocatis, Lauretanas Litanias cecinit, oculis continenter in imaginem sacram intentis. Vixdum in sacrarium se receperat, cum, inflammatus et ardens, laeto hilarique vultu exsiliens, memorabilem illam edidit vocem: *Gratia facta est, gratia impetrata est: benedicta, benedicta, benedicta Sancta Domina Nostra.* Cuiusmodi ea gratia esset, etsi Venerabilis Dei Servus perpetuo occuluit, ipse tamen rerum eventus declaravit. - Namque paulo post, prope eandem Corporis Christi Aedem, cubicula duo conduxit, ibique quattuor aegrotos, omni re auxilioque destituios, excepit; cum vero continentes alias cellas curasset sibi locandas, senes iuvenesque ex utroque sexu, vel infirmos vel inopes, ibidem collocavit, eosque omnes nonnullis commisit mulieribus *a caritate* nuncupatis, quae religiosam coeperunt vitam agere ad leges sibi a *Canonico bono* praestitutas, quo tum nomine Vene-

rabilis Dei servus appellabatur. Rebus prospere procedentibus, augebatur in dies et lectulorum et aegrotorum numerus* cum, grassante per Italiam indica lue, Taurinenses cives qui domos incolebant Hospitio viciniores, contagionis metu perculsi, rei publicae rectoribus usque adeo querelis precibusque institerunt, donec de claudendo Hospitio decretum est. Neque tamen ea calamitate Iosephi Benedicti animus ullo pacto concidit: immo potius id providentia Dei .contigisse putavit, quasi ipsemet inopinato casu admoneretur, Hospitium seu *Depositum,* quod vocabat, nimis eo loco domibus civium circumscriptum et veluti oppressum, in eam nunquam potuisse pervenire amplitudinem quam necessitas postulasset. Quare, iocose, ut solebat: *Semper audivi,* inquit, *brassicas Braidenses non apte evolvi nisi solum mutent: sic Dei providentia Depositum transferetur, et magna exsistet brassica.* Cum vero contagio desiisset, postquam in Sanctuario B. M. Virginis a Consolatione supplex Deiparam oravit ut eius instinctu ac ductu in loco deligendo regeretur ubi Hospitium consisteret, in deserta regione extra urbis moenia, ab eo Sanctuario haud procul, domos aliquot vel conductas vel emptas vel a solo excitatas ad id, quod propositum habebat, aptavit: unde Venerabilis Servi Dei instituta veluti alterum cepere initium. Opus autem ita in dies crescebat ut novas domos antiquioribus adiungi oporteret, quas omnes, claustro circumseptas, in unum paene oppidum coaluisse dicendum est Cernere enim ibi licet vias, subterráneas quoque, plateas, hortos, sacella, commune omnibus templum magnitudine et ornatu praestantissimum, passim vero domos singulas: quae omnia qui circumeat, videbitur sibi illam vitae consortionem intueri, qua prisci Christifideles coniungebantur. Quas autem Venerabilis Dei Famulus, habita ratione sexus, aetatis, valetudinis, varii vitae instituti, singulares discripsit *familias,* iis omnibus fuit sua cuique domus et platea, nomine Dei vel Beatae Virginis vel Sanctorum Sanctarumve nuncupata. Familiis iuvenum, senum, paralyticorum ex utroque sexu ab initio inductis, accessere adulti, muti, comitiali morbo laborantes, monstra, corporis vel animi vitio obnoxii. Itidem Ioseph Benedictus cum mulierum tum virorum familias religiosas condidit, quae saluti et suae et eorum, quibus adfuturae erant, studiose prospicerent. Fuerunt, vero, quae sequuntur: *Sorores a S. Vincentio a Paulo,* vitae activae, quarum munus esset aegrotis inservire tum in aulis ad hoc aedificans, tum in ipsorum domibus si quando eos hospitio recipi minime, uno loci defectu, licuisset; praeterea, alias quasdam familias regere ;- *Sorores a Carmelo,* vitae contemplativae et paenitentis, quarum nonnullae Taidinis praeessent; - *Sorores a S. Taide,* quae, licet familiam non religiosam constituerent, tamen, ducibus Sororibus a Carmelo, reli-

giosam et paenitentem vitam earumdem Carmelitarum imitari cupientes, superiorum iudicio fieri voti compotes mererentur; - *Sorores a Suffragio,* vitae contemplativae simul et activae; - *Filiae a Pietate* seu *Mariae Perdolentis,* quae in flore aetatis eandem ac Carmelitae vitam ducerent, veluti suscepto per aliquot annos tirocinio ut in earum numerum postea ascriberentur; - *Sorores a Bono Pastore,* vitae contemplativae simul et activae.-Praeterea aliae ex maribus familiae : *Fratres a S. Vincentio a Paulo,* qui medicis et chirurgis adiutores adessent in aegrotorum aulis atque etiam nonnullas puerorum et senum familias regerent; - *Monachi* seu *Solitarii Cassini vel Bessae,* haec e commorationis loco nomina mutuati, qui vitam degerent contemplativam et paenitentem; - *Iuvenes a S. Thoma,* qui litteris sacrisque disciplinis vacarent ad sacros ordines, Deo vocante, suscipiendos; - *Presbyteri a Ssma Trinitate,* qui domorum omnium pauperibus operam navarent suam ibique sacra ministeria exercerent sub Supremi Moderatoris seu Superioris Generalis auctoritate, nullo tamen voto adstricti. - Omnes simul familias et domos Venerabilis Servus Dei voluit ab eo Superiore Generali, quem memoravimus, pendere et leges servare quas ipsemet singulis praescripsit, tam unicuique earum aptas, ut ioseph Benedictus eas videatur unus condidisse pro omnibus christianae perfectionis statibus seu religiosis Congregationibus utriusque sexus in Ecclesia vigentibus. Quod quisnam miretur, quando ipse Ioseph Benedictus candide professus est se non mentis suae acie, non humani ingenii viribus eas invenisse, sed a Deipara Virgine tam regulas quam mandatum de familiis ipsis instituendis, prouti ferebat necessitas, accepisse? Iisdem familiis omnibus, sive religiosae essent, sive propria congregationis religiosae nota carerent, praecepit ut cotidie, post matutinas preces, sacro interessent et eucharistico se pane reficerent; dicerent totiens orationem dominicam et angelicam salutationem, quotiens debent sodales Tertii Franciscalis Ordinis, in quem et ipse adscitus erat et adscriptos voluit omnes; Mariale Rosarium et serótinas preces ante quietem recitarent. Sed praeterea familiis ad orandum interdiu noctuque coram Sacramento Augusto suas cuique horas ita condixit, ut *Laus Perennis* sacra in Aede Deo consonet et beneficiorum divinorum copiam toti Hospitio conciliet. Huic veluti civitati a Venerabili Dei Servo nomen impositum est *Parva Domus a Divina Providentia sub auspiciis S. Vincentii a Paulo,* in eamque aditus per unum patet ostium, cui superstat, tamquam insigne, tabula lignea cum inscriptis verbis : *Charitas Christi urget nos.* Sic autem Ioseph Benedictus eam et concepit animo et ordinavit, ut, in tanta institutorum varietate, ea vere videretur a Deo condita domus excipiendis tum iis qui,

egeni vel aegroti, ope quoquo pacto indigerent, tum iis qui alia vel alia via ad religiosam perfectionem contenderent. Quotquot enim ad Parvam Domum confugiunt, corporis animique adiumenta in ea inveniunt familia quae cuivis eorum magis congruere videatur; at si cui familia ante delecta, religiosa quoque, minus progressu temporis conveniat aut probetur, licebit eidem, intra ipsa Parvae Domus septa, ad aliam transire, ubi quiete aetatem agat et saluti provideat suae. Quattuordecim dumtaxat annis haec tot tantaque condidit Vir Dei instituta Parvaeque Domus temperationi prospexit; eodem ceterum imbuti spiritu, eius in officio successores multa ita auxerunt et perfecerunt, ut affirmari queat, quemadmodum initio, sic ad hunc diem nunquam prodigia in Parva Domo defecisse, utpote in qua octo fere millia hominum, nullis reditibus, stipe sponte oblata, alantur atque ad aeternam salutem adiuventur. Id profecto causae est, quamobrem Augusta Taurinorum, iam appellata civitas Ssmi Sacramenti et Dominae Nostrae, vocetur quoque honestissimo hoc nomine *Miraculum caritatis.* Iamvero, licet Parva ipsa Domus Iosephi Benedicti indolem, animum vehementissimamque caritatem, quasi picta eius imago, exprimat referatque, nonnulla alia summatim breviterque, ad adumbran da eius animi lineamenta, subiicimus. Constat sane, Venerabilem Dei Servum totum se, canonicatu reque familiari abdicatis, divinae gloriae miserrimisque devovisse hominibus, quos Parvae Domus *dominos* appellare consueverat. Inter pauperes pauperrimus, rudis rudibus, senex senibus, puer pueris factus, diu interdum iis recreandis intentus, quasi nihil haberet agendum, id potissimum curabat ut ii quavis se culpa abstinerent, iucunde viverent, nullaque re necessaria carerent. Quo in genere iam supra diximus, extraordinariis modis, tum vivo Servo Dei, tum post eius obitum, divina Providentia esse necessitatibus Parvae Domus abunde consultum adeo, ut innumerabilium prodigiorum sedes merito ea haberi possit. Certe Ioseph Benedictus Dei benignitati sic confidit, ut asseveratum sit, non modo talem eum fidem habuisse, qualis in cunctis simul Taurinensibus inveniri non potuisset, sed etiam praeclarius fidei specimen atque exemplum in historia Ecclesiae, quamquam praeclara affluunt, numquam fortasse affulsisse. Quam tametsi fidem Deus perpetuo, ut ita dicamus, miraculo remuneratus est, tamen Ioseph Benedictus maxima animi demissione praesertim in prosperis rebus, fortitudine in adversis enituit; se enim nunquam habuit nisi divinae Providentiae instrumentum, et tum iocose ea de se dictitabat quae eius aestimationem déprimèrent, tum illatas iniurias hilari ferebat animo; et si quando Deus, auxilia retardando, eius fidem et patientiam probare voluit, vel eum et Parvae Domus familias diabolus

exagitabat, constantem animum meritis locupletavit et adversarii astus delusit impetusque depulit. Itaque Vir Dei diu multumque orationi vacare, saepe extra sensus, vel in aera, raptus; corpus fatigare vigiliis, excruciare ciliciis et omne genus castigationibus; pauperes quoslibet, quantumvis ulceribus putidos, pediculis sordidos, adspectuque foedos atque abnormes, adeo venerari, ut eos detecto capite excipere! deliciasque suas appellaret; aegrotos in oculis sic ferre ut investigaret ipsemet, num vigiles essent excubiae, et quavis hora ad eorum lectulos properaret ut solacium impertietur affectis vel piis hortationibus animas Deo gratiores efficeret; noctem saepe pervigilare totam, diem summis laboribus tereré ut Parvae Domus incrementa proveheret; Beatam Virginem ea colere veneratione, tam ardenti prosequi studio, ut dignus habitus sit cui haud semel eadem Virgo, magnae matronae specie, conspiciendam se dederit. Denique, iamdiu cupiens dissolvi et esse cum Christo, non in Parva Domo, sed, ut ipse maluerat, Cherii apud germanum fratrem suum canonicum, vita functus est sanctissima, die xxx mensis aprilis an. MDCCCXLII, aetatis suae sexto et quinquagesimo. Scilicet qui ita uni Deo adhaerebat ut animum gereret ab omni humanarum rerum amore solutum, cogitavit perpenditque se non satis inopem et solum in Parva Domo moriturum fuisse ubi tantopere diligebatur; visus est praeterea non verbis, sed re ipsa profiteri voluisse, Parvam Domum unice Dei opus habendam esse. Sollemnia Venerabili Dei Servo funebria a canonicis Ecclesiae Conlegiatae Cheriensis acta sunt, quibus, explorata viri sanctitate permoti, frequentissimi adfuere ex omni ordine cives. Tertio ab obitu die, eius sacrum corpus ad Parvam Domum delatum, complorantibus omnibus, in sacello depositum est B. M. Virgini a Rosario dicato, ubi fore se sepeliendum ipse Ioseph Benedictus praedixerat. - Quo ex tempore, cum eius sanctitatis fama latius in dies, inter exteras quoque gentes, percrebresceret, illius Beatificationis et Canonizationis causa apud S. Rituum Congregationem est instituta, absolutisque iis omnibus quae in huiusmodi iudicio erant necessario pertractanda, disceptari coeptum est de virtutibus Venerabilis Servi Dei, donec, singulis probationibus rite perpensis, fel. rec. decessor Noster Leo XIII, die x mensis februarii an. MDCCCCI, sollemniter decrevit eas gradum heroicum attigisse. Agitata deinde quaestione de duobus miraculis quae, Venerabili Iosepho Benedicto Cottolengo deprecatore, a Deo patrata ferebantur, rebusque omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmet ipsi, die XIII mensis augusti an. MDCCCCXVI, decretum permagna cum voluptate animi edidimus de eorundem miraculorum veritate, atque ulterius procedi posse declaravimus. Cum nihil iam superesset nisi ut Patres

Cardinales S. Rituum Congregationi praepositi, ceterique de more consulendi, rogarentur num tuto procedi posse censerent ad Beatorum honores Venerabili Iosepho Benedicto Cottolengo decernendos, in generali conventu coram Nobis habito die xxvnr mensis novembris e. a., tum iidem S. R. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores, unanimi consensu id fieri tuto posse responderunt. Nos tamen in re tanti momenti Nostram aperire sententiam cunctati sumus, ut a Patre luminum auxilium impense posceremus. Quod quidem cum fecissemus, dominica secunda Adventus, idest die x mensis decembris e. a., adstantibus Venerabili Fratre Nostro Antonio S. R. E. Card. Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, S. Rituum Congregationi Pro-Praefecto causaeque relatore, et Reverendis Dominis Alexandro Verde, eiusdem S. Congregationis a Secretis, Angelo Mariani Fidei Promotore, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad Venerabilis Servi Dei Iosephi Benedicti Cottolengo Beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti tum familiarum religiosarum, tum pauperum e Parva Domo Divinae Providentiae, auctoritate Nostra apostolica, concedimus ut idem Venerabilis Ioseph Benedictus Cottolengo Beati nomine in posterum nuncüpetur, eiusque corpus et lipsana seu reliquiae publicae venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae nisi semel tantum, quum Beatificationis sollemnia in Parva Domo peragentur, ut mox dicetur, et unice intra eiusdem septa, nisi ob populi concursum aliter Archiepiscopo Taurinensi videatur; itemque permittimus, ut imagines eiusdem Servi Dei radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus ut de eo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa propria pariter per Nos adprobata celebretur, servatis rubricis, dumtaxat tamen in civitate atque archidioecesi Taurinensi, in oratoriis Parvae Domus et in domibus, in quavis dioecesi conditis vel condendis, quae tum Parvam Domum ad pauperes excipiendos suppleant, tum religiosis utriusque sexus e familiis a Venerabili Servo Dei institutis sint commissae vel in posterum committendae, modo ibi Sacramentum Augustum custodiatur. Denique largimur ut sollemnia eiusdem Beatificationis, servatis servandis, Augustae Taurinorum in templo Parvae Domus, in Aede Corporis Christi et in Metropolitana Ecclesia, Cherii vero in oratorio, ubi Venerabilis Dei famulus pretiosam occubuit mortem, erecto, celebrentur, iis quos Ordinarius Taurinensis condixerit diebus, intra annum ab iisdem sollemnibus in Basilica Vaticana rite peractis. Non obstantibus Constitutionibus atque Ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut

harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii S. Rituum Congregationis subscripta sint et sigillo Cardinalis Praefecti obsignata, eadem prorsus fides in disceptationibus, iudicialibus quoque, habeatur, quae voluntatis Nostrae significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die VIII mensis aprilis, Paschae Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi festo, an. MCMXVII, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. EMMANUELEM LAGO Y GONZALEZ, EPISCOPUM OXOMENSEM, DE PETRIANA STIPE, NOMINE DIOECESEOS REVERENTER EXHIBITA, GRATIAS AGENS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Petrianam accepimus stipem a te nuper missam tuaque diligentia corrogatam; tibique tuoque clero ac populo non tam cupimus agere gratias, quam impertire laudes ac benevolentiam testari. Novimus enim stipem eamdem conflatam oblationibus fuisse cum fidelium singulorum, tum in primis clericorum, qui, ad unum omnes, hortatu tuo teque exemplo praeeunte, quam ex sacro munere die festo S. Iacobi Apostoli habuerunt in reditu pecuniae partem, eamdem Nobis suavissimo caritatis consilio, attributam voluerunt. Quare cum oblatum munus, tum singularem dileximus in offerendo pietatis obséquiique testificationem; et utrumque paterno gratoque complectimur animo et apostolica rependimus benedictione, quam caelestium conciliatricem gratiarum tibi, venerabilis frater, omnique tuae dioecesi ac praesertim viris e clero, peramanter in Domino largimur.,.

Datum Romae apud S. Petrum, die x martii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD Ii. P. MICHAELEM CERDA, PRAEPOSITUM GENERALEM CUM PROCURATORE ET CONSULTORIBUS CLERICORUM REGULARIUM THEATINORUM, POST DESIGNATAM A SE NOVAM SODALITATI REGENDAE CURIAM.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Fidei et obsequii erga Nos et hanc Apostolicam Sedem certissimo documento fuerunt Nobis vestrae nuper litterae, quibus magnam significabatis habere vos Nobis gratiam quod Ipsi designaveramus novam eidem sodalitati regendae curiam, maioremque vos habituros pollicebamini, si, ut quattuor hoc saeculorum spatio Decessores Nostri consueverunt, Nos, quibus datum est Theatinae Familiae quodammodo redintegrare vitam, munus patroni vestri Nobis retineremus. Nobis autem, vestras litteras legentibus, pergratum fuit agnoscere vividos etiam nunc in vobis Caietani Thienaei spiritus. Hic enim magnus animo et sanctitate vir divinitus Ecclesiae datus, venator animarum verus, in ea maiorum colluvie, qua tunc civilis premebatur societas, ad oppugnandas haereses late pervagantes, ad Dei gloriam promovendam, ad virtutem, quae passim intermortua erat, exsuscitan dam, phalangem Clericorum velut in aciem deduxit tum pietate insignem tum doctrinae copia validam, et eam Apostolicae Sedis auctoritati, unde imperia boni milites Christi acciperent, iussit esse omnino deditam et obsequentem. Meministis enim quale benevolentiae testimonium a Virgine beatissima habuerit abhinc quadringentis annis Caietanus in Exquiliis, ubi divino instinctu consilium iniit regularis istius Familiae instituendae. Quod vero attente cogitatum sibique propositum meditabatür animo, idcirco facile, Deo adiuvante, potuit in usum deducere, quia exordia rei gerendae auspicato ceperat ab Apostolica Sede, votis solemnibus coram Pontificis Maximi delegato apud Cineres Apostolorum Principis in Basilica Vaticana nuncupatis. Quid igitur non exspectandum boni erat Ecclesiae civilique societati ex hac tam propensa in Apostolicam Sedem voluntate et reverentia quattuor hisce saeculis perseveranter exhibita? Non attinet ista fusius scribendo persequi quae vestri eloquuntur^ annales. Hanc Nos magni Caietani propaginem nullo modo pati poteramus neque minui, neque debilitari, eo vel magis quod temporum illorum ratio ad hanc nostrorum rationem videtur accedere ob plurimorum contumaciam a

Fide aberrantium lateque diffusam morum corruptionem. Quare libentissime facimus ut, quod cupitis, in Nostram vos tutelam recipiamus. Vos vero legiferi Parentis opus alacriores persequimini, de vias praesertim mentes revocando ad Vicarium Iesu Christi qui solus verba vitae aeternae habet. Ita divinam opem, ipso Caietano deprecante, vobis uberrimam conciliabitis. Cuius auspicem ac benevolentiae Nostrae testem vobis singulis, dilecti filii, et clericis vestris universis apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvu martii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. D. GASPAREM MARIAM MICHAELEM LATTY, ARCHIEPISCOPUM AVENIONENSEM: DE NONNULLIS COMMENTARIOLIS, IN OBSEQUIUM OBLATIS, GRATIAS AGIT SIMULQUE GRATULATUR.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Non mediocri cum fructu uti te otio litterato oblata Nobis commentariola tua testantur. Inscripta ea vidimus : *Les sept paroles de la Croix. - Gethsemani et la voie douloureuse. - N.-D. de Consolation,* et ad legendum invitarunt cum argumenta ipsa, tum etiam firmata multorum consensu opinio virtutis tuae ; legentes vero et subiecta res, et doctrinae elegantia, et singularis quaedam eloquii suavitas ita nos affecerunt, vix ut quicquam legerimus, libentius. Prae ceteris, illud placuit, quod cum ea tractas, quibus nihil scitu utilius et ad solandum aptius, propositum ita persequens, ut rerum altissimarum contemplatio quaedam in legentium animis relinquat quasi semina verae pietatis, eosdemque a scientiae delectatione sancta ad sancte efficiendi referat utilitatem.

Tibi igitur, venerabilis frater, non tam cupimus gratias agere de oblatis voluminibus, quam gratulari ex animo et hortari, ut, quam in scribendo quaeris oblectationem animi requie m que curarum, ita quaeras, ut verbo sano atque irreprehensibili semper aliquid afferas, quod spectet ac valeat ad excitandos salutares spiritus et ad fovendam alendamque virtutem.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis frater, tuoque' clero ac populo peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xnr mensis aprilis MCMXVTI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

.. IV

AD R. P. D. MAURITIUM LANDRIEUX, EPISCOPUM DIVIONENSEMI EPISTOLAM EIUS PASTORALEM, QUAE DE PAROECIIS INSTAURANDIS TRACTAT, LAUDIBUS ORNAT.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — In epistola, quam nuper, pro pastorali officio, ad populum dedisti, vix poteras graviore in argumento versari, quam ea persequendo, quae ad paroecialem attinent vitam. Vetere enim lapsa consuetudine, qua paroecia ita disciplina florebat, ut quamdam referret familiae similitudinem,- eo usque, pluribus in locis, deventum est, ut pastor vix suas cognoscat oves, et oves pastoris vocem vix audiant umquam. Quam late id pertinuerit, pertineat ad Ecclesiae perniciem in aperto ponit quae inde secuta est dispersio ovium, virium catholicarum dissolutio et ea christianorum demutatio morum, quam et imminuta fides, et tot vitiorum illecebrae atque invitamenta peccandi auxerunt adeo, ut vix ullum supersit antiquae pulchritudinis vestigium. Redeundum est igitur unde discessum est, et paroecia ita instauranda, ut multitudo credentium cor unum sit et anima una: ut parocho suus in ea sit honos; sit nimirum in medio populi uti pater in corona filiorum, eiusque auctoritas ad omnia se porrigat providentem. Inde ea, in primis, consequentur bona, ut oves a pastore non solum alantur pabulo doctrinae ac sacramentorum, sed regantur praeceptis, iuventur consiliis et consuetudine sancta ad salutaria excitentur, confirmentur in bono. Alterius vero fidelis ad alterum ea erit habitudo, ut quod unum afficit, alios tangat: quae commune respiciunt - instituta, dicimus, ac pia opera, quae, vario nomine, multa sunt in unaquaque bene constituta paroecia - ita omnibus curae sint, ut, pietate suadente, quisque in ea ultro id conferat, quo noverit indigere.

Neque abes a vero cum scribis, memoria praeteritorum futurorumque prudentia perspicuum fieri Gallorum ecclesiae, tot indigne iam eversis rebus, hanc unam late patere ad salutem viam, paroecias rite ordinare et, tunc praesertim cum frui contigerit optatissimae pacis beneficiis, in hoc curas ponere cogitationesque omnes, ut fideles ad paroecialem revocentur disciplinam, hauriantque ex ea quo ad christianas revivant laudes et hostium frangant audaciam. Respondent haec plane iudicio nostro: et id est caussae, cur consilia ac monita tua, consilia esse optemus ac monita omnium Galliae episcoporum, rati pristinam eos suis ecclesiis reddituros esse dignitatem, cum pristinam paroeciis reddiderint formam atque indolem.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis frater, omnique tuo Clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xiv aprilis MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA 88. CONGREGATIONUM
ACTA CONGREGATIONUM

SUPREMA SACEA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

INDULGENTIA PARTIALIS TRIBUITUR RENOVANTIBUS PROPOSITUM CUIUSCUMQUE MORTIS GENERIS SUSCIPIENDI.

Die 16 novembris 1916.

SSmus D. N. D. Benedictus, div. Prov. Pp. XV, in Audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, universis christifidelibus qui, postquam sacram Communionem rite sumpserint, sequentem actum, iam a s. m. Pio Pp. X, die 9 martii 1904, plenaria indulgentia pro articulo mortis ditatum, renovaverat: « Domine Deus meus, iam nunc quodcumque « mortis genus, prout tibi placuerit, cum omnibus suis angoribus, poenis « ac doloribus, de manu tua aequo ac libenti animo suscipio », indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum, defunctis quoque adplicabilem, semel in mense lucrandam, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

f Donatus Archiep. Ephes., *Ads. S.* O.

II

DECRETUM

CONCEDITUR INDULGENTIA CGC DIERUM RECITANTIBUS IACULATORIAM PRECEM AD B. M. V. « A FIDUCIA ».

Sanctissimus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV, die 3 ianuarii 1917, ad preces moderatorum et alumnorum pontificii seminarii maioris Lateranensis, in cuius minori sacello imago B. V. Deiparae, a Fiducia nuncupata, praecipuo cultu honoratur, universis christifidelibus, qui, corde saltem contrito, eandem beatissimam Virginem his verbis : *Mater mea, fiducia mea!* devote invocaverint, quoties id egerint, indulgentiam trecentorum dierum, animabus quoque igne piaculari detentis profuturam, benigne concedere dignatus est. Quam Indulgentiam in perpetuum valituram esse, absque ulla Brevis expeditione, clementer indulsit. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Documentum huius concessionis ad Supremam hanc Congregationem S. Officii, iuxta *Motu proprio* eiusdem SS. D. N., d. die 16 septembris 1915, rite exhibitum fuit, die 27 ianuarii, anno 1917.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

Carolus Perosi, *Ads. S. O.*

III

DECRETUM

SEU DECLARATIO EXTENSIONIS QUARUMDAM INDULGENTIARUM

Die 22 martii 1917.

SSmus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV, in Audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, optatis plurimorum Sacrorum Antistitum obsecundare cupiens, praehabito voto Eminentissimorum Patrum Inquisitorum Generalium, benigne concedere dignatus est, ut christifideles,

devote genuflexionem coram Augustissimo Sacramento, sive in Tabernaculo clauso, sive solemniter exposito, peragentes, Indulgentias a s. m. Pio Pp. X, die 28 iunii 1908, concessas lucrari valeant, etiamsi loco invocationis : *Gesù, mio Dio, vi adoro qui presente nel Sacramento del vostro amore,* alia proferant verba, quae tamen adorationem exprimant. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non' obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. SB S.

Carolus Perosi, *Ads. S. O.*

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

• KEARNYENSIS **SEU** INSULAE GRANDENSIS

TRANSLATIONIS SEDIS EPISCOPALIS

DECRETUM

Recto et utili dioeceseon regimini quam maxime expedit et confert ut Episcopus in ea civitate sedem constituat, quae ceteris aliis viarum facilitate et frequentia accessum praebeat celeriorem omnibus aliis dioecesis locis.

Quum itaque dioecesi Kearnyensi nuper regio nova attributa fuerit, intra cuius fines est civitas Insula Grandis nuncupata *(Grand Island),* quae maxima est in dioecesi, et propter viarum ferrearum copiam facilius cum omnibus dioeceseos partibus coniungitur: ideo, postulante R. P. D. Iacobo Alberto Duffy, episcopo Kearnyensi, eique suffragante ipso S. Sedis in Statibus foederatis Americae septentrionalis Delegato, ut ad maius catholicae fidei incrementum et decus, populique christiani commodum, episcopalis sedes ex minori urbe Kearnyensi *(Keamey)* ad

longe maiorem ac praestantiorem, sive incolarum et catholicorum numero, sive hominum rerumque commerciis, sive denique facili viarum accessu, Insulam Grandem *(Grand Island)* nuncupatam transferretur; Sanctissimus D. N. Benedictus PP. XV, de consulto huius S. Congregationis Consistorialis, omnibusque mature perpensis, oblatis sibi precibus benigne annuendum censuit.

Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit aut suo interesse praesumant consensu, et suppressis atque extinctis civitatis episcopalis Kearnyensis statu et conditione, iuribusque ac privilegiis demptis, cathedralitatis titulo seu causa, huic civitati tributis ac spectantibus; de apostolicae potestatis plenitudine oppidum Insulam Grandem in civitatem episcopalem dioecesis, olim Kearnyensis, nunc vero Insulae Grandis denominandae, erexit atque constituit, cum iisdem prorsus iuribus, privilegiis, honoribus et praerogativis, quibus civitas Kearnyensis ceteraeque in America septentrionali episcopali sede insignitae fruuntur et gaudent.

Ecclesiam vero, honori S. Mariae in eadem civitate Insulae Grandis sacram, in cathedralem ipsius dioecesis Insulae Grandis erigere Sanctitas Sua dignata est, in eaque sedem et dignitatem episcopalem constituere cum omnibus iuribus, privilegiis, honoribus et indultis, quibus aliae in America septentrionali existentes cathedrales ecclesiae earumve Praesules, non tamen titulo oneroso vel ex peculiari indulto, fruuntur et gaudent, attributis quoque huic cathedrali ecclesiae sub invocatione S. Mariae cunctis reditibus et bonis quae ad ecclesiam cathedralem Kearnyensem tamquam cathedralem pertinebant.

Hisce super rebus eadem Beatitudo Sua praesens edi iussit consistoriale decretum, perinde valiturum ac litteras apostolicas sub plumbo.

Contrariis non obstantibus quibuslibet, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 11 aprilis 1917.

G. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. ^ S.

-f V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

II

DUBIA

DE SECRETO SERVANDO AB IIS, QUI DE INFORMATIONIBUS REQUIRUNTUR CIRCA PROMOVENDOS AD EPISCOPATUM.

Ad S. hanc Congregationem sequentia dubia pro solutione proposita fuerunt:

I. Num iis, qui sub secreto S. Officii de informationibus requiruntur circa personas ad episcopatum promovendas, liceat delatum sibi munus, qualibet de causa, etiam ad tutiores notitias hauriendas, aliis revelare ?

II. Num, reticita commissione de qua supra, liceat ab aliis notitias requirere, quoties adsit periculum, etiam remotum, revelationis secreti?

III. Num datas informationes liceat, quacumque de causa, alteri, etiam seeretissimo, et intimo vel in ipsa sacramentali confessione, revelare?

IV. Quibus poenis plectatur qui talia egerit in primo, vel secundo, vel tertio casu?

V. Qui ignarus certae notitiae, eam ab alio vel aliis tutissime haurire valeat absque ullo periculo violationis secreti ; num possit ex se, absque S. Congregationis licentia, hanc personam vel has personas interrogare ?

VI. Et si hoc fecerit, tenetur ne hanc personam vel has personas, a quibus notitias hausit, in suis informationibus S. Congregationi manifestare?

Et Sacra Consistorialis Congregatio, omnibus mature perpensis, ad praedicta dubia respondendum censuit:

Ad I, II et III. In omnibus his casibus non licere.

Ad IV. Excommunicatione, a quo nemo, nisi Ipse Romanus Pontifex, excluso etiam Emo Cardinali Maiori Poenitentiario, absolvere potest; aliisque poenis ferendae sententiae, quae contra violatores secreti S. Officii a iure statutae sunt.

Ad V. Posse.

Ad VI. Teneri.

Quae solutiones cum ab infrascripto Cardinali Secretario ad Summum Pontificem, in audientia diei 20 huius mensis relatae fuissent, Sanctitas Sua eas approbavit et publicari mandavit.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 aprilis 1917.

£g C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sacrae Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet :

14 aprilis 1917. — Metropolitanae Tarentinae ecclesiae praefecit R. P. D. Horarium Mazzella, hactenus archiepiscopum Rossanensem.

23 aprilis. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Sardianae R. D. Eugenium Pacelli, S. C. pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis Secretarium, electum in Nuntium Apostolicum apud Bavariae regem.

25 aprilis. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Philippensi R. D. Iosephum Pali ea, Tribunalis Signaturae Apostolicae Praelatum, Patriarchalis ecclesiae Liberianae canonicum, in vices gerentem apud Vicariatum Urbis deputatum.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

APUANA.

INTERPRETATIONIS VOLUNTATIS

Die 27 ianuarii 1917

SPECIES PACTI. - Ultimo quo decessit elogio, dato Apuae die 6 februarii 1865, pius quidam testator, nonnullis praelegatis, de bonis suis in hunc modum disposuit: «Del rimanente de'miei beni formo un'Isti-« tuzione di diffusione di buoni libri morali, come segue:

« Tale Istituzione avrà un'Amministrazione economica composta « dei Parrochi della Città presieduti da Mons. Vescovo o da chi in Pon-« tremoli lo rappresenta. Essa ogni anno rivedrà i conti e provvederà. « A conti riveduti, ogni Parroco riceverà un'elemosina di sei franchi « per celebrare ciascuno una Messa, onde render propizia alla Istitu-« zione la divina Onnipotenza. Dell'entrate nette se ne conservi sempre «una porzione abbondante per restauri e miglioramenti ordinari e per « riparazioni e casi straordinarissimi. Il rimanente delle entrate venga « ogni anno speso tutto in libri, come dirò, o in ciò che formerà poi « subietto di altra Istituzione, sostituita come infra alla presente ...

« I. Mons. Vescovo s'informerà continuamente dei buoni libri che « si vanno pubblicando, che siano relativi a Dogmatica, a Morale, filo-« sofia, a diritto naturale, a diritto pubblico, a diritto internazionale, « a storia, a polemica religiosa, ed ai modi di vivere civile, scritti in « buon senso cattolico, e ne farà provvisione in quella quantità che « comporta l'entrata dell'anno, i quali libri dovranno tutti essere legati, « in legatura fortissima e pulita. Ad ogni scolaro, di buona condotta che « imiti tutti gli studi parta dalle scuole di Seminario, Mons. farà dono « di alcuni di detti libri. E ... nel caso che vengano chiuse queste scuole « seminaristiche, i libri si distribuiranno a chi profitterà di altre scuole « ecclesiastiche, o ai sacerdoti, ed anche ai laici che siano vogliosi di « istruirsi.

« II. In caso che tale istituzione di diffusione di buoni libri trovasse « qualche ostacolo insormontabile ad attuarsi, sostituisco una distri-« buzione di premi a quella gioventù delle parrocchie di Pontremoli, « Santissima Annunziata, Mignegno e Dozzano, che presentatasi all'esa-

« me della dottrina cristiana avanti tre parrochi presieduti dal Vescovo « o suo delegato, meglio avrà risposto. Anzi, se fosse possibile, meglio « sarebbe un insegnamento di Catechismo di perseveranza, da farsi in « Duomo, sul testo del Gaume o su quello del Guillois, distribuendo ai « più bravi alunni dei premi di onore e invitando i padri delle più dovi- « ziose famiglie a condurvi i loro figli.

« III. Quando neppure questa surrogata istituzione del Catechismo « possa aver luogo, le entrate vadano a benefizio di quei poveri conva- « lesee uti che siano già usciti dallo spedale, dopo un decubito ivi fatto « di sei giorni per lo meno, ovvero di poverissimi malati fuori di spe- « dale. I parroci ne informeranno il Vescovo; ma si guardino dal rila- « sciare certificati scritti ai postulanti, per non dover certificare come « forzati od attirarsi delle odiosità.

« IV. Se neanche questa istituzione sia effettuabile, le entrate vadano « a benefizio dei Vicari di Parroci resi impotenti o di fabbricerie di « chiese di Città.

« Qualunque siasi di queste istituzioni, surrogate alla prima, che « sia stata messa in azione, dovrà cessare, se avvenga il caso che la « prima, levato l'ostacolo, possa ridursi ad effetto ».

Porro, pluribus de causis factum est ut nonnisi pium opus tertio loco et ordine a testatore intentum, ad effectum deduci potuerit; ac propterea in statutis de re conditis, atque die 16 maii 1867 Episcopi Apuani approbatione munitis, art. 1 finis seu scopus Causae piae hisce verbis enunciatus est: « Essa ha per fine di soccorrere quei poveri « convalescenti, che, dopo un decubito di almeno sei giorni, usciranno « dallo Spedale di Pontremoli, od anche i poverissimi ammalati, fuori « dello Spedale ». Notatu dignum est, in actu deliberationis praefati diei 16 maii 1867, quo statuta haec approbata fuere, expressis verbis edici « che mons.Vescovo ha dichiarato di derogare, in forza di speciali facoltà, « a quanto nel testamento del Pio Fondatore si contenesse di contrario « ai succitati Statuti ».

Quum autem nec in testamento, nec in statutis, plane definita apparerent loca seu paroeciae, ad quas pertinere deberent pauperes convalescentes e nosocomio Apuano egressi vel pauperrimi domi aegrotantes, qui beneficiis pii Operis frui possent; urgente praesertim auctoritate civili ut statuta pii Operis magis conformia efficerentur praescripto legis ; Consilium administrativum, praeside Episcopo, attento quod tunc usque beneficia pii Operis erogata fuerant tantummodo favore quinque paroeciarum *civitatis* Apuanae (dum municipium Apuanum viginti sex praeterea paroecias complectitur), hanc limitationem seu determinationem

in novo statuto organico, a. 1904 apposuit, ubi nempe (art. 2) finis pii Operis describitur: « soccorrere quei poveri convalescenti, che, dopo un « decubito di almeno sei giorni, usciranno dallo Spedale di Pontremoli, « od anche i poverissimi ammalati fuori dello Spedale, *appartenenti alle « cinque parrocchie di questa città ».*

Adversus hanc limitationem appositam in praefato statuto, parochus Ssrnae Annuntiationis (quae paroecia parum distat a civitate Apuana, et in cuius etiam favorem testator suam secundo subrogatam institutionem disposuerat) asserere voluit, litteris ad Administrationem pii Operis a. 1906 datis, « il diritto di poter partecipare alle beneficenze sud-« dette, a vantaggio dei poveri della sua parrocchia ». Petitione autem reiecta, idem parochus novis allegationibus apud eamdem pii Operis Administrationem instituit, concludens «che domandava di essere nomi-« nato membro effettivo della Commissione Amministrativa di detta pia * Opera, a tutela di ogni diritto suo a vantaggio dei poveri della sua « parrocchia ». Sed per actum deliberativum diei 24 septembris 1914 Administratio pii Operis stetit in sua praecedenti denegativa decisione ; contra quam parochus die 8 martii 1915 recursum interposuit ad Sacram Hanc Congregationem, postulans declarari:

« 1) Se egli, che è parroco della Ssma Annunziata, sobborgo omo-« nimo di Pontremoli, ha diritto di far parte della Commissione Ammi-« nistrativa dell' Opera Pia.

« 2) Se i poveri della sua parrocchia hanno diritto di partecipare « alle beneficenze di essa Opera Pia ».

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - I. *Quae in favorem parochi recurrentis deducta sunt.* Ad fulciendam primam petitionem parochus recurrens animadvertit paroeciam Ssmae Annunciationis, quae a moeniis civitatis Apuanae vix mille passibus distat, cuius immo primae domus abscedenti Apua post quingentos passus occurrunt, esse verum et proprium suburbium eiusdem civitatis, cum qua semper omnia communia habuit, ut testantur historiarum scriptores sive veteres, sive recentes, itemque acta et documenta tum ecclesiastica, tum municipii, quod nuper scholam huius paroeciae inter *urbanas* adnumeravit. Quo posito, ex regula *accessorium sequitur naturam principalis,* deducit recurrens rectorem huius paroeciae parochum urbanum censendum esse, et ideo ius eidem competere ut in administrativum Consilium pii Operis adnumeretur, quod, ex pii testatoris voluntate, coalescere debet « ex parochis urbanis, « praeside Episcopo ».

Hoc ipsum argumentum, quod nempe paroecia Ssmae Annun-

tiatae utpote verum suburbium Civitatis, iisdem iuribus in casu frui debeat quibus ceterae urbanae paroeciae, iam demonstrat pauperibus eiusdem paroeciae, sive ex nosocomio egressis, sive, quando in miserrima versentur egestate, domi aegrotantibus, ius competere participandi de reditibus pii Operis prout a testatore sunt destinati; idque etiamsi ab hac participatione reliquae paroeciae municipii Apuani, ac illae quoque locorum vulgo Mignegno et Dozzano, quarum explicita mentio aliquando fit in testamento, excludi deberent; nam pro his haec peculiaris ratio non militat.

Quin etiam hanc alteram parochi petitionem, in qua summa controversiae, immo tota est, validiora etiam argumenta sustinere videntur.

Praesumi etenim debet in testatore eadem semper voluntas, usquedum positiva argumenta contrarium demonstrent. Iam vero nulla apparet ratio positiva qua demonstretur testatorem, qui secundam institutionem constituit favore quoque paroeciarum Ssmae Annunciationis, Mignegno et Dozzano, in tertia institutione easdem paroecias excludere voluisse.

Stat praeterea pro paroecia Ssmae Annunciationis etiam ratio generalis deducta ex ipsa tertia institutione *in se* considerata. Haec enim tertia institutio est, iuxta fundatoris verba, favore pauperum convalescentium, qui egressi fuerint ex nosocomio Apuano post decubitum saltem sex dierum, et pauperrimorum aegrotantium extra nosocomium. Huiusmodi verba, quum nihil ponatur quod modificet vel coarctet eorum significationem, debent profecto intelligi in sensu magis obvio: debent nempe referri ad omnes paroecias municipii Apuani, quorum pauperes ius habent ut gratuito curentur in nosocomio Apuano, et hac ratione etiam ad paroeciam Ssmae Annunciationis. Prout enim prima institutio, nempe de libris in praemium iis sacrorum alumnis elargiendis, qui, studiis peractis, e seminario Apuano egressi fuissent, procul dubio non coarctabatur ad clericos civitatenses sed pertinebat ad dioecesanos omnes, qui ius haberent in seminario studia peragendi; idipsum profecto sentiendum de tertia institutione quae similiter favet pauperibus, qui, convalescentes, ex nosocomio Apuano egrediantur. Nec valet opponere, dato hoc sensu, beneficium a testatore statutum vanum fieri, utpote nimis divisum. Etenim, hinc non multi de facto essent qui gaudere possent eo beneficio - cum in municipio Apuano non magnus habeatur numerus incolarum (hodie circiter 15,000 et temporibus testatoris numerus valde minor) - et plures in hisce requirantur conditiones ut frui valeant erogationibus pii Operis; inde vero annui reditus eiusdem Operis pertingunt ad summam satis conspicuam quae huiusmodi extensionem, teste Episcopo, bene permittere!. Nihil autem impedit quominus idem Episcopus, cui praesertim

testator commisisse videtur munus ipsos reditus erogandi, non ómnibus, sed iis tantum qui magis egeant, succurrat.

E contrario, posita limitatione quam Consilium administrativum sustinet, ad pauperes civitatenses dumtaxat, quum reditus annui longe maiorem facultatem praebeant, incongruum sane supponere debemus in mente testatoris: intentionem videlicet nimis favendi paucissimis personis, in quorum favorem reditus,veram ipsarum necessitatem longe excedentes, erogasset. Atqui « in lege interpretanda non tam verborum cortex, quam « potius legislatoris mens et intentio est inspicienda, et dispositiones « factae non partialiter sed complexive sunt examinandae » (1.17 et 24, D. *de legatis).* Ac praeterea, etiamsi admittamus utriusque interpretationis probabilitatem, tamen benignior et rationabilior praeferenda est. « Cum in testamento ambigue aut etiam perperam scriptum est, benigne «interpretari et secundum id, quod credibile est, cogitatum credendum « est » (Marcellus, 1. 24, D. *de reb. dub.* 34, 5).

II. *Quae adversus recurrentem deducuntur* a quinque civitatis Parochis hisce redeunt. Quoad primum postulatum, quo recurrens sibi vindicat ius partem habendi in Consilio administrativo pii Operis, Parochi opponunt ipsa verba testatoris, qui explicite statuit pro sua institutione, quaecumque demum in concreto deduceretur ad actum, «un'Amministrazione composta dei Parrochi di *Città».* Necregerere valet paroeciam Ssmae Annunciationis habendam esse tamquam accessorium civitatis, utpote suburbium eiusdem, ac ideo etiam parochum Ssmae Annunciationis haberi posse tamquam parochum civitatis. Etenim, ex ipsis recurrentis verbis, paroecia illa a civitate Apuana saltem mille passibus distat, primaeque ipsius domus nonnisi post quingentos passus a postremis domibus civitatis occurrunt: minime igitur contigua est haec paroecia pomoerio civitatis, ideoque *suburbium* dici nequit. Ceterum, addunt, parochus Ssmae Annuntiationis numquam partem habuit in consortio urbano parochorum, quod, ex antiquissima fundatione, constat ex parochis civitatis. Demum, animadvertunt, etsi enunciata paroecia esset reipsa suburbium civitatis Apuanae, in casu tamen distingui deberet quoad ius a paroeciis urbis Apuanae proprie dictae, idque ob satis perspicuam dispositionem pii testatoris. Hic enim in secunda institutione, qua constituit praemia favore adolescentum qui catechesi christianae studerent, explicite distinguit paroecias urbis a paroecia Ssmae Annunciationis: « sostituisco - ait - una distribuzione di premi a quella gioventù «delle parrocchie di Pontremoli, Ssma Annunziata, Mignegnoe Doz- « zano ». Ergo horum trium Rectores minime comprehenduntur in designatione « parrocchie Pontremoli », et ideo neque in illa «parrochi di

« Città » quibus tantum Consilium administrativum coalescere debent, ex explicita testatoris voluntate.

Quod vero spectat ius participandi reditibus pii Operis a parocho assertum pauperibus suae paroeciae, ita arguunt parochi civitatis.

In primis ponunt tamquam principium, animum testatoris fuisse favere *civitati* Apuanae; quod colligunt non modo ex dispositione praevia, omnes et singulas institutiones afficiente, pii Operis nempe administrationem- concreditam fuisse tantummodo parochis *civitatis;* sed etiam ex complexu ceterarum institutionum ex ordine subrogatarum, favore nempe seminarii, vel cathedralis Apuanae, vel fabricarum ecclesiarum civitatis. Atque huc etiam facit, quod in secunda institutione, quae, utpote tenuiores expensas singillatim postulans, potuerat prae ceteris maiorem extensionem accipere, haec maior extensio explicite, tamquam per *exceptionem,* fuerit enunciata; nempe, praeter civitatem, designatae etiam paroeciae Ssmae Annunciationis, Mignegno et Dozzano. Atqui exceptio firmat regulam in contrarium ; idcirco, ubi deest designatio maioris extensionis, debet accipi quae communis est, seu in casu limitari debet beneficium in favorem civitatis dumtaxat ; quod, aliis verbis, huc redit, ut principio notissimo obsequamur: «testator quae voluit dixit, quae non dixit non voluit». Data autem extensione quam recurrens vindicat, illud incongruum sequeretur, quod, ex mente testatoris, eodem exstante redditu, ubi in singulis casibus *maior* exigitur expensa, ut certe est in subsidio donandis pauperibus convalescentibus aut pauperrimis domi aegrotantibus, longe *plures* casus supponerentur (nempe quotquot *universum* municipium Apuanum suppeditaret) quam ubi longe minores sumptus faciendi essent, videlicet in praemiis pro christiana puerorum catechesi acquirendis, quam liberalitatem testator explicite coarctatam voluit ad *quatuor loca* eiusdem municipii dumtaxat.

Sed praeter haec interpretationis adminicula, gravius argumentum emergit ex verbis ipsis testatoris, qui, in tertia ordinanda subrogata institutione, de qua agitur, postquam statuisset eam esse in favorem « dei poveri convalescenti,... o dei poverissimi malati fuori dello spedale », statim subdit: *« I parroci* ne informeranno *il Vescovo;* ma si guardino- « dal rilasciare certificati scritti ai postulanti, per non dover certifi- « care come forzati od attirarsi odiosità ». Porro in propatulo esse videtur hos qui ita enunciantur, « *i parroci* », eosdem omnino esse, qui in dispositione praevia, omnes et singulas institutiones - ut diximus - afficiente, designantur: nempe quinque eos *civitatis* parochos, qui una cum *Episcopo* efformant Consilium administrativum. At vero hi referri valent et testificari de suis subditis (atque horum dumtaxat invidiam

vel odium formidare possunt), de his *in civitate* nempe exstantibus, non de alienis, exstantibus et dispersis in 24 ceteris paroeciis municipii Apuani; ergo ad hos tantum subditos, seu ad pauperes civitatenses, ex mente satis manifesta testatoris, eius pia dispositio porrigitur. Quod argumentum adeo fortiter recurreus praesensisse videtur, ut non aliud effugium invenerit, nisi in praetenso sibi iure partes habendi in ipso Consilio administrativo; in qua praetensione tamen contra *explicitam* testatoris voluntatem impingit.

Sed concedatur demum haec omnia argumenta ad certitudinem non attingere, et ideo adhuc dubiam testatoris voluntatem manere. Omnem penitus dubitationem dispellit subseqmrta usque ad recurrentis impugnationem, pacifica observantia. Etenim, ut saepius declaravit S. R. Rota: « Observantia declarat verba testatoris, quatenus essent dubia » (Recanaten., *Manutentionis,* coram Cerro, dec. 120, n. 8, t. IX, p. 1, *rec.)* - « Ex observantia subsequuta satis remanet interpretata mens fundatoris » (Aquilana, *lurispatr.,* coram Meltio, dec. 374 n. 21; t. XI, *rec).* - « Observantia magni facienda est pro interpretanda voluntate testatoris; « quod maxime procedit quando idem observatum fuit cum eademmet « persona, quae successionem praetendit » (Ariminen., *Secundogeniturae,* coram Bichio, dec. 337 n. 44, t. XI, *rec),* etc. At quidem, in casu, adeo aperte constat de huiusmodi observantia, ut ne unus quidem contrarius casus, ab a. 1867 ad praesentem diem, allegari valuerit: inde enim ab initio administrativum Consilium restrictivam interpretationem in praxim deduxit eamque immo in statutis organicis et in regulis pro disciplina interna pii Operis, a. 1867 conditis, tamquam fundamentum supposuit; neque exsequutores testamentarii, quorum unus fuit etiam parochus Ssmae Annunciationis, nec ceteri parochi, neque Episcopus, neque quotquot alii cognoscere debuerunt testatoris mentem, aut in negotium interesse habuerunt, hanc restrictivam praxim ullo modo impugnarunt. Idque recurrens fateri cogitur, qui tamen excipit, quoad exsequutores testamentarios, probandum esse, testatorem eisdem dum viveret mentem suam aperuisse; quo vero ad ceteros parochos aut incolas interesse habentes, eos vel ipsum testamentum ignorasse; quae exceptiones futiles esse videntur, quum, posita tam diuturna observantia et possessione iuris in civitatensibus Apuanis, quaecumque eis favorabilior praesumptio amplectenda sit; ac demum in praxi saltem illud sequatur, periculosum omnino esse adeo gravem innovationem in rem iam constabilitam inducere.

RESOLUTIO. Hisce ab utraque parte in medium deductis, quum in plenariis Emorum ac Revmorum Patrum comitiis, habitis die 27*ianua-

rii 1917 in Palatio Apostolico Vaticano, proponerentur dubia ita concinnata:

« I. An parocho pro tempore paroeciae Ssmae Annunciationis in « diocesi Apuana competat ius ut nominetur membrum Consilii administrativi pii Operis in casu;

« II. An et quomodo gaudere valeant beneficiis pii Operis pauperes «convalescentes enunciatae paroeciae, qui, post decubitum sex saltem « dierum egressi fuerint e nosocomio Apuano in casu;

« Et, quatenus *affirmative :*

« III. An et quomodo pauperrimi etiam aegrotantes extra nosoco- « mium, ad praefatam paroeciam pertinentes, iisdem beneficiis gaudere « possint in casu » :

S. Congregatio Concilii respondendum censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad II et III. *Attentis omnibus, nihil innovandum.*

Facta autem de praemissis relatione SSmo Dno Nostro Benedicto divina Providentia Pp. XV, in audientia infrascripto Secretario, die 28 eiusdem mensis et anni concessa, Sanctitas Sua resolutiones Emorum Patrum in omnibus approbare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

15 februarii 1917. — *Vicarius Apostolicus Alaschae in America Septentrionali,* R. P. Raphaël Crimont, e S. I.

13 martii 1917. — *Vicarius Apostolicus de Hu-nan Septentrionalis,* R. P. Angelus Didacus Carbajal, ex Ordine Eremitarum S. Augustini.

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

TON-KIN CENTRALIS

NULLITATIS MATRIMONII (NGH[NH-TAI-VANG)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 27 iunii anni 1916, BR. PP. DD. Seraphinus Many, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* Ton-Kin Centralis - Nullitatis matrimonii, *inter* Iosephum Nghinh, *actorem, repraesentatum per advocatum ex officio Rev. Orestem Negri, et* Dominicum Tai, *in prima instantia, interveniente et disceptante in causa Rev. Henrico Quattrocolo, Substituto Defensoris Vinculi ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Dominicus Tai, cum, studiorum causa, domum Dominici Dong Sì, pago Luat Trung in Vicariatu Apostolico Ton-Kin Centralis, praefecti, frequentaret, in uxorem postulavit, aut eius parentes pro eo, eiusdem Praefecti filiam Mariam Vang, annos natam 18. Haec, quae iam antea parum firmae valetudinis erat, paulo post in morbum et in amentiam incidit; sed cum spes esset eam in vita coniugali a morbo liberandam esse, matrimonium contractum est anno circiter 1895, in oratorio privato domus praefecti, coram duobus testibus et sacerdote Dô, nunc e vivis sublatis. Post matrimonium, in dies crevit Mariae Vang amentia: qua non obstante, Dominicus Tai de legitimitate matrimonii sui non curavit; sed, anno 1912, quidam Iosephus Nghinh, munere scribae in eodem pago fungens, misericordia motus, ut ipse ait, erga infelicem virum, suadentibus etiam Patribus Missionariis, matrimonii valorem ex capite amentiae mulieris accusavit apud Illmum Vicarium Apostolicum Ton-Kin Centralis. Processu canonico a iudice delegato summa cum diligentia instructo, Vicarius Apostolicus acta ad hoc S. Tribunal, non prolata sententia, mandavit, petens, ut, obtenta commissione Pontificia, causa etiam in prima instantia a S. Rota cognosceretur et definiretur.

Revera, obtenta, die 2 iulii anni 1914, commissione Pontificia in H. S. O. solitum dubium concordatum est: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Antequam *dubium* de merito discutèrent, RR. DD. Auditores quaedam praemittenda esse dixerunt, ut validitas processus in Curia Vicariatus Apostolici Ton-Kin Centralis confecti in tuto ponatur. Primo enim aspectu, cum vir Dominicus Tai non modo non petat declarationem nullitatis matrimonii sui, sed etiam huic declarationi nullitatis adversetur, et cum, ex altera parte, Iosephus Nghinh utrique familiae, viri scilicet et uxoris, sit extraneus, et ipsius nihil intersit, ut matrimonium solvatur vel non, ipse qualis actor a limine iudicii repellendus esse videretur. Verum notandum est ius accusandi matrimonium vel privative coniugibus reservari, vel etiam cuilibet de populo competere, iuxta naturam impedimentorum. Etenim ex capite impedimentorum, de quibus certa notitia haberi nequit nisi a coniugibus, vel quae uterque aut saltem unus coniux tollere per se ipsum potest, ius accusandi matrimonium utrique coniugi vel uni privative reservatur; v. g., si agatur de impedimentis erroris, metus, conditionis non impletae, etc.; nam huiusmodi impedimenta, errore cognito, metu cessante, conditione reiecta, novo consensu coniugum tolli possunt (si publica sint, servatis servandis ex lege Tridentina, nunc decreto *Ne temere);* ex capite autem impedimentorum, quae coniuges per se ipsos tollere non possunt, uti sunt impedimenta consanguinitatis, affinitatis, ligaminis, criminis, voti solemnis, ordinis sacri, etc., omnes tam extranei quam consanguinei, ad matrimonium accusandum admittuntur. Ratio desumitur ex bono publico Ecclesiae, simul et bono privato coniugum, scilicet ut irreverentia erga sacramentum tollatur, ut nobilissimi fines Ecclesiae in his statuendis impedimentis sarti tectique serventur, et ut damnata commercia scandalaque vitentur. Quare accusatio matrimonii, ex capite horum impedimentorum, merito recensetur inter illas *actiones populares,* quae, iuxta ius Romanum, cuilibet de populo competunt. Ab hac actione repelluntur tantum, uti suspecti, vel qui matrimonium accusare praesumuntur propter quaestum, cap. *Significante,* 5, *Qui matrimonium accusare possunt;* vel qui, legitime factis in ecclesia publicis futuri matrimonii proclamationibus, impedimentum iam cognitum non reveiarunt, cap. *Cum in tua,* 6, eodem titulo. Et haec est communis doctrina, de qua consuli possunt *Instructio S. Officii,* diei 20 iunii 1883, § 1 *[Collectanea S. C. de Propaganda Fide,* nn. 1587, 1588, tit. II, p. 172 seq.); Reiffenstuel, Schmalzgrueber, aliique canonistae in titulo *Qui matrimonium accusare possunt; Instructio Austriaca,* § 115 seq.; Emus Gasparri, *De matrimonio,* edit. 1904,

n. 1477 seq.; Emus Lega, *De* ***Iudiciis,*** t. IV, edit. 1901, nn. 424, 450, 451, 454, 455; Wernz, *Ius decretalium,* t. *IV,* edit. 1904, n. 743, II; Sebastianeiii, *De rebus,* n. 172. Porro impedimentum de quo agitur in praesenti specie, scilicet ex capite amentiae, huiusmodi est ut illud coniuges per se ipsos tollere non possint; agitur enim de ipso consensu matrimoniali, qui ab amente dari nequit, et quem nemo, ne Ecclesia quidem, supplere potest; insuper certa cognitio huius impedimenti haberi potest etiam ab extraneis, praesertim in praesenti casu, in quo amentia erat publica. Ceterum, ipse matrimonii accusator, Iosephus Nghinh, minime est suspectus; uti enim constat ex processiculo, qui, ex mandato S. Rotae, in primis mensibus anni 1915, confectus est, Iosephus ad accusandum matrimonium non inductus est a Dominico Tai, nec a genitoribus Mariae; sed, cum super sorte infelici coniugum misericordia moveretur, de ea re Patres Missionarios monuit, qui illi tamquam praecipuo curatori suae christianitatis, ut ipse ait, suaserunt, ut matrimonium accusaret: quod et fecit, libellum accusationis a se subscriptum offerendo. Neque quodvis emolumentum ex hac sua agendi ratione a familiis, quarum interest, unquam speravit, ut in primo suo interrogatorio declaravit, ad tertium.

Sic ergo in tuto posita validitate processus, ad *dubium* de merito discutiendum procedi potest.

Quod ad ius attinet. - In iure, ut notum est, nuptias non concubitus, sed consensus facit; certum est autem consensum ad validitatem matrimonii requisitum, oriri debere ex mente sana et voluntate libera. Scriptum est enim in cap. *Dilectus,* 24, *De sponsalibus et matrimoniis:* « Cum eadem cum ipso viro qui continuo furore laborat, morari non « possit, et propter alienationem furoris legitimus non potuerit interve« nire consensus, mandamus quatenus, si rem noveris ita esse, prae« fatas personas cures ab invicem separari»; inde summarium capitis: « Furiosus matrimonium contrahere non potest ». Quod autem dicitur de furiosis, ab omnibus doctoribus extenditur ad eos qui insania quieta seu tranquilla laborant; amentia enim est genus, quod sub se duas saltem species complectitur, nimirum alienationem furoris, ut legitur in citato capite, et insaniam quietam ; in utroque casu mens non est sana, et ideo consensus legitimus seu iuridicus ex ea oriri nequit. Si ergo, inito matrimonio, constiterit alterutrum coniugem matrimonialem consensum expressisse, dum erat in statu amentiae constitutus, pro nullitate matrimonii iudicandum est, et coniuges ab invicem separandi sunt, ut statutum est in relato capite.

Quod ad factum attinet. - In facto constat Mariam Väng amentem fuisse ante et post matrimonium, et etiam tempore intermedio, scilicet ipso tempore matrimonii et ideo consensum legitimum in matrimonium dare non potuisse.

Quod spectat ad tempus ante matrimonium, audiamus. Dominicum Dong Sì, patrem Mariae Vang, qui haec refert in suo interrogatorio, ad 6 et 7: « Antequam Maria Vang uxor postularetur, rationis compos « erat; postquam vero uxor postulata fuit, nondum annus transierat, « cum in amentiam incidit... Cum febris accessu tentata fuerit, postea « in amentiam incidit... Vidi eam fessam valde; neminem, neque parentes « suos, cognoscebat...; duobusque transactis mensibus, morbum eius « remittere vidi. Tunc temporis Domini Tuam Nhò (scilicet genitores « Dominici Tai) mihi dixerunt: " Petimus ut Domina Vang matrimo- « nium cum Dominico Tai contrahat; postea, adhibitis medicinis, forsan « a morbo curabitur „. Attentis igitur eorum verbis, indulsi ut Maria « Vang contraheret matrimonium... Ex quo morbus remisit usque ad « contractum matrimonium, septem fere intercesserunt menses; et licet « morbus remiserit, demens tamen adhuc erat; minus quidem loqueba- ntur, attamen, cum loqueretur, insana et absque ullo prorsus ordine « loquebatur; quae ipsi in mentem veniebant, ea effutiebat. Adhuc etiam « sine causa et ridebat et fiebat; adhuc etiam et supellectilem destrue- « bat; et alios percutiebat, non tamen crebro, ut antea; demum adhuc « canebat, precesque absque delectu temporis recitabat, non tamen adeo « frequenter... Memini coniecturaliter tunc temporis Dominos Tuam Nho «ter vel quater circiter huc descendisse... Qualibet vice Domini prae- « fati cubiculum Mariae Vang ut eam inviserent, ingressi fuerunt ; at « illa nihil locuta fuit, sed risit tantum. Quacunque vice Domini prae- « fati cubiculum Mariae Vang ingrediebantur, ego una cum eis ingre- « diebar ». Pro eodem tempore, scilicet ante matrimonium, testis Anna Oanh, consobrina et amica Mariae, quae assidue cum ea versabatur, haec refert, ad 6: « Quando Maria Vang uxor postulata fuit, et per « totum primum illum annum illa rationis compos erat; insequenti vero « anno, dementiae morbo correpta fuit. Quod ad verba attinet, verba « proferebat et sana et insana ; aliquando dum sederet, nomen Iesu « elata voce proferens, vage currere incipiebat. Saepe, irata, alios per- « cutiebat, ipsosque qui ei ministrabant, absque ulla causa; memini « quinque circiter vicibus parentes suos caedere praestolatam fuisse, « alios autem eam detinuisse ne eos percuteret. Quadam vice a Domina « Dong Sì matre sua scutellarum struem postulavit ut destrueret, et « postea eam, caesarie arrepta, percussit. Me etiam percussit, sed, cum

« ego ei morem gererem, caedere desinebat. Tunc temporis, quotidie, « adveniente nocte, in lecto sedens candelam accendebat, et, capillos suos « vellens, eos candelae admovebat, et eorum radicem comedebat; id sedens « continuo peragebat usque ad noctis horam nonam ; qua adveniente cuba- « bat. Famuli ei continuo invigilare debebant, ne vage curreret. Nocte s< quadam, ad limitem sepis arundinum cucurrit campis adiacentis, ibique * sedit; cum vero famuli invenerunt eam, dixit: " Militum quaedam « cohors me comprehendere venit; sanctus vero Angelus me custodivit, « illaque me comprehendere non valuit „. Famuli per totam noctem vigi- « lare debebant, ut eam custodirent ».

Agitur ergo, uti patet, de vera et proprie dicta amentia. Porro haec aut similia facta, pro eodem tempore, scilicet ante matrimonium, refe- runt duodecim testes de visu ; quatuor enim alii testes interrogati, pro hoc tempore nihil sciunt, aut non nisi ex auditu. Porro duodecim prae- fati testes de re plene sunt informati; sunt enim pater et mater Mariae Vang, mater mariti Dominici Tai, aliqua consobrina eiusdem Mariae, plures intimae sodales et amicae, quae Maria familiariter utebantur, tres aut quatuor famulae, unusque famulus, qui, ipsa ratione famulatus, cuncta, quae ad puellam Mariam Vang attinebant, apprime noverint. Insuper hi testes sunt omni exceptione maiores; missionarii, qui distri- ctuum, ad quos hi testes pertinent, spiritualem curam gerunt, commen- dant et laudant testium honestatem, probitatem, veracitatem; de his tandem R. P. Moreno, iudex delegatus, ad Illmum Vicarium Apostoli- cum ita loquitur: « Actor, Iosephus Trum Nghinh, et testes omnes, sive « ad petitionem actoris, sive ex officio examini subiecti, mihi visi sunt « fide dignissimi; sacramenti enim religione perculsi, in suis attestatio- « nibus verba omnia ponderabant, non audentes asserere ut certum « quod ipsi certum non erat; quae vero ignorabant, se ignorare abscisse « dicebant, protestantes eorum aliqui, se iurisiurandi religione obstri- « ctos, nullo modo conscientiam suam prodere velle ».

Unus tantum negavit Mariam Vang ante matrimonium fuisse arden- tem, scilicet ipse maritus, Dominicus Tai. Verum eius depositio, quod attinet ad hoc factum, nullam prorsus fidem meretur; antequam enim deponeret, iurare omnino recusavit; et cum, depositione peracta, iudex ab eo peteret cur iurare renuisset, ille respondit: « Mane huius diei « iurare nolui, quia, cum iuramentum rem gravissimam esse putem, « timui ne forsan aliquid falsum mihi excideret inter testificandum »; et cum iudex instare! dicens, si quid falsi excidat inter testificandum, contra voluntatem testis, non imputari ad culpam, respondit: « Iura- « mentum non praestiti, quia nolo ut processus in hac causa conficia-

« tur; existimo enim dominos Dong Sì dignos esse qui parentes mei « sint; ideo id non sustineo, ne forte filialia officia erga dominos prae- « fatos derelinquere cogar ». Unde causa propter quam Dominicus Tai negavit Mariam Vang ante matrimonium amentem fuisse, est quia declarationi nullitatis huius matrimonii omnino adversatur. Ceterum, idem Dominicus Tai praedictos testes non reprobavit, nec contra quemquam illorum ullam exceptionem proposuit, ut constat ex processiculo iam notato, qui, ex mandato huius S. Tribunalis anno 1915 factus est. Dictus enim Dominicus Tai, legitime citatus, et comparens coram Ulm o Vicario Apostolico, sic ad quaesita respondit: ad quaesitum I: « An vellet et « posset adducere probationes in favorem sui matrimonii », respondit: « Se nullam habere probationem in favorem sui matrimonii ». Ad quaesitum 11 (recitatis nominibus testium): « An aliquam producere posset « exceptionem adversus eos vel aliquem eorum », respondit: « Nullam « omnino se producere posse exceptionem adversus eos, vel aliquem « eorum ». Omnino ergo constat Mariam Vang ante matrimonium amentem fuisse.

Quod spectat ad tempus post matrimonium, pariter liquet ex actis eamdem Mariam amentem fuisse. De hac temporis periodo, sic testatur Anna Dong Sì, mater Mariae, ad 9: « Post contractum matrimonium, « morbus Mariae gravior evasit; primis quinque mensibus, ordinarie, « absque ulla causa vel ridebat vel fiebat, raro tamen fiebat. Saepe « insana verba dicebat; dum unam phrasim dicebat, ad aliam, ea non «finita, transibat; identidem dumtaxat congruens verbum proferebat. « Aliquando preces sola recitabat, cumque nondum precem unam reci- « lasset aliam recitare incipiebat. Rarissime versum aliquem cantabat, « quem memoria tenebat. Identidem, dum sederet, inopinate currere « incipiebat; tunc temporis, fámulas monui ut ei continuo invigilarent... « Transactis illis quinque mensibus, morbus Mariae Vang in dies gra- « vior evasit: saepe destruebat supellectilem; fámulas ei inservientes « percutiebat saepe; vestes suas scindebat; semel me persequens cae- « dit; bis etiam me caedere praestolata fuit, sed alii eam tenentes me « caedere non siverunt; aliquando etiam dominum Dong Sì caedere « praestolata fuit, sed cum alii eam tenerent, eum caedere non potuit. « Cum medicus fuit accersitus, eum percussit; percussit etiam dominum « Tai: id bis contigit. Identidem nocte, dum esset in lecto, ad peristylum « domus momento temporis egrediebatur; sed blanditiis adhibitis, ad « cubiculum revertebatur. Quinque iam annos, caput eius radere oportet; '< non enim audemus illi permittere ut capillos alat, quia, dum sedet, « eos vellit, radicesque eorum rodit. Ea quae supra de primis illis quin-

«que mensibus retuli, continuo, ad praesens usque, ab ea fiunt». Et ita, plus minusve, alii testes; ita ut de Mariae amentia post matrimonium testentur unanimiter sexdecim testes, omni exceptione maiores; ipse Dominicus Tai, Mariae maritus, qui, uti vidimus, amentiam Mariae ante matrimonium negat, uxorem suam post matrimonium amentem fuisse confitetur. Et haec Mariae amentia numquam remittebat; multi medici, quindecim circiter, anamitae, sinenses, europaei, a patre vocati sunt, ut eam curarent; sed eam omnes uti insanabilem deseruerunt; frustra etiam Mariam ad ñosocomia, bis saltem, deducta est; frustra parentes eam ad pia duxerunt sanctuaria, ad implorandam a Deo et Sanctis eius sanitatem. Et in eodem statu usque ad praesens tempus permanet, ut constat ex dicto processiculo ex mandato S. Rotae peracto.

Nunc ergo quaerendum est utrum Maria, quae ante et post matrimonium amens fuit, pariter tempore intermedio, scilicet ipso tempore matrimonii, amens fuerit. Qua in re primum dicendum est, quando probata est amentia ante et post matrimonium, eam praesumi tempore intermedio; quod docuit Sánchez, *De Matrimonio,* lib. I, disp. 8, n. 17, et communiter receptum est; unde dicit Pallottini, *Coli. Resolut. S. G.* C, v. *Matrimonium,* § III, n. 9: « Si testes deponant de mulieris insania « ante et post matrimonium, insania videtur esse praesumenda pariter de « tempore celebrati matrimonii ». Et ratio est illa quam affert Sánchez, loco cit., nimirum: « Quia cum furoris morbus suapte natura perpe- « tuus, insanabilis et desperatus sit, praesumitur durare omni tempore, « et illa dilucida intervalla sunt per accidens, ideoque minime praesu- « muntur ». Quod multo magis affirmandum est, quando insania non per accidens orta est, sed quasi ex generatione contracta, qualis est insania Mariae Yang; eius enim mater, Anna Dông Si, fatetur, in suo interrogatorio, ad 11, inter suos consanguineos, quinque amentes fuisse: quod etiam referunt plures alii testes.

Unde Maria Vang ipso tempore matrimonii insana fuisse praesumitur. Sed haec praesumptio ad gradum certitudinis assurgit, si inspiciantur facta, a testibus narrata, quae ad hoc tempus referuntur. Paulo ante matrimonium, celebratum fuit convivium nuptiale, non solemne, propter sponsae infirmitatem. Porro de hoc convivio testis Anna Oanh, sodalis et consobrina Mariae, haec ait, ad 9:. « Durante convivii nuptialis « celebratione, Maria Vang intra cubiculi velum mansit, et licet invitata « fuerit ut egrederetur, renuit tamen; tunc ego simul cum ea cibum « sumpsi; at illa, postquam paululum comedit cibi, reliquos cibos sus- « deque versata comminuit; et quamvis eam ut comederet invitaverim, « nec comedere voluit, nec ullum protulit verbum ». Multi etiam alii

testes, qui de hoc convivio, tamquam testes oculati, verba fecerunt, dicunt huic non interfuisse Mariam Vang, sed in cubiculo suo absconditam remansisse. De ipsamet autem matrimonii celebratione, haec testatur Dominicus Dong Sì, Mariae pater, ad 8: « Quando sacerdos « paratus iam erat ut Mariam Vang in matrimonium coniungeret, ego- « met eam ursi ut prope altare ascenderet, sicque tantum ascendit. Cum- « que sacerdos eam de consensu iuterrogavit, ea dumtaxat risit; tunc « sacerdotem ter vel quater eam interrogare audivi; et nescio utrum « postea responderit: "Utique,,, necne; vocem enim eius non audivi. « Quando prope altare ascendit ut matrimonium contraheret, innixa « stetit usque ad finem missae, nec ad elevationem Corporis et San- « guinis Domini genua flexit ». De hoc pariter temporis puncto ait Anna Dong Sì, mater Mariae, ad 8: « Adveniente hora celebrationis matrimonii, « Maria Vang prope altare ascendere recusabat; eam urgere ter fuit « opus; tuncque ascendit. Quando sacerdos eius consensum exquirebat, « eam bis interrogavit; at illa ridebat; cum vero eam tertia vice inter- « rogasset, tunc respondit: "Utique,, ». Ita etiam Rosa Hai Ban, amica Mariae, quae ait ad 5: « Quando sacerdos Dominicum Tai et Mariam Vang « matrimonio coniunxit, ego prope eram ; iam vero cum sacerdos inter- « rogavit Mariam Vang: " Vis accipere Dominicum Tai in tuum "legiti- **me** m um maritum iuxta ritum sanctae Ecclesiae?,,, illa risum edidit. Cum « vero ad locum pristinum descendisset, interrogavi: " Quare ridebas?,,, « quae respondit: "Risi quia stulte interrogavit,, ». Et ita porro plures alii testes, qui ritui sacro interfuerunt. Dubitari ergo nequit, quin ipso tempore celebrationis matrimonii Maria Vang amens fuerit. Unde etiam nova uxor, contra consuetudinem et mores Annamitarum, nunquam deducta fuit in domum mariti; quod unanimiter referunt testes, ut factum publicum et notorium, de quo addit Dominicus Dong Sì, pater Mariae, ad 9: « Nemo Mariam Vang in domum deduxit mariti;... Dominus Tai et « Maria Vang simul babitarunt biduum circiter vel triduum ; quibus « transactis diebus, quandocumque illa Dominum Tai videbat, eum od erat « valde; eumque saepe percutiebat et persequebatur ».

igitur Maria Vang amentem fuisse ipso tempore, imo ipso die et momento celebrati matrimonii, ex actis probatum est.

Nec dicas, si amentia Mariae ante matrimonium certa fuerit, non intelligi quomodo parentes sponsae et sponsi matrimonium illud proponere et acceptare potuerint, nec quomodo sponsus illud gratum habere potuerit, et sacerdos illi benedicere. - Ipse iudex delegatus, qui processum maxima cum diligentia instruxit, hanc ipsam difficultatem pluribus testibus proposuit; haec autem fuit eorum unanimis responsio, scilicet com-

munem spem fuisse puellam, sumptis medicinis, et inita vita coniugali, ex morbo recreandam esse; quod etiam putabat sacerdos; de quo dixit Dominus Dong Sì, ad 3: « Cum praefatus sacerdos vidisset morbum « Mariae Vang paulatim remittere, cumque ego et Dominus Tuam Nho « enixis precibus eum rogavissetnus ut matrimonio eius benediceret, « eique dixissemus Mariam Vang postea, adhibitis medicinis, e morbo « recreatum iri, ideo eius matrimonio benedixit ». Quod attinet ad Dominum Tai, sponsum, praeter hanc communem spem (cf. interrogatorium Annae Dong Sì, interrog. ex officio), praedictum matrimonium valde optabat, quia familia puellae dives erat et nobilis; unde etiam hodie, nonobstante evidenti uxoris amentia, omnino declarationi nullitatis huius matrimonii adversatur, ut supra dictum est.

Nec dicas, ad enervandam probationem ex depositionibus testium desumptam, hos testes in pluribus discordes esse, et ideo non tantam mereri fidem. - Nam verum quidem est testes circa quaedam adiuncta non omnino convenire, v. g. circa tempus quo Maria in coniugem postulata fuerit, vel circa annum celebrationis matrimonii, vel circa quaedam adiuncta huius ipsius celebrationis; sed, quoad facta praecipua, ex quibus amentia probatur, non sunt discordiae testium, licet non omnes testes eadem facta narrent, sed alii haec facta, alii alia.

Nec dicas in processu instruendo peritiam defuisse, et ideo non posse tuto de amentia pronuncian, quia cum amentia, dementia, furor, aliique similes animi status sint veri morbi, peritorum potius in scientia medica subiiciuntur iudicio. - Nam licet peritia sit multum utilis ád detegendam amentiae causam, et ad indicanda eius remedia, attamen sunt multa communia insaniae signa, omnibus nota, ad quae cognoscenda et iudicanda sufficit ut quis oculos et aures habeat; talia sunt plura signa in praesenti specie notata, v. g., proprios capillos veliere et comedere, proximos persequi et caedere, suppellectilem destruere, ridere et Aere absque ratione, absona loqui, etc. Mascardus, in suo doctissimo opere *De probationibus*, conci. 502 (tit. 1, fol. 312) plura huius amentiae signa recenset, sed nullibi peritiam requirit, ut de his signis recte iudicari possit; imo ubique supponit sufficere testes oculos et aures habentes. Nec ulla lex canonica peritiam requirit, ad probandum impedimentum amentiae. Ceterum, in praesenti specie, peritia non omnino defuit; medici quidem sententiam suam de morbo Mariae ore proprio coram iudice non expresserunt, sed eorum dicta a pluribus testibus relata sunt. Sic v. g. testis Dong Sì, pater Mariae, postquam multos medicos ad curandam puellam accersitos fuisse dixit, addidit, ad 10: «Eorum medicorum quilibet dicebat: « dementia est ex sanguine orta, quae difficile curari potest ».

His ergo omnibus tam in iure quam in facto consideratis et bene perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, iudicantes in prima instantia, *constare de nullitate matrimonii inter Dominicum Tai et Mariam Vang,* et sic ad dubium propositum respondemus *affirmative.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad. quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de Ref.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 27 iunii 1916.

Seraphinus Many, *Ponens.*

L. Çfa S. Ioannes Prior.

"Aloisius Sincero.

Ex Cancellaria, 28 iulii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 24 aprile, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti Ordinaria, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie :

•I. Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Andrea Filomeno Garcia Acosta, laico oblato dell' Ordine dei Frati Minori ;

li. Intorno alla revisione degli scritti dei Servo di Dio Felice de Andreis, prete della Missione;

Ili. Approvazione e concessione della Messa e dell'Officio proprio in onore dei Santi Martiri Gavino, Proto e Gennaro, Patroni principali dell'archidiocesi di Sassari, e Patroni meno principali di tutta la provincia di Sassari.

S. PENITENZIERIA APOSTOLICA

(SEZIONE DELLE INDULGENZE)

AVVISO DI CONCORSO

È aperto presso il S. Tribunale della Penitenzieria Apostolica (Sezione delle Indulgenze) il concorso per la provvista di un ufficio vacante. L'esame scritto avrà luogo nella Segreteria del S. Tribunale il giorno 24 Maggio p. v. a le ore **8** antimeridiane.

1 Sacerdoti, che desiderassero prendervi parte, non più tardi del 21 Maggio dovranno presentare alla Segreteria stessa la domanda corredata dell'attestato dell' Ordinario, da cui risulti nulla ostare alla loro ammissione alla prova, nonché degli altri titoli, che i concorrenti giudicassero opportuni.

Si avverte però che non sarà ammesso al concorso chi abbia oltrepassato il 35° anno di età.

Dalla Segreteria della S. Penitenzieria, 21 aprile 1917.

Bernardo Colombo, *Reggente.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

3 aprile 1917. L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore della Congr. dei Padri di Sant'Edmondo di Pontigny.*

» » » L'Emo signor cardinale Giulio Tonti, *Protettore della Congregazione del Patrocinio di S. Giuseppe.*

20 » » Mons. Eugenio Pacelli, Segretario della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari, *Nunzio Apostolico presso la Corte di Baviera,* assegnandogli il titolo arcivescovile di Sardi.

25 » » Mons. Giuseppe Palica, eletto arcivescovo titolare di Filippi, *Vicegerente nel Vicariato di Roma.*

26 » » L'Emo signor cardinale Andrea Ferrari, arcivescovo di Milano, *Membro della S. Congregazione dei Riti.*

28 » » Mons. Rodolfo Caroli, *Intemunzio Apostolico presso la Repubblica di Bolivia,* promovendolo alla sede arcivescovile di Tiro.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

14 marzo 1917. Mons. Pietro Briosehi, arcivescovo di Cartagena nelle Indie.
14 aprile » Mons. Enrico Guglielmo Cleary, vescovo di Auckland.

Protonotario apostolico ad instar participantium :

23 marzo 1917. Mons. Luigi Guadagnine della diocesi di Padova.

Prelati Domestici di S. S.:

22 marzo 1917. Mons. Enrico Tappert, della diocesi di Covington.
2 aprile » Mons. Pio Papi, di Roma.
» » » Mons. Francesco Pascucci, di Roma.
» » » Mons. Pio Mingoli, di Roma.
15 » » Mons. Pasquale Loy, della diocesi di Ripatransone.
17 » » Mons. Domenico Sci pioni, della diocesi dei Marsi.
19 » » Mons. Giovanni Gómez Delgado, della diocesi di Osma.
22 » » Mons. Alfonso Carinci, rettore dell'almo Coli. Capranicense.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, xlasse civile:

29 aprile 1917. Al sig. comm. Pio Folchi, di Roma.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

15 marzo 1917. Al sig. conte Giovanni Battista Venier, del Patriarcato di Venezia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 marzo 1917. Al sig. avv. Antonio Barbagelata, dell'archid. di Genova.
12 aprile » Al sig. Paolo de Churruca y Dotres, già Segretario dell' Ambasciata di Spagna presso la S. Sede.
13 » » Al sig. Antonio Bònnike, della diocesi di Haarlem.
14 » » Al sig. Mario Edoardo Marietti, dell'archidiocesi di Torino.
18 » » Al sig. Ugo Koenen, dell'archidiocesi di Colonia.

La Commenda dell'Ordine Piano con Placca:

2 aprile 1917. Al sig. avv. Pier Umberto Giaj-Levra, dell'archid. di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

29 marzo 1917. Al sig. avv. Enrico Santucci de Magistris, dell'archidiocesi di Napoli.
19 aprile » Al sig. Salvatore Donati, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. **Rina** Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

21 novembre 1914. Mons. Antonio Kjuder, della diocesi di Trieste.
» » » Mons. Mattia Dubrovic, della medesima diocesi.

SO gennaio 1915. Mons. Giovanni de Spens-Booden, dell'archid. di Vienna.
12 ottobre 1916. Mons. Paolo Blaho, dell'archidiocesi di Strigonia.
25 » » Mons. Arnoldo Pataky, della diocesi di Granvaradino.
19 gennaio 1917. Mons. Ladislao Majer, della diocesi di Vacia.
» » s> Mons. Ladislao Klarik, della medesima diocesi.
2 marzo » Mons. Luigi Lombardi, dell'archidiocesi di Benevento.
Mons. Francesco Pazzini, della diocesi di Montefeltro.
Mons. Francesco Borgongini-Duca, Segretario della Penitenzieria Apostolica.
7 Mons. Francesco Roberti, di Roma.
» Mons. Michele Jacchini, di Roma.
» Mons. Tito Panetti, di Roma.
20 Mons. Giovanni Perrotta, della diocesi di Caiazzo.
21 Mons. Giuseppe Rossino, Sostituto della S. Congregazione dèi Seminari e delle Università degli Studi.
Mons. Giuseppe Bauger, dell'archidiocesi di Porto Principe.
Mons. Giulio Pouplard, della medesima archidiocesi.
Mons. Tommaso S. 0' Reilly, dell'archidiocesi di Brooklyn.
Mons. Valentino Valentini, della diocesi di Orvieto.
28 Mons. Giuseppe Crosatti.
Mons. Giovanni Amleto Cicognani.
aprile Mons. Ottavio Marenghi.
Mons. Francesco Guglielmi.
Mons. Oreste Fraschetti.
Mons. Giuseppe Baldi.
Mons. Francesco Cuneo, della diocesi di Chiavari.
14 Mons. Giovanni Poli.
19 Mons. Antonio Sini, della diocesi di Ozieri.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

31 ottobre 1916. Il sig. Carlo Terlinden, dell'archidiocesi di Malines.
19 gennaio 1917. Il sig. barone Bernardo von Uchtritz, dell'archidiocesi di Vienna.
2 marzo » Il sig. visconte Oliviero di Spoelberch, dell'archidiocesi di Malines.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S, S.:

30 novembre 1914. Mons. Adolfo Grosch, della diocesi di Neosolio.
» » » Mons. Arnaldo Bobok, della medesima diocesi.
» » » Mons. Antonio Kúgyelka, della medesima diocesi.
25 ottobre 1916. Mons. Ignazio Diera, della diocesi di Nitria.

19 gennaio 1917. Mons. Aurelio Martin, della diocesi di Csanád.
22 febbraio » Mons. Giovanni Castellani, dell'archidiocesi di Udine.
2 marzo » Mons. Giuseppe Lodolini, della diocesi di Montefeltro.
23 » » Mons. Edoardo Herrera Najera, dell'archid. di Saragozza.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

7 marzo 1917 II sig. Pietro Tacconi, di Roma.
» » » Il sig. Enrico Tuccari, di Roma.

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S.:*

2 marzo 1917. Mons. Francesco Monti, dell'archidiocesi di Vercelli.

NECROLOGIO

23 febbraio 1917. Mons. Vincenzo Çluczynski, arcivescovo tit. di Filippo poli.
27 » » Mons. Giovanni Jung, vescovo tit. di Rosalia.
30 marzo » Mons. Angelo Struffolini, arcivescovo tit. di Filippi.
12 aprile » L' Emo signor cardinale Francesco de Bettinger, arcivescovo di Monaco e Frisinga.
13 » » Mons. Giuseppe Aversa, arcivescovo titolare di Sardi, Nunzio Apostolico di Baviera.
14 > » Mons. Giuseppe Alves de Mattos, arcivescovo tit. di Pessinonte.
24 » » Mons. Giacomo Uberto Blenk, arcivescovo di Nuova Orleans, nella Luisiana (Stati Uniti d America).

Annus IX - Vol. IX **Die 1 Iunii 1917** **Num. 6**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. X?

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILI SERVAE DEI ANNAE A S. BARTHOLOMAEO, CARMELITAE EXCALCBATAE, BEATORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod Ioannes vidit in monte Sion virginum agmen « sequi Agnum quocumque ierit » et suavissimum audivit « edere canticum quod nemo poterat dicere », luculenter demonstrat quanti apud Deum habeatur intemerata virginitas, ea nimirum vivendi ratio angelicae potius quam humanae naturae consentanea. Una quidem ex electo manipulo Virginum prudentium quae cum lampade oleo instructa obviam ivit Sponso moram facienti, et, ab eo veniente reperta et inventa parata, digna fuit intrare cum eo ad nuptias, merito compellari potest venerabilis ancilla Dei Anna a S. Bartholomaeo, monialis professa Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, S. Matris Teresiae discipula ac socia. Quem ad modum in Reformatione Carmelitanae Religionis novus Elias apparuit Teresia, quae vetustum Ordinem a S. Propheta in Carmelo Monte institutum ad pristinam disciplinam reduxit, ita novus Elisaeus visa est Anna, quae sanctae magistrae et legiferae Matris intra ipsius brachia recumbentis spiritum retinens, coepta a Teresia opera consummavit, amplificavit et mirabilia fecit in vita sua. Eadem in regione qua nata fuerat S. Teresia, nempe intra fines Dioecesis Abulensis in Hispania, in pago «de Armendral» nuncupato, prope civitatem Bäldensem, kalendis octobris anni MDXLIX ortum habuit venerabilis ancilla Dei a Ferdinando Garzia et Maria Mancanas piis coniugibus: eique in

curiali illius pagi templo lustralibus aquis ablutae Annae nomen fuit. Dum celebraretur ritus, fertur supra baptismatis fontem codeste lumen ad instar sideris emicuisse, quasi ut noscerent adstantes infantulam illam « datam fuisse in lucem gentium » ut foret in earum salutem. A genitoribus religiose educata, a teneris unguiculis pietatis laude floruit vitaeque innocentia. Silentio enim ac solitudini potius quam puerilibus nugis vacare egregiae indolis puella solebat. Defixa in coelestium rerum commentatione, flagranti in Deum rapiebatur amore, et misericors erga pauperes, industrio caritatis studio et subductis de mensa cibis, necessitatibus illorum subvenire studebat. Decimo aetatis suae anno utroque parente orbata, in clientelanti cessit fratrum qui custodiam ovium illi commisere. ^Impositum munus accepit humiliter, et dum pasceret gregem, novas in agris delicias reperit. Dulces avium concentus ad Creatorem recolendum puellae mentem excitabant, quae haud raro in extasim rapta, praesentia Iesu Christi, in forma infantis in eius gremio recumbentis, est recreata. Tunc vitae interioris spiritu adducta, in Asceterium virginum cupiit secedere, ac, recusatis nuptiis quas ei fratres paraverant, omnibusque impedimentis fortiter disiectis, in Monasterio Carmelitarum Excalceatarum per illud temporis Abulae fundato, se religioni illi mancipavit, ad quam supernaturali visione se divinitus vocatam praenoverat. Adiecta inter laicas sorores illius rigidissimae observantiae Ordinis, continuo ad vitae religiosae perfectionem tam citato cursu contendit, ut ob virtutum, quibus in exemplum eminebat, praestantiam, digna habita sit, etsi reluctans, quae nigro velo potiretur. Mira quippe in ipsa elucebat humilitas, singularis et in obtemperando alacritas atque in quibusvis molestiis perferendis patientia, accuratissima legum vel minimarum observantia, numquam intermissum precationis studium, cui dies noctesque quum instaret, alienato saepe a sensibus animo, divinae gratiae donis uberrime perfundebatur. Puritatis lilium, quod Deo a primis annis dicaverat, aspera praecinctum poenitentiae sepe, servavit, atque innocens corpus ieiuniis, flagellis, ciliciis aliisque exquisitis cruciatibus compescuit. Legifera Mater Teresia, Carmelitarum familiae moderatrix, tantarum virtutum demirata splendorem, in venerabili Anna sociam illam laborum suorum respexit, de qua Deus iam eam revelatione praemonuerat. Adhaesit ergo venerabilis Serva Dei Sanctae Teresiae lateri, quae indoctam atque humilem laicam sororem familiarem voluit ac sodalem dilectissimam, ac tum in fundandis novis Asceteriis, tum in religiosae familiae regimine illius valido auxilio consilioque prudenti usa est. Illi Diva Fundatrix magis ardua ac secreta ineuntis Ordinis negotia commisit, quae omnia, quasi divino spiritu afflata, ita luculenter implevit,

ut ipsa Mater, verae sanctimoniae iudex oculatissima, affirmare saepenumero non dubitaverit in se quidem esse sanctitatis speciem, in sorore autem Anna germanam sanctitatem. Plures annos Fundatrici adstitit pia ac sollers socia in provehendo firmandoque Carmelitarum Instituto, hisque in exantlandis laboribus conformis facta magistrae perfectionis ac sanctitatis, illius spiritum obtinuit. Quum Sancta Mater Teresia ad codeste premium convolavit, in ulnis dilectae filiae recumbens in Domino obdormivit, atque ex illa die venerabilis Annae brachia, quasi in memoriam illius virtutum suavitatis, mirandum redoluerunt odorem. Legiferae Matri quadraginta annos venerabilis Dei ancilla supervixit et opus immane a Teresia inchoatum alacri studio ac virili pectore perfecit atque auxit. In Galliam et in Belgium Carmelitarum familiam provexit; quatuor fundavit florentissima ipsius Ordinis Asceteria, Parisiis, Pontiniaci ac Turone; in Belgio autem illud Antuerpiae, ubi operosam vitam conclusit. His quidem in fundationibus singularia prodidit invictae constantiae et fortitudinis christianae exempla. Nullis pepercit laboribus, nulli indulsit quieti. Non aspera itinera, non minae haereticorum, non calumniae, non insectationes a proposito dilatandae suae religionis venerabilem Dei servam deterruere. In Illo « qui eligit infirma mundi ut « confundat fortia » spe coelesti confisa, imbecilla mulier, litterarum pene ignara, omnia, quae licet ardua, aggressa est, optatum ad finem feliciter adduxit. Praeposita regimini monasteriorum, quae fundaverat, Praesul vigilantissima, monialibus, suae vitae integerrimae exemplo, tutum christianae perfectionis iter ostendit. Sicuti « columba nidificans « in summo ore foraminis » in Deum iugiter suspexit. Theologicis non minus quam moralibus virtutibus praestans, non solum Dei et Ecclesiae praecepta, verum etiam evangelica consilia religiosissime servavit. Quoniam vero, ut Gregorius ait: « Spiritus Sanctus quo maiori luce « corda irradiât, eo abundantiori dono humilitatis ditat » virtutum omnium laudem humilitate singulari cumulavit. Maxima igitur etiam in vita sanctitatis opinione floruit, coelestibus recreata visionibus, simulque prophetiae, scientiae infusae et linguarum, revelationis arcanarum rerum nec non cordium scrutationis, supernaturalibus donis insignis. Tanta pollebat prudentiae fama, ut in gravibus negotiis consilium a venerabili serva Dei petituri, cuiusvis ordinis et conditionis homines confugerent ad eam, ac Principes quoque viri et dignitate ecclesiastica insignes Praesules, quos inter meminisse iuvat Hispaniae Infantem Serenissimam, Palatinae Poloniae Magnates, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Borgia, Antuerpiensis arcis Ducem gubernatorem, Episcopum Segobiensem et ipsam Christianissimam Galliarum Reginam. Tandem dierum non

minus quam bonorum operum plena, Antuerpiae, die VII mensis iunii, an. MDGxxvi placidissimo exitu ad coeleste praemium convola vit. Elata est funere triumpho simillimo, innumeris fidelibus ad sacrum corpus invisendum turmatim confitentibus. Quoniam vero « in memoria aeterna erit « iustus », corpus quidem conditum sepulchro est, virtutum vero famam consequentes etiam aetates exceperunt. Quare unus vix aut alter obierat annus a pretioso obitu sororis Annae a S. Bartholomaeo, et apud hanc Sedem Apostolicam Causa ipsius ancillae Dei, sicut mos erat temporis illius, suum iam sumpserat exordium. Obtenta siquidem est a fel. rec. Urbano PP. VIII, Praedecessore Nostro, quam vocant, Signatura Commissionis pro introductione Causae, brevique adornato super *fama in genere* Apostolica Auctoritate processu, iam eo deventum fuerat ut de heroicitate virtutum inquisitio rite institueretur. Sed potissimum ob eam, quae interim supervenit, novi iuris constitutionem quoad Canonizationis Servorum Dei processus, Causa tam cito inita longas passa est moras; et nonnisi anno MDCCXXXV Clemens PP. XII rec. me. Decessor Noster, virtutes, quibus ancilla Dei inclaruerat, heroicum attigisse fastigium sollemni decreto sanxit. His quidem probatis, bis fere saeculare in hac Causa secutum est silentium : sed Nos istud abrumpere existimavimus. Binas quippe sanationes, quae praesto iam erant, ut huic iectissimae Causae expectatum tamdiu imponi liceret fastigium, vero proprioque adiudicandas esse miraculo Apostolica Nostra Auctoritate ediximus per decretum v kalendas martias vertentis anni datum. Exinde hoc unum supererai discutiendum, cum ita de virtutibus ac de duplici miraculo esset probatum iudicium, nimirum ut Sacrorum Rituum Cardinales interrogarentur num venerabilem Dei Servam inter Beatas coelites recenseri tuto posse existimarent. Id praestitit Venerabilis Frater Noster Antonius S. R. E. Presbyter Cardinalis Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, Causae Relator, in generalibus Comitiis die tertia mensis martii vertentis anni coram Nobis habitis in Vaticanis aedibus, omnesque tum Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi, tum qui aderant Patres Consultores, unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos vero, etsi declarare non praetermiserimus « sollemnem diem Nos expe« ctare proximum quo Beatorum nomen cultumque fidelissimae huic San« ctae Teresiae corniti attribuere liceret » ob eamque rem pergrate Nobis contingere « quod novam apud Deum deprecatricem tam nobili auctam « titulo et Nobis et christiano populo addere possimus », attamen in tam gravi negotio divinae sapientiae praesidium et lumen impensius exoraturi, decretoriam sententiam adhuc differendam duximus. Tandem VIII kalendas apriles huius anni, videlicet Dominica Passionis, Euchari-

ristico Sacro religiosissime litato, accitis adstantibusque S. R. E. Cardinali Antonio Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefecto Causaeque Relatore, nec non R. P. Alexandro Verde, ipsius Congregationis Secretario, ac R. P. Angelo Mariani, Sanctae Fidei Promotore, sollemni decreto pronunciavimus tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis Ancillae Dei Annae a S. Bartholomaeo Beatificationem. Quae cum ita sint, Nos precibus permoti universi Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, Auctoritate Nostra Apostolica, harum litterarum vi, facultatem facimus ut venerabilis Dei famula Anna a S. Bartholomaeo, monialis professa Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, Beatae nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur atque imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Auctoritate Nostra Apostolica concedimus, ut de illa recitetur Officium et Missa celebretur singulis annis de communi Virginum, cum orationibus tamen propriis per Nos approbatis. Eiusmodi vero Missae celebrationem et Officii recitationem fieri dumtaxat concedimus in Dioecesi Antuerpiensi seu Mechliniensi, atque in omnibus templis ac Oratoriis quibus utitur ubique terrarum Carmelitarum Excalceatorum Ordo ab omnibus qui respective horas canonicas recitare teneantur; et quod ad Missas attinet, ab omnibus Sacerdotibus ad tempia in quibus eiusdem Beatae festum agitur confluentibus, servato decreto Sacrorum Rituum Congregationis (3862 *Urbis et Orbis)* die ix decembris anno MDCCCXCV dato. Denique facultatem facimus, ut sollemnia _Beatificationis venerabilis Servae Dei Annae a S. Bartholomaeo in Dioecesi ac templis supradictis celebrentur ad normam decreti seu instructionis SS. Rituum Congregationis diei xvi decembris anni MDCCCCII, de triduo intra annum a Beatificatione celebrando; quod quidem fieri praecipimus diebus per Ordinarium designandis intra annum postquam eadem sollemnia in Patriarchali Vaticana Basilica celebrata fuerint. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii S. Rituum Congregationis subscripta sint, et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus habeatur, quae Nostrae voluntatis significatam his Litteris ostensis haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die x aprilis MCMxviJ, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

TERTIARIIS SAECULARIBUS S. FRANCISCI DATUR FACULTAS BENEDICTIONIS SEU ABSOLUTIONIS RECIPIENDAE INTRA OCTIDUUM FESTIVITATUM QUIBUS EA EST ADNEXA.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae omnia ad Ecclesiae thesauris facilius perfruendum spectent, ea de more Romanorum Pontificum praestare libenti quidem animo solemus. Itaque cum dilectus filius Iosephus Antonius a S. Ioanne in Persiceto, Procurator et Commissarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum, humiles ad Nos preces admovent, ut saecularibus tertiariis S. Francisci exoptatum privilegium concedere dignaremur; Nos, quibus sane est compertum, quot laudes inclytus hic tertiarius Franciscalis Ordo sibi in Ecclesiam et in civilem communitatem comparaverit, piis hisce precibus benigne obsecundamus. Quare de omnipotentis Dei misericordia ac SS. Petri et Pauli, Apostolorum Eius, auctoritate confisi, et audito quoque dilecto filio Nostro S. R. E. Card. Poenitentiario Maiore, omnibus ac singulis saecularibus fratribus tertii Ordinis S. Francisci Patris, ubicumque degentibus, facultatem apostolica auctoritate Nostra praesentium tenore facimus, cuius vi Absolutionem seu Benedictionem excipere, servatis de iure servandis, valeant, quolibet die intra octiduum earum festivitatum, quibus eadem Benedictio est adnexa. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XIV aprilis MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. TITUM TROCCHI, ARCHIEPISCOPUM TITULAREM LACEDEMONIENSEM, DELEGATUM APOSTOLICUM CUBANUM ET PORTORICENSEM: QUAE IN PRIMO CONVENTU ANTISTITUM CUBANORUM DECRETA SUNT, PRAESERTIM CIRCA SEMINARIUM CLERICORUM, LAUDAT ET COMMENDAT.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — A venerabili fratre Nostro Sacrae Congregationis Consistorialis a Secretis relatum Nobis fuit de primo conventu annuo ab Antistitibus Cubanis, sub finem superioris anni, te Praeside, celebrato. Tu quidem, venerabilis frater, qui rei totius testis ac moderator aderas, de egregia Episcoporum voluntate amplissime enarrasti; quam ob rem et Nos minime ambigimus congratulationem Nostram et laudem eis ultro tribuere ac profiteri. Nihil enim ipsi habuisse prae oculis videntur, nihil decernendum censuisse, nisi quod et Dei gloriae et animarum utilitatibus et catholicae religionis inter suos profectui apprime conferret. Faxit Deus ut egregiae Pastorum voluntati uberrimi respondeant in gregibus fructus. Nos autem, quum cetera probamus, tum maxime quae de Seminario erigendo riteque moderando sapienter statuisti, statutaque ut naviter exequamini impense commendamus. Nisi etenim sacer clerus numero atque in primis merito augeatur; aut operarii deerunt qui in messem Domini mittantur; aut impares reperientur divino operi exercendo.

Spes autem et frequentis cleri et sacerdotum, qui apte ac strenue in Christi vinea laborent, tota est in sacro Seminario, ubi adolescentium animi ad sancta rite formentur, tum scientiarum studio, tum maxime exercitio virtutum. Quae omnia ut pro optatis cedant, tibi et universis Cubanis Episcopis apostolicam benedictionem, divinarum gratiarum auspicem et benevolentiae Nostrae testem, amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxi aprilis MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. IOANNEM CAVANAUGH, E CONGREGATIONE SANCTAE CRUCIS, MODERATOREM STUDIORUM UNIVERSITATIS A NOSTRA DOMINA NUNCUPATAE, EXEUNTE ANNO SEPTUAGESIMO QUINTO A CONDITA EADEM UNIVERSITATE.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Habet hoc virtus ut opinionem ac benevolentiam, nullo intercessore, conciliet. Sed *is, qui nuntium Nobis attulit sollemnium, quae apparantur, elapso anno septuagesimo quinto a condita ista studiorum Universitate, ita huius laudes laudibus intexuit religiosae familiae tuae, ut ad Nostram et opinionem et benevolentiam vix quicquam possit accedere. Initia enim atque incrementa praeclari huius operis fructus esse dixit laborum vestrorum; vobisque hoc in primis nomine habendam esse gratiam, quod concreditos adolescentes ita diligenter excolitis pietate ac doctrina, ut Ecclesiae ac civitati viros comparatis apprime utiles. Quam gratum id Nobis acciderit, vix attinet dicere. In hisce enim rerum asperitatibus, quarum aegre iam impetum sustinemus, haud licet meliora prospicere, nisi praecipua quadam cura adolescens complectatur aetas. Huius enim praesertim moribus vita in melius necti fingique potest populorum; eidemque Nos nimium quantum metuimus cum a tot vitiorum illecebris, tum etiam a tam late manantibus doctrinarum venenis.

Quandoquidem vero tua tuorumque sodalium in Athenaeum istud ita extant et constant merita, ut sua in iis sit pars Episcopis et clero, sua ceteris ex America catholicis, quorum studiis et auctae sunt Athenaei opes, et frequentissimi acciti undique auditores, et uberrime impertita rectae institutionis beneficia, gratulamur utrisque, eosque hortantes, ut in sententia ac liberalitate perseverent, tibi dilecte fili, tuis religiosis sodalibus atque omnibus praenobilis istius doctrinarum domicilii doctoribus atque alumnis, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem caritatis, apostolicam benedictionem peramanter in Domino largimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx aprilis MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD PETRUM S. R. E. CARD. GASPARRI, A SECRETIS STATUS SANCTITATIS SUAE, DE PACE A IESU CHRISTO, PER INTERCESSIONEM SANCTISSIMAE EIUS GENITRICIS MARIAE, CREBRIS SUPPLICATIONIBUS IMPETRANDA.

Signor Cardinale,

Il 27 aprile i915, con la Lettera diretta al rev. P. Crawley-Boevey, noi estendemmo a tutti coloro, i quali consacrassero la loro casa al Sacratissimo Cuore di Gesù, le Indulgenze due anni prima concesse per tale atto di pietà dal Nostro Predecessore Pio X, di venerata e santa memoria, alle famiglie della Repubblica Cilena. Ci arrideva allora, vivida e serena, la speranza che il Divin Redentore, chiamato a regnare visiburnente nei focolari domestici, vi diffondesse gl' infiniti tesori di mitezza e di umiltà del Suo Cuore amantissimo e preparasse tutti gli animi ad accogliere il paterno invito alla pace, che Ci proponevamo d'indirizzare nel Suo Augusto Nome ai popoli belligeranti ed ai loro Capi nel primo anniversario dello scoppio dell'attuale terribile guerra. L'ardore, con cui le famiglie cristiane ed anche i soldati dei vari eserciti combattenti offrirono da quel giorno a Gesù l'omaggio di amorosa sudditanza tanto accetto al Suo Cuore Divino, accrebbe la nostra speranza e Ci confortò a levare più alto il paterno grido di pace.

Indicammo allora ai popoli l'unica via per comporre - con onore e con beneficio di ciascuno di essi - i loro dissidi e, tracciando le basi su le quali dovrà posare, per essere duraturo, il futuro assetto degli Stati, li scongiurammo, in nome di Dio e dell'umanità, ad abbandonare i propositi di mutua distruzione e addivenire ad un giusto ed equo accordo.

Ma la Nostra voce affannosa, invocante la cessazione dell'immane conflitto, suicidio dell'Europa civile, quel giorno ed in appresso rimase inascoltata! Parve che salisse ancor più la fosca marea di odi dilagante tra le Nazioni belligeranti, e la guerra, travolgendo nel suo spaventevole turbine altri paesi, moltiplicò le rovine e le stragi.

Eppure, non venne meno la Nostra fiducia! Ella lo sa, Signor Cardinale, che ha vissuto e vive con Noi nell'ansiosa attesa della sospirata pace. Neil' inesprimibile strazio dell'animo Nostro e tra le lagrime amarissime, che versiamo sugli atroci dolori accumulati sopra i popoli combattenti da questa orribile procella, Noi amiamo sperare ornai non

più lontano l'auspicato giorno, nel quale tutti gli uomini, figli del medesimo Padre Celeste, torneranno a considerarsi fratelli. Le sofferenze dei popoli, divenute presso che importabili, hanno reso più acuto e intenso il generale desiderio di pace. Faccia il Divin Redentore, nell'infinita bontà del Suo Cuore, che anche negli animi dei governanti prevalgano i consigli di mitezza, e che, conscii della propria responsabilità innanzi a Dio ed innanzi all'umanità, essi non resistano più oltre alla voce dei popoli invocante la pace!

A tal fine salga a Gesù, più frequente, umile e fiduciosa, specialmente nel mese dedicato al Suo Cuore Santissimo, la preghiera della misera umana famiglia e Ne implori la cessazione del terribile flagello. Si purifichi ciascuno più spesso nel salutare lavacro della sacramentale Confessione, e all'amantissimo Cuore di Gesù, congiunto al suo nella Santa Comunione, porga con affettuosa insistenza le sue suppliche. E poiché tutte le grazie, che l'Autore d'ogni bene si degna compartire ai poveri discendenti di Adamo, vengono, per amorevole consiglio della sua Divina Provvidenza, dispensate per le mani della Vergine Santissima, Noi vogliamo che alla Gran Madre di Dio in quest'ora tremenda più che mai si volga viva e fidente la domanda dei Suoi afflittissimi figli. Diamo, quindi, a Lei, Signor Cardinale, l'incarico di far conoscere a tutti i Vescovi del mondo il Nostro ardente desiderio che si ricorra ai Cuore di Gesù, trono di grazie, e che a questo trono si ricorra per mezzo di Maria. Al quale scopo Noi ordiniamo che, a cominciare dal primo dì del prossimo mese di giugno, resti fissata nelle Litanie Lauretane l'invocazione *Regina pacis - ora pro nobis,* che agli Ordinarii permettemmo di aggiungervi temporaneamente col Decreto della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinarii in data del 16 novembre 1915.

Si levi, pertanto, verso Maria, che è Madre di misericordia ed onnipotente per grazia, da ogni angolo della terra, nei tempi maestosi e nelle più piccole cappelle, dalle reggie e dalle ricche magioni dei grandi come dai più poveri tuguri, ove alberghi un'anima fedele, dai campi e dai mari insanguinati, la pia, devota invocazione e porti a Lei l'angoscioso grido delle madri e delle spose, il gemito dei bimbi innocenti, il sospiro di tutti i cuori bennati: muova la Sua tenera e benignissima sollecitudine ad ottenere al mondo sconvolto la bramata pace e ricordi, poi, ai secoli venturi l'efficacia della Sua intercessione e la grandezza del beneficio da Lei compartitoci.

Con questa fiducia nel cuore, Noi imploriamo da Dio su tutti i popoli, che abbracciamo con eguale affetto, le più elette grazie ed

impartiamo a Lei, Signor Cardinale, e a tutti i figli Nostri la Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 5 maggio 1917.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. D. IULIANUM GUILELMÜM CONAN, ARCHIEPISCOPUM PORTUS PRINCIPIS, ADMINISTRATOREM APOSTOLICUM GONAÏVESENSEM, COETEROSQUE HAITIANAE REIPUBLICAE ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS, DE COMMUNIBUS LITTERIS, OCCASIONE ANNUI CONVENTUS EPISCOPALIS REVERENTER DATIS, GRATIAS AGENS.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Confirmantur consilia ac proposita Nostra iudicio vestro vestraeque pietatis officiis ; et quamquam in eamdem belli flammam alias ex aliis coniicere se gentes videmus, eoque res esse deductas, ut prope vincere iam coeperit humanam medicinam morbus, a suadenda tamen pace ab impertiendisque christianae caritatis beneficiis numquam cessabimus, plurimum in Eo confisi, qui, quando velit, potest imperare ventis et mari, ac magnam facere tranquillitatem. Ex hisce benemerendi studiis vos quidem haec interim Nos praemia laturos confìditis, ut paci ipsi conciliandae firmandaeque adlaboremus, tantumque apud omnes valeat grati animi fidelis memoria, ut quem prae ceteris noverint pacis suasorem auctoremque fuisse, ab eodem pacis securitatem ac diuturnitatem petendam expectandamque esse intelligant. Id Nos, non Nostra quidem caussa, sed Ecclesiae ac gentium plurimarum vehementer cupimus; vosque interim, venerabiles fratres, quae adhuc pro communi salute vota ad Deum nuncupastis, in iis multo nunc acrius incumbite. Is enim qui dixit: *petite et accipietis*, fidelis est: sed rogari diu a nobis vult et nostris quasi precibus fatigari.

Pro significatione voluntatis debita vobis et agimus et habemus gratias, ac caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae apostolicam benedictionem vobis omnibus, venerabiles fratres, vestrisque dioecesibus peramanter in Domino largimur.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VII maii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DB SPIRITISMO

Feria III, loco IV, die 24 aprilis 1917

In plenario conventu habito ab Emis ac Rmis Dñis Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito dubio: « An liceat per *Medium,* ut vocant, vel sine *Medio,* adhibito vel non « hypnotismo, locutionibus aut manifestationibus spiritisticis quibuscum- « que adsistere, etiam speciem honestatis vel pietatis praeseferentibus, « sive interrogando animas aut spiritus, sive audiendo responsa, sive « tantum aspiciendo, etiam cum protestatione tacita vel expressa nullam « cum malignis spiritibus partem se habere velle ». - Iidem Emi ac Rmi Patres respondendum decreverunt : « *Negative in omnibus* ».

Et Feria v, die 26 eiusdem mensis, Ssmus D. N. D. Benedictus Div. Prov. PP. XV relatam sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 27 aprilis 1917.

Aloisius Castellano, *S. B. et U. L Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

S. Congreg. Consistorialis decretis, Ssrñus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

4 maii 1917. — Cathedrali Ecclesiae Tudensi praefecit R. P. D. Emmanuelem Lago y Gonzalez, hactenus episcopum Oxomensem.

12 maii. — Cathedralibus ecclesiis Auximanae et Cingulanae R. P. D. Pacificum Fiorani, hactenus episc. Cornetanum et Centumcellarum.

19 maii. — Titulari episcopali ecclesiae Sinopensi R. D. Eugenium Beccegato, antistitem urbanum et in dioecesi Tarvisina pro-vicarium generalem; deputatum in Administratorem Apost, dioecesis Cenetensis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

PISAUREN.

ASSOCIATIONIS CADAVERUM

27 ianuarii 1917

SPECIES FACTI. - Sub a. 1824, Pisauri, intra ambitum paroeciae Ss. Gassiani et Heracliani, erectum fuit nosocomium pro dem entibus curandis ex totius provinciae territorio, illique adnexa est publica ecclesia S. Benedicto dicata. Quum cogitaretur de stabili ibidem cappellano •constituendo, Ordinarius a S. Sede impetravit obtinuitque, de consensu tamen parochi, privilegium exemptionis a parochi iurisdictione, ad hoc ut cappellanus posset, independenter a parocho, sacramenta in nosocomio ministrare, morituris adesse, atque cadavera, peractis exsequiis, *in ipsa ecclesia* S. Benedicti sepulturae tradere. Verumtamen privilegium, in hac postrema parte, seu quoad ecclesiasticam sepulturam, paulo post effectu suo caruit: nam sub a. 1828 conditum est Pisauri publicum coemeterium, vetitumque ne in ecclesiis aut alio quam in novo coemeterio, cadavera sepelirentur; quaestio itaque exarsit cuinam competeret vita functorum in nosocomio dementium funera ducere. Acriter contendit parochus Ss. Gassiani et Heracliani huiusmodi ius ad se tantummodo spectare, dum ex adverso tum capitulum ecclesiae cathedralis, tum alii parochi urbani obsisterent. Controversia tandem (ut latius enarratur in *Thesaur. Resol S. C.* C, a. 1887, t. CXLVI, p. 219 ss.) composita fuit circa a. 1885 conventione facta, qua parochus Ss. Cassiani et Heracliani obtinuit ius exclusivum funerandi quoscumque dementes *advenas :* ceteri autem parochi urbani ius suum servarent circa suorum filianorum, qui in nosocomio dementium decessissent, funera. Immo parochus, ad dubia praecavenda, nonnullas normas in exsecutionem factae concordiae cappellano nosocomii sub 30 iunii 1885 praescripsit, quibus sancivit suum ius exclusivum in funera dementium *advenarum,* qui expensis ipsorum aut familiae in nosocomio degissent *(pensionati);* concessit autem cappellano facultatem peragendi exsequias, in ecclesia hospitalis, super *dioecesanis,* sicut etiam super universis « dementibus *communibus* », qui nempe expensis Pii Operis sustentati in nosocomio fuissent, addens tamen associationem cadaverum extra nosocomii septa, esse et manere

exclusivum parochi ius; sartum denique tectumque voluit ius parochorum urbanorum circa funera et associationem « dei defunti pensionati « della Città e Porto ». Ad rem autem animadvertendum est, iuxta morem, numquam satis deplorandum, qui inolevit in pluribus hospitalibus, cadavera *communium,* ut aiunt, dementiurn, quorum nempe levandorum curam familia superstes non suscepisset, curru communi pauperibus destinato e manicomio Pisaurensi, *noctu,* atque ideo absque sacerdote, ad coemeterium deferri consuevisse: quapropter nullum ex iure sive onere suscepto quoad funera dementiurn advenarum, circa eos qui ad classem communem pertinuissent, parochus Ss. Cassiani et Heracliani commodum aut incommodum in his rerum adiunctis sentiebat.

Quum autem anno 1910 municipium Pisaurense statuisset ut etiam delatio pauperum ad coemeterium fieret diurno tempore, Ordinarius denuntiavit singulis parochis civitatis onus et officium comitandi etiam defunctos pauperes, curru communi vectos, ad coemeterium. Huic mandato statim obtemperarunt parochi omnes, ac Ss. Cássiani et Heracliani quoque parochus, quoad pauperes domi, et etiam quoad pauperes suos paroecianos in manicomio demortuos; non vero quoad alios pauperes dementes extra-urbanos, seu advenas, ad territorium provinciae spectantes. Quod quum rescivisset Ordinarius, primum parochum de officio monuit; quo detrectante et onus illud in defunctorum parochos, ac pro eis, in manico m ii cappellanum refundente, tandem litteris decretoriis diei 20 februarii 1916 decisit atque ex sua auctoritate iniunxit « che l'obbligo « di associare i cadaveri dei defunti poveri nel manicomio, spetti al « parroco, e non già ai cappellano dell' Istituto ». Adversus hoc decretum parochus ad H. S. Congregationem Concilii recursum interposuit, postulans ut declararetur idem decretum in casu non sustineri.

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - *Favore parochi* haec praesertim allegantur. In primis, si praesens quaestio ad tramitem iuris communis diiudicanda esset, videretur ius et officium funerandi et associandi cadavera dementiurn, in casu, competere *parocho cuiusvis proprio* ratione domicilii vel quasi-domicilii. Hoc sane evincitur ex cap. *Is qui,* 3, *De sepulturis,* in VI, atque ex innumeris H. S. C. decisionibus, signanter ex tribus Bononien., dd. 13 febr. 1694, 24 ian. 1867, 14 maii 1881. In themate proinde ius et onus funerandi et associandi cadavera dementiurn in manicomio Pisauren. spectaret totius provinciae parochis: quum enim dementes rationis usu habitualiter destituti sint, habere non possunt, immo nec habere praesumuntur, in ipsis quoque dilucidis intervallis, animum perpetuo, vel saltem ad maiorem anni partem, commorandi in

nosocomio, ut domicilium vel quasi-domicilium acquirere valeant in paroecia Ss. Gassiani et Heracliani, in qua illud situm est.

At praesens quaestio dirimenda potius videtur ex iure particulari, quod causam habuit a rescripto apostolico diei 2 iunii 1828, quo nempe exemptio iuxta modum nosocomio concessa est, quodque deinde observatum est usque ad nostra tempora. Vi etenim huius privilegii et subsequutae observantiae *cappellano* pro tempore manicomii ius inerat,cui et officium respondebat, non solum ministrandi infirmis sacramenta, verum etiam in contigua ecclesia iustis persolutis exsequiis eorumdem Cadavera tumulandi. Equidem, quum, paulo post, sublata sunt omnia coemeteria particularia, et coemeterium publicum institutum fuit, quo corpora omnium defunctorum deferri deberent, tunc officium funebre, quod in ecclesia celebrari perrexit, et tumulatio, quae in coemeterio publico extra moenia fieri debuit, distincta sunt. Attamen de iure cappellanus, qui officium funebre celebrabat, etiam corpora tumulare debebat, ideoque ea usque ad coemeterium associare. Nam institutio coemeteriorum publicorum nihil mutavit quoad iura ecclesiarum particularium, ita ut ecclesiae particulares (regulares vel saeculares), quae, ratione sepulturae electae vel gentilitiae, ius habebant funera celebrandi, ius etiam (et officium) retinuerint corpora tumulandi, non quidem in ipsis ecclesiis aut in coemeterio contiguo, sed in coemeterio publico; non ius sed solus locus materialis mutatus est. Id constantissima huius S. C. G. iurisprudentia firmavit, uti constat ex Gamerinen., *Sepulturae,* 20 novembris et 18 decembris 1819,23 iunii et 24novembris 1821 *(Thesaurus,* t. 79, pag. 333,342 ; t. 81, pag. 189, 317); ex Derthonen., *Spolii,* 24 martii et 14 aprilis 1821 (ibid., t. 81, pag. 100, 128); ex Ariminen., *Funerum,* 16 iunii 1827, ad 3, 4, 5 (ibid., t. 87, pag. 104) ; ex Forolivien., *Funerum,* 26 ianuarii 1833 (ibid.. t. 93, pag. 14); ex Aesina, *Iuris funerandi,* 26 novembris 1864 (ibid., t. 123, pag. 485); ex una Forolivien., *Iuris funerandi,* 16 septembris 1871 (ibid., t. 130, pag. 657); ex Urbinaten., *Funeris,* 14 augusti 1875 (ibid., t. 134, pag. 675; cfr. praesertim, pag. 678-679), etc. ita ut hac in re nulla possit esse difficultas. Quamobrem cappellanus manicomii Pisaurensis, qui, anno 1828, duo iura, scilicet funerandi et tumulandi, exercebat, eadem duo iura, instituto coemeterio publico, exercere debuisset; nisi quod corpora defunctorum tumulare debuisset in coemeterio publico, ideoque ea ad hoc coemeterium associare.

Nec obiicere iuvat, cappellanum manicomii relevatum fuisse ab onere associandi ad publicum coemeterium corpora dementium, eaque proinde ibi tumulandi, propter contrariam invectam consuetudinem. Nam in casu consuetudo legitime induci haud potuisse aut posse videtur, quippe

a iure prohibita. Siquidem haec S. G. huiusmodi consuetudinem non associandi cadavera ad sepulturam tamquam iuris corruptelam et abusum habuit, ex. gr. quum in Apuana, *Funerum,* diei 19 maii 1888, non obstante contraria observantia vi cuius mortui pauperes hospitalis S. Antonii noctu deferebantur ad sepulturam absque sacerdotis comitatu, mandavit, ut « associatio cadaverum fiat iuxta praescriptum Ritualis « Romani ». Hac posita praescriptione et prohibitione, non fit locus consuetudini, ut eruitur ex cap. *Cum instantia, de censibus;* quia hoc in casu consuetudo habere nequit vim privilegii, etsi sit immemorialis; ex cap. 1, *de consuetudinibus* in VI, et notat glossa in Clement., 1, vers. *Quantacumque, de foro competenti.* .

Neque subsumi posse videtur, cappellanum manicomii in hoc praeseripsisse saltem contra ipsum parochum. Nam Curia Pisaurensi ultro fatente, parochus hic nullo umquam tempore associavit cadavera pauperum manicomii ad publicum coemeterium. Quin immo idem parochus nec ius habet hos demortuos funerandi; quod e contrario vi privilegii apostolici ac subsequutae praescriptionis unice competit cappellano manicomii. Si itaque hic solus habet ius eos funerandi, idem habere debet ius et associandi ad publicum coemeterium ibique tumulandi. Siquidem haec duo iura, licet materialiter sint distincta, iure tamen communi separari nequeunt; unde effatum: *ubi tumulus, ibi funus;* ac e converso. Id evincitur ex cap. *Nos instituta* 1, *de sepulturis,* nec non ex iurisprudentia huius S. C, ex. gr. in Lucana, 17 iunii 1722, in Tridentina, 3 febr. 1724, in Civitatis Castellanae, 18 febr. 1764, ubi in folio causae adnotatur: «Exsequiae ad ritum sepeliendi pertinent, ipsumque actum « sepeliendi comitantur, et a sepultura non separantur ».

Quod si parochus S. Cassiani associât ac tumulat cadavera divitum adven aram manicomii, id repeti posse videtur vel ex electa sepultura in propria ecclesia, vel ex tacita cappellani conniventia et inducta consuetudine, vel etiam ex conventione.

Ceterum etiam nunc videtur parochus S. Cassiani posse sibi reservare ius funerandi ac tumulandi divites advenas manicomii, simulque onus imponere cappellano associandi et tumulandi eosdem pauperes in publico coemeterio. Etenim privilegium exemptionis a iurisdictione paroeciali manicomio concessum non fuit absolute sed sub conditione, subordinatum nempe consensui parochi S. Cassiani. Huic proinde integrum erit, in illud ex toto vel ex parte consentire, aut etiam limitibus suo arbitrio circumscribere.

Ex adverso tamen haec afferuntur. - Praenotatur non esse omni dubitatione vacuum quod parochus *nunc* assumit, de domicilio demen-

tium: si enim hi ob defectum voluntatis pupillis aut infantibus sunt comparandi, etiam observari debet infantes et pupillos domicilium vel quasi-domicilium sortiri iuxta voluntatem tutorum seu curatorum suorum: quapropter, quum dementes, in themate, Pisaurum sint missi a curatoribus suis, ad diuturnum tempus, pro difficilis et forsan insanabilis morbi curatione, profecto in loco ubi morantur domicilium ac parochum proprium nanciscuntur. Quamobrem dubium non esse videtur, *de iure communi,* curam universam et etiam funera dementium, in casu, ius esse et officium parochi Ss. Gassiani et Heracliani, cuius igitur foret et cadavera universa, nulla facta distinctione inter dementes pauperes aut divites, advenas seu proprios, ad sepulturam associare.

Verum quidem est in casu, ius commune non plene vigere, attento privilegio exemptionis ab Apostolica Sede, de consensu etiam parochi concesso : attamen quoad punctum controversum, privilegium illud invocari nequit, sive pro una sive pro altera parte, prout ex enarratis in facto, et ex eiusdem privilegii tenore, aperte liquet. Controversia enim est de associandis cadaveribus pauperum dementium, de nosocomii cella mortuaria, usque ad publicum coemeterium. Atqui de hoc privilegium non cavet, nec cavere poterat, eo quod in rerum adiunctis quae vigebant quando illud concessum est, casus id non ferebat, quum cadavera intra ipsa nosocomii septa, nempe in ecclesia vel circa ecclesiam nosocomio adnexam, sepelirentur. Hinc petitum et concessum est « di poter (il cappellano) tumulare i cadaveri *nella chiesa di S. Bene-« detto,* già fornita di convenienti sépulture, senza dipendere menoma-« mente dal parroco ». Si autem privilegium in casu non cavet, planum est integras suas vires exserere ius commune, quod, ut vidimus, hoc ius et onus imponit parocho loci in quo nosocomium situm est.

Ceterum etiam dato dementes, in casu, non sortiri domicilium in nosocomio, ac per illud in paroecia, sed suum servare (prout de ceteris infirmorum generibus iure constat), quod ante ingressum in nosocomium habuerant, et ideo, relate ad parochum Ss. Cassiani et Heracliani habendos esse tamquam advenas seu forenses (quod - sit obiter adnotatum - idem parochus, qui nunc agit, acriter impugnavit in consimili causa adversus capitulum et confratres actitata, d. 14 mai 1887: *Thes. CXLVI* p. 223 s.), nec in huiusmodi hypothesi parochus a controverso onere eximeretur. Nam de iure particulari, quod originem habet a quadam vetere transactione inita a. 1707 inter parochos et Capitulum cathedrale Pisaurense - quae, quum post diuturnam observantiam, in discrimen vocata coram H. S. C. fuisset, solemnem confirmationem obtinuit, per resolutionem d. 14 mart. 1887 - funera forensium seu advenarum quorumcumque

in civitate Pisauri de iure sunt parochi loci. Hanc autem transactionem perinde valere, et de facto valuisse quoad dementes in nosocomio provinciali, plura sunt argumenta. Etenim, in primis, parochi *urbani*, ad normam illius, per concordiam d. 20 oct. 1886, quam pariter servandam S. h. C. in citata resolutione edixit, ad art. 6: « dichiarano di voler « sempre salvo e rispettato ogni diritto sui *rispettivi* parrocchiani reclusi « nel manicomio, siano essi delia classe detta dei pensionati, siano di « quella chiamata dei comuni », unde concluditur, quoad dementes advenas, integrum ius et onus parocho Ss. Cassiani et Heracliani competere. Secundo, quia explicite, *Capitulum cathedrale,* ab a. 1885.cuicumque prae tenso iuri in funera dementiurn advenarum cesserai favore parochi, hisce apertissimis verbis: « il Capitolo, per ragioni particolari « della dimora dei dementi, e per amore di concordia, cede al medesimo « signor Priore il funere di tutti i forestieri che. morissero nel mani- **oc** comio ». Tertio, quia de facto ab a. 1885 deinceps parochus Ss. Cassiani et Heracliani cadavera dementiurn advenarum, quorum associatione tunc opus esset, nempe quorum funera, etiam in foi ma pauperum, cura et expensis familiae peragerentur, ad coemeterium associavit. Quid plura? Idem parochus in normis seu « regolamento fra il parroco di S. Cas- « siano, e il *Cappellano* del manicomio, riguardante i funeri dei dementi « del manicomio », quas normas cappellano praescripsit die 30 iunii 1885, simpliciter et absque ulla distinctione cautum voluit: « I *funeri* dei « dementi comuni come quelli dei pensionati diocesani saranno ese- « guiti dal Rmo Cappellano dello stabilimento, nella chiesa dell'ospizio, « facendo propri i piccoli emolumenti degli uni e degli altri, quando « quelli dei secondi non venissero reclamati dal parroco del defunto. « Per l'associazione poi, dei cadaveri *fuori dello stabilimento, nulla viene « immutato e rimane di diritto esclusivo del Parroco* ». Quae praescriptio adeo explicita est, ut omnes ambages praecidere videatur. Unum quod opponere liceret, id esset, in casu praescriptum illud circa associationem cadaverum cadere tantummodo in eos qui praeferantur « pensio- « nati diocesani »; quia, quum norma condita est, non erat locus, ex rerum adiunctis quae commemoravimus, associationi cadaverum « dei « dementi comuni », nec locus revera fuit, usque ad a. 1910, quum, abolito intolerabili more deferendi noctu huiuscemodi cadavera ope currus communis, statutum fuit ut illa quoque diurno tempore, comite sacerdote, ad coemeterium associarentur. Hancque demum esse praetensionem parochi, nempe adsociandi cadavera dementiurn divitum, aut illorum in quorum adsociatione, licet in forma pauperum peracta, aliquod tamen *emolumentum* a familia recipere solet, et refundendi in

cappellanum onus adsociandi cadavera pauperum, in quorum exsequiis nullius temporalis lucri spes adest, in comperto ponitur ex praenotatis tum in facto, tum in iure, ac etiam ex assertiva parochi (circa finem) ubi de licita limitatione sui consensus loquitur. Sed hanc praetensionem praevalere vetat in primis logica ratio, quia in lege ab ipso parocho condita *unica* norma comprehenduntur exsequiae tum « dei defunti com- « muni », tum « dei pensionati diocesani », nempe: « che l'associazione « dei cadaveri fuori dello stabilimento (sive cum emolumento sive cum solo incommodo) « è e rimane diritto esclusivo del Parroco », et *ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus;* secundo, idipsum apertissime prohibet canonica aequitas, quia nempe nimis aequum est ut *qui sentit commodum, et onus sentire debeat (Reg.* 55, *iur.* in VI). Demum animadvertendum est, etsi agatur de *novo onere* imponendo, quia hucusque, spectatis rerum adiunctis, usque ad a. 1910 vigentibus neuter, de *facto,* nec parochus nempe, nec cappellanus, pauperum cadavera adsociavit, attamen non parem esse *in iure* utriusque conditionem : quia pro parocho onus novum quod praefertur, revera *implicitum* erat in iure et obligatione suscepta, adsociandi cadavera advenarum; sed pro cappellano illud nec implicite nec explicite prostat: fatente enim parocho in ipsis normis a. 1885, etiam antecedenti tempore, ideoque ab initio seu a fundatione nosocomii, numquam cappellanus ius aut onus sustinuit associandi cadavera dementium extra septa nosocomii. Quae denique parochus opponit, in epistolis ad h. S. C, de impossibilitate in qua versatur cadavera pauperum dementium associandi, quum ipse sit in aetate 80 annorum constitutus, et pro paroecia 5000 animarum nonnisi unum vicarium adiutorem habeat, haec argumenta, uti patet, cum spectent facti transitoriam conditionem, nihil in quaestione iuris valere possunt; his autem satis occurrit Episcopus, dum in primis animadvertit ad piam adsociationem funebrem ius habere christifideles omnes, sive pauci sive plures sint, sive pauperes sive divites; secundo recolit incommodum illud succrevisse facto proprio parochi, qui a. 1887 non sivit Capitulum cathedrale prorogare curam, quam eo usque temporis susceperat, dementium *advenarum;* tertio spondet se facturum ut - post decisam quaestionem iuris - opportunis modis et remediis conditio parochi iam valde onerati relevetur.

RESOLUTIO. - Hisce omnibus utrimque disceptatis, quum in plenariis Emorum Patrum comitiis, die 27 ianuarii 1917 habitis, propositum esset dubium :

Utrum confirmandum sit an infirmandum decretum Curiae Pisaurensis diei 20 februarii . 1916 (quo nempe statuebatur « che l'obbligo

« di associare i cadaveri dei poveri defunti nel manicomio spetta al « parroco e non al cappellano dell' Istituto »),

S. Congregatio Concilii respondendum censuit:

Affirmative ad primam partem ; *negative* ad alteram, seu « decretum « in casu esse confirmandum ».

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Benedicto divina Providentia PP. XV relatione, per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in audientia insequentis diei, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

INTERPRETATIO DECRETI « CUM DE SACRAMENTALIBUS »

In articulo V Decreti *Cum de Sacramentalibus* diei 3 februarii 1913 statutum est: « Si qua religiosa ad animi sui quietem et maiorem in via « Dei progressum, aliquem specialem confessarium vel moderatorem «spiritualem postulet, erit facile ab Ordinario concedendus; qui tamen « invigilabit ne ex hac concessione abusus irrepant; quod si irrepserint « eos caute et prudenter eliminet, salva tamen conscientiae libertate ».

Circa hunc articulum proposita sunt S. Congregationi de Religiosis sequentia dubia:

I. An confessarius specialis seu spiritualis moderator pro aliqua religiosa deputatus iuxta art. V Decreti *Cum de Sacramentalibus,* valeat perpetuo in suo munere permanere, vel potius concedendus sit ad tempus praefixum.

II. An deputari valeat in confessarium specialem seu conscientiae moderatorem alicuius religiosae, qui in decurso triennio confessarii ordinarii communitatis munere functus sit, nondum a cessatione praedicti officii anno expleto.

Emi Patres Cardinales huius S. Congregationis de Religiosis, tota rei ratione mature perpensa, in plenario coetu habito die 20 aprilis currentis anni 1917 responderunt:

Ad primum: Specialem confessarium seu moderatorem spiritualem concedendum esse non ad tempus praefixum, sed donec perduret iusta

causa necessitatis vel utilitatis spiritualis religiosae, quae postulaverit, ad normam Decreti *Cum de Sacramentalibus*, sub n. 13.

Ad secundum: Affirmative.

Facta autem de hisce omnibus relatione ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis, in audientia diei 22 eiusdem mensis aprilis, Sanctitas Sua Emorum Patrum sententiam benigne ratam habuit et confirmavit.

I. CARD. TONTI, *Praefectus.*

'f Adulphus, Ep. Canopitan., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

SANCTI IACOBI DE CHILE

DECRETUM DE INTRODUCTIONE CAUSAE BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI FR. ANDREAE PHILUMENI GARCIA ACOSTA, LAICI OBLATI, ORDINIS FRATRUM MINORUM.

Nobilis chilenae nationis principem S. Iacobi urbem, quam Venerabilis Petrus Bardesius, laicus Ordinis Fratrum Minorum, singularibus virtutibus iampridem decoraverat, saeculo nuper elapso alter eiusdem Ordinis sodalis Andreas Philumenus Garcia Acosta, simili gloria sanctisque operibus illustravit. Quem humilem Dei servum illius civitatis et regionis incolae, non modo magna aestimatione et veneratione prosequuntur, sed etiam caelitum honoribus dignum praedicant, eiusque causam beatificationis et canonizationis ad sacrorum rituum Congregationem deferri ac promoveri curarunt. In oppido *Hampuienta*, apud insulas Canarias, ab honestis piisque parentibus Gabriele Garcia et Augustina Acosta, die 10 ianuarii anno 1800, ortum duxit Andreas Maria de Doloribus, ita in sacro fonte nominatus, qui postea cognomen assumpsit Philumenum ob peculiarem devotionem quam ipse habuit, fovit ac dilatavit in chilena regione erga inditam virginem et martyrem sanctam Philumenam. Domesticis curis, tum ad religionis mysteria et praecepta, tum ad litterarum rudimenta intentis, apprime respondit puer; qui, factus aetate robustior et paterno gregi pascendo addictus, Deum in solitudine ad cor eius loquentem intime audivit.

Divina operante gratia, dum caelestia magis appeteret et christianae cathechesi tradendae simul incumberet, tam per taedium mundi, afflictationem corporis et contemptum sui, quam per continuas piasque exercitationes ad perfectiorem vitam agendam se praeparabat. Inter cetera commemoratur eius peculiaris amor in Beatissimam Virginem Mariam, ad quam devoto affectu colendam festivisque cantibus celebrandam, statis horis, puerorum agmina cogere atque excitare solebat, ipse dux, magister et exemplar. Agens aetatis annos triginta, annonae caritate adstrictus, patriam reliquit et in civitatem Montem Videum concessit; ubi, provido consilio vitae alendae ac devotioni fovenda'e, libris religionis et pietatis legendis et vendendis operam dedit. Interim in suae conscientiae moderatorem Andreas elegit unum ex Fratribus Minoribus P. Philippum Echanagucia, concionatorem apostolicum, qui, inspecta in eo pie vivendi consuetudine, sacramentorum frequentia et propensa in Franciscalem Ordinem amplectendum voluntate, illum in sancto proposito ita confirmavit, ut paulo post Andreas in Montis Videi coenobio habitum S. Francisci rite induerit. Quamvis disciplinae regularis observantissimus, tamen asperam tulit persecutionem ex qua valde timens ne sui aliorumque religiosorum pax et concordia turbaretur, spirituali directore suadente, conventum sibi dilectum deserere debuit. Alienae iniuriae immemor et veniae largitor, extra claustra manuali labore victum quotidianum sibi comparasse et numquam ab incoepto perfectionis tramite defecisse perhibetur. Ad sacrum tamen recessum inclinatus, suamque spem collocans in divino praesidio, quod enixis precibus implorabat, a superioribus religiosis in eodem coenobio receptus est. Brevi post, sédition e in urbe Monte Video exorta, Andreas, ab ipso coenobio cum sodalibus depulsus, sancti Francisci habitum exuere et ad prístinos labores et vicissitudines redire coactus fuit. Tum, suae conscientiae directorem P. Echanagucia in regionem chilenam secutus, multa cum illo in itinere passus est ab audaci ac proterva nautarum turma, donec ad urbem S. Iacobi de Chile, Deo favente, pervenit. Illic in Franciscali conventu comiter exceptus et religioso tertiariorum habitu denuo indutus, caritatis et humilitatis officium, stipem rogandi pro sacris, et fratribus ac pauperibus, cum gratiae, virtutis et vitae regularis incremento, diligenter adimplevit usque ad obitum. Ineunte autem mense ianuario an. 1853 gravi morbo correptus, sciens diem mortis suae proxime ad venturam, extremis decedentium sacramentis munitus, solemnia religionis vota, quae numquam antea proferre obtinuerat, de licentia R. P. Custodis, nuncupavit; atque christianae fidei symbolo, coram sodalibus in Christo sibi dilectis, recitato,

placido ore animam, exhalavit, die 14 ianuarii anno 1853. Exequiis cum cleri populique frequentia solemniter celebratis et funebri etiam oratione pronuntiata, Servi Dei exuviae in publicum coemeterium illatae sunt; et biennio post, civium pecunia oblata, coenobii superiore curante, in franciscale templum translatae, in digniore conditae sepulchro quiescunt, prope splendidum altare S. Philumenae Virg. et Mart. sacrum. Interim fama sanctitatis Servi Dei in vita et post obitum magis in dies invalescente, Processus Informativus super ea in ecclesiastica Curia S. iacobi de Chile ordinaria auctoritate confectus est, et ad sacrorum rituum Congregationem delatus. Instante autem Rmo Patre Francisco Maria Paolini, Ordinis Fratrum Minorum postulatore generali, attentisque litteris postulatoriis quorundam Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, Illmi ac Rmi Domini Archiepiscopi S. Iacobi de Chile una cum suo Capitulo, aliorumque Archiepiscoporum et Episcoporum praesertim ex Italiae, Hispaniae et Americae regionibus, necnon superiorum generalium Ordinum seu Congregationum religiosarum, praeeunte P. Seraphino Cimino, ministro generali Ordinis Minorum, aliarumque personarum illustrium, quum, revisione rite peracta super scriptis eidem Dei Famulo attributis, nihil obstet quominus ad ulteriora procedi possit, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, loco et vice Emi ac Rmi Domini Cardinalis Sebastiani Martinelli, Causae Ponentis, in Ordinariis sacrae rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius infrascripti Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 24 aprilis 1917.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Fr. Andreae Philumeni Garcia Acosta, laici oblati ex Ordine Fratrum Minorum, die 25, çisdem mense et anno.

i% ANTONIUS CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Ruf.,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

SECTIO DE INDULGENTIIS

VULGANTUR DOCUMENTA QUAEDAM CONCESSIONIS INDULGENTIARUM

I

« Cor Iesu Eucharisticum, adauge nobis fidem, spem et charitatem ».

Concedimus indulgentiam trecentorum dierum fidelibus praedictam invocationem devote recitantibus.

Ex Aedibus Vaticanis, die 5* aprilis, Feria V in Coena Domini, anno 1917.

BENEDICTUS PP. XV

Praesentis concessionis authenticum documentum, prout de iure, exhibitum fuit Sacrae Poenitentiariae Apostolicae, Sectione de Indulgentiis, hac die 17 aprilis 1917.

In fidem, etc.

Bernardus Colombo, *S. P. Regens.*

L. © S.

II

« .1. Signore nostro, Gesù Cristo, noi ricorriamo a Voi; Dio santo, « Dio grande, Dio immortale, abbiate pietà di noi e di tutto il genere « umano. Purificateci dai nostri peccati e dalle nostre debolezze col « Vostro Sangue divino. Amen.

« % Gesù mio, in Voi credo, in Voi spero, Voi amo, a Voi mi dono.

« Madre mia santissima, datemi confidenza in Voi.

« Quando, Gesù mio, vedrò la Vostra bella faccia? -

« O Maria, Voi siete la fortezza mia, la liberazione, la pace e la « salute mia ».

Concediamo trecento giorni d'indulgenza, applicabili alle anime del purgatorio, per ogni volta che si recitano queste preghiere.

Dal Vaticano, 21 dicembre 1916.

BENEDICTUS PP. XV

Praesentis concessionis authenticum exemplar huic S. Tribunali Poenitentiariae Apostolicae, Sectione de Indulgentiis, prout de iure exhibitum fuit.

In fidem, etc. Die 20 aprilis 1917.

Bernardus Colombo, *S. P. Regem.*

L. © S.

SACKA ROMANA ROTA

I

ISOLANA

IURISPATRONATUS

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 8 iunii 1916, RR. PP. DD. Ioseph Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Raphael Chimenti, Auditores de turno, in causa* lsclana - Iurispatronatus, *inter sac.* Iosephum Vuoso, *actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem ex officio adv. Hildebrandum Silvestri-Faà, et parochum* Aloisium Di Maio, *reum conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem, pariter ex officio, adv. Ioannem Delia Cioppa, interveniente et disceptante in causa Promotore Iustitiae pro legis tutela et Ecclesiae libertate, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Intra limites paroeciae S. Georgii, in oppido vulgo *Testacelo di Barano,* extat quaedam cappella dicata B. Virgini Mariae Gratiarum. Cum dictae paroeciae rector Aloisius Di Maio persentiret suam ecclesiam nimis angustam pro aucto parochianorum numero capiendo, consilium iniit illam ampliandi ope translationis in cappellani praefatam laicalis sodalitatis S. Mariae Constantinopolitanae, cuius oratorium adnexum erat ecclesiae parochiali et cui proinde ex huiusmodi translatione nova ala in ampliatione aedificii acquiri poterat. Ad hunc effectum, obtento, mense iulio anni 1913, prius consensu Sodalitatis et dein licentia Episcopi, successivo mense novembri initus fuit contractus restaurationis cappellae inter coemeteri structorem Napoleone et parochum Di Maio, interveniente etiam rectore Georgio Di Iorio. At sac. Ioseph Vuoso, canonicus Isclanus, qui nullam antea curam foverat,

sive de reparatione cappellae, sive de providendis in ea sacris suppellectilibus, et qui insuper novo operi a parocho suscipiendo dederat consensum, ex inopinato, sententia mutata, mense ianuario anni 1914 primum apud Curiam Episcopalem et dein etiam, ope laici apparitoris, protestationem emisit, contendens se esse patronum memoratae cappellae utpote descendens ab huius fundatore Aniello Nobilione et susceptum a parocho novum opus ad normam iuris nunciavit.

Curia Episcopalis seu Vicarius Capitularis, tunc temporis Sede Episcopali vacante, ut tuto in hoc negotio procederet, edictales literas edidit contra praetendentes eventuales patronos, assignato eisdem tempore utili unius mensis ad sua iura deducenda: quo spatio perdurante tantum canonicus Vuoso coram eadem Curia apparuit pro vindicando asserto patronatu, dum e contra parochus Di Maio illum impugnavit. Instante dein canonico Vuoso apud Sanctissimum ut quaestio a nostro Tribunali in primo gradu solveretur, Sanctissimus eiusdem precibus benigne annuit, et ita nobis diiudicanda ex pontificia commissione est demandata.

Interea notandum quod, propositis a partibus suis allegationibus, ab actore Vuoso nova petita fuit instructoria, at, ea concessa, ipse censuit a lite recedere; ex adverso autem parochus Di Maio, cum ageretur de novis operibus struendis et insuper de libertate ecclesiae statuenda, institit ut causa proponeretur. Quare iterum per publicum edictum citati sunt interesse habentes, sed nemo comparuit, et causa disceptatur cum interventu Promotoris Iustitiae, et, additis a partium procuratoribus novis deductionibus, sub sequentibus dubiis: I. *An constet de iuspatronatus favore sac. Iosephi Vuoso in casu.* Et quatenus *affirmative: U. An constet de violatione iurispatronatus et quomodo providendum in casu.*

In iure sequentia praemittenda et recolenda sunt. Iuspatronatus a quibusdam doctoribus definiri solet, quod sit « ius quoddam singulare, « certis in honoribus commodisque consistens, cui etiam certa onera « cohaereant, concessum iis, qui beneficia vel ecclesias fundarunt aedi- « ficando et dotarunt, vel etiam iis qui ab eisdem causam habent » (Santi, *Praelect.,* 1, lib. 3, tit. 38). Ab aliis vero vulgo definitur quod sit « ius « praesentandi clericum ad beneficium vacans », at, uti observat Cardinalis D'Annibale *(Summula Theol. Mor.,* vol. III, n. 26, in nota) haec non est definitio patronatus, sed partis eius, et, ut ait Card. De Luca *(Disc. 59,* n. 17, h. t.): « solum ius praesentandi non facit patronatum ». Confer etiam Vivian *(De Patronatu,* lib. II, cap. 9, n. 24), iuxta quem (lib. I, cap. 2) « est ius honorificum, onerosum et utile alicui competens

« in ecclesia pro eo quod. de diocesani consensu Ecclesiam fundavit, « construxit vel dotavit ipse, vel is a quo causam habuit, solus vel alio « concurrente ».

Iuspatronatus in sua origine aliud est ex gratia seu privilegio iure singulari, aliud ex iustitia seu ex iure communi, scilicet ex causa onerosa. Illud originem trahit ex privilegio S. Sedis, vel alterius cui Sancta Sedes communicaverit, et ex consuetudine vel praescriptione, quae non sit immemorialis, quia haec aequivalet meliori titulo de mundo et hinc etiam titulo fundationis vel dotationis. Iuspatronatus ex iustitia, seu ex iure communi, derivatur ex triplici titulo, nempe fundationis, dotationis et fundi, iuxta illud *Glossae* (in cap. 26, lib. 3, *Decretal.*, tit. *De lurepatr.):* « Patronum faciunt dos, aedificatio, fundus » Confer De Luca *(Compendium de iurepatr.*, n. 12-14). Hinc iuspatronatus acquiritur per constructionem, si quis videlicet aere suo ecclesiam aedificaverit; per fundationem, si quis fundum ad construendam ecclesiam praebuit; per dotationem, si quis dotem dedit aptam et idoneam per quam consultum sit sumptibus, quos ecclesiae conservatio et ministri postulant. Qui haec tria unus praestitit, is quoque unus patronus efficitur, at cum alter ecclesiam excitavit, alter fundum, alter dotem dedit, hi omnes patronatum in solidum consequuntur, modo cum consensu Episcopi aedificatio ecclesiae facta fuerit (Devoti, *Ius can.*, lib. I, § 53). At sedulo advertendum cum Fagnano (Cap. *Quoniam de Iurep.*, n. 34) quod, qui tantum ecclesiam aedificat, non acquirit iuspatronatus nisi quoque ei ipse vel alter dotem congruam assignet. Neque enim sine dote ecclesia aedificanda est: quia imo citatus auctor tradit eam esse constituendam ante ecclesiae aedificationem, nisi agatur de patronis, qui patronatum insimul in solidum iuxta supra exposita obtineant. Et ratio est, iuxta Vecchiotti *(Instit. can.*, lib. II, § 32) « quia, sicuti concessio fundi, sine « constructione ecclesiae, ita etiam constructio, sine dote ad ministros « alendos et cultum exhibendum, prope inutilis est ». Unde nequit Episcopus assentiri, ut quispiam ecclesiam aedificet, nisi dotem constituat (Conf. Santi, 1. c, n. 17; Barbosa, *De officio et potest. Episcopi*, par. 3, alleg. 70). Rite autem constructa ecclesia, fundatori iure ipso absque ulla reservatione vel hominis concessione iuspatronatus acquiritur ad normam cap. 25 h. t. Unde *Glossa* ita diserte tradit: « Fundatori iuspa- « tro natus ipso iure debetur, etiamsi non petat, vel in pactum deducat » (ad cap. IX, *De consec*, dist. 1).

iuspatronatus acquiri potest non solum originariis modis supra descriptis, sed etiam derivativis, puta cessione, donatione, haereditate, etc., dummodo non agatur de patronatu expresse restricto ad certam clas-

sem. Sed, uti observat Devoti (1. c, n. 3), donatio, cessio et translatio in privatum hominem collata indiget Episcopi auctoritate, collata in ecclesiam vel monasterium non indiget (cap. 8, h. t., cap. un. eodem, in VI). Ratio vero necessitatis huius consensus in priori casu est, uti expendatur in decisione Rotali *Pisana - Altaris,* 1 iulii 1587, coram Gomitolo: « quia auctoritas Episcopi intervenire debet in translatione iurispatro- « natus, ut videat an expediat ecclesiae mutare patronum et evitentur « fraudes et fictae venditiones, ut advertunt DD. in dicto capite ». Illud nec non ex aliis rationibus quas explicat Lambertini *(De iurep.,* p. Il, art. 10) Confer etiam *Soanen. -Benef.,* 13 iunii 1633, coram Coccino; *Ferrarien. - Iurisp.,* 30 apr. 1635, coram Dunozetto.

Relate vero ad iurispatronatus probationem, omissa illa forma rigorosa a Tridentino Concilio (in cap. 9, sess. 25, *De Bef.),* praescripta pro assertione patronatus potentium, de qua in casu non attinet disputare, haec tenenda sunt. Cum quaelibet ecclesia praesumatur libera, onus probandi patronatum, quae servitutem quandam pro ecclesia gignit, transfunditur et incumbit asserenti se esse patronum (Card. De Luca, L c. n. 53). At quomodo acquisitio iurispatronatus probatur? Si agatur de tribus titulis supra recensitis, potior est scriptura ex qua appareat ex consensu Episcopi, omnia praestita esse requisita ad patronatus assecutionem. Dantur etiam aliae probationes suppletivae, ut codex ecclesiarum, enunciativae in antiquis; sed hae debent univocae esse et generaliter per se non probant quando versantur directe circa obiectum in controversiam vocatum, ut pluries tenuit Rota. Enunciativae in Bulla positae non probant, quando principaliter disputatur de enunciato. Rota coram Dunozetto, in *Aprutina - lurisp.,* 10 iunii 1624: « Enunciativa- « non probat, ubi principaliter contigit dubitari de enunciato », coram Verospio, in *Nepesina - Tutelae,* 16 novembris 1648; ita etiam in *Bremen - Praepositurae,* 7 iulii, coram Coccino: ad summum praefatae enunciativae afferri possunt praesumptive seu adminiculative (Mascard, *De probat.,* conci. 623, n. 29, De Luca, eod. tit., dis. 57). Si vero sermo sit de patronatu ex privilegio vel ex praescriptione immemoriali, probationem constituunt vel scripturae privilegium dantes, vel multiplicatae factae praesentationes a tempore omnium memoriam excedente. Quo vero ad patronatum ex modis derivativis provenientem, praesertim quoad cessionem vel donationem, probari debet translationem huiusmodi factam esse ex consensu Ordinarii, et quod eidem non repugnet natura patronatus utpote gentilitii vel familiaris: quod si agatur de patronatu fundo vel rei emphitheuticae adiecto seu de patronatu reali, haec adnexio ulterius evinci oportet.

In facto. Hisce igitur in iure animadversis, Domini perrexerunt ad expendenda facta, quae propositam quaestionem tangunt. Et primo de aedificatione ecclesiae seu cappellae B. V. Mariae Gratiarum facta a sac. Aniello Nobilione: hanc fuisse ab eo constructam, licet super area ab eius fratre Augustino empta, iuxta assertionem in* schematibus genealogicis utriusque familiae Nobilione et Vuoso *(Summ, pro Di Maio,* 23-24), extra controversiam est, uti scatet ex quodam indice in archivio Curiae (« Notamento degli atti beneficiali della città e diocesi d'Ischia »), in quo haec particula legitur: « Testaccio, 1748. Atti della fondazione della « Chiesa di S. Maria delle Grazie facienda da D. Aniello Nobilione » ; quae explicatur et completur in quadam instantia ab eodem sacerdote porrecta S. Sedi circa annum 1751 pro obtinendo indulto asservandi SSmum Sacramentum in praefata ecclesia. Inibi haec edicitur aedificata ab Aniello suis sumptibus: «fornita a sue spese», sed additur etiam concurrisse stipem collatitiam fidelium : « illustrata ancora dalla carità « e devozione dei nobili fedeli », praesertim alienigenarum qui in eam regionem pro balneis tunc temporis sese conferebant. Cum itaque fratres Nobilione unus aream praestiterit et alter super ea dictam ecclesiam aedificaverit, viderentur ipsi ex iure patroni evasisse. Haec vero non tanti momenti a Dominis reputata sunt ad adstruendum patronatum, tum quia ecclesiae aedificatio contigit etiam concursu fidelium, tum quia non constat de assignatione dotis ex parte familiae Nobilione, cui defectui consultum est et adhuc consulitur ex fidelium eleemosynis ceu ipse testatur Ordinarius, et Aniellus sac. Di Scala 75 an. natus. Sac. Vuoso patronus ex sequentibus Gagliardi *(De Iurep.,* cap. V) verbis arguit hanc assignationem non requiri: « Fundator, ubi ecclesiae aedi« ficandae licentiam obtinuit, ipso iure ipsoque facto patronatum adipi« scetur ». Verum citatus auctor inferius sequentia habet: « Fundatori « incumbit necessitas nedum aedificandi ecclesiam et construendi in area « sua, verum etiam praefiniendi quae ad luminaria et custodiam et « sacrum ministerium et alimenta ministrantium in ea clericorum suf« fidant... eatenus, et constructor ecclesiae, vel eius heres, compelli queat « ad eam dotandam vel supplendam dotem insufficientem... eamque ob « rem nonnisi post perfectam undequaque fundationem seu aedificatio« nem et dotationem ecclesiae oriri » *(luspat.* docuit Fagn., in cap. *Quoniam de lurep.).* Ideoque « absque constitutione dotis quis aedificans « ecclesiam, etiam in proprio fundo, erit benefactor, sed dici nequit ex « hoc patronus ». Neque cum dicto Defensore haec dotis assignatio deduci potest ex verbis Iosephi D'Ascia in sua *Historia Insulae Isclanae,* edita anno 1868, in qua, folio 480, § 5, de ecclesiis dioecesis haec habet

super ecclesia B. M. V. Gratiarum: « Fu costruita dal sac. D. Giorgio «Napoleone circa un secolo e mezzo fa; ed è posta nel centro del « comune. La sua forma è ovale, comunica con un casamento del fon- « datore: la rendita di questo casamento fu destinata al suo manteni- « mento ». Haec enim historica assertio, praeterquam quod continet errorem in fundatoris nomine, nullo est subnixa documento et proinde nullam fidem sibi vindicare valet.

Ulterius, ad probandum iuspatronatus familiae Nobilione super cappella B. M. V. Gratiarum, afferuntur duo acta sacrae Visitationis, nempe illud anni 1792 et aliud anni4826. In primo edicitur: «Eodem die « 23 septembris 1792... successive visitatae fuerunt tum ecclesia S. Mariae « Gratiarum... de iurepatronatus familiae Nobilione... tum etiam aliae •< cappellae... ». In altero diei 5 iulii 1826 haec leguntur: « Successive •< (Episcopus) visitavit ecclesiam sub titulo S. M. Gratiarum de iurepatro- « natus, ut asseritur, Augustini Nobilione ». Haec secunda expressio cum sit dubitativa, «ut asseritur », primam minuit; deinde notandum quod in aliis actis sacrarum Visitationum successivis de hoc iurepatronatus familiae Nobilione omnino tacetur;, ceu fidem peragit cancellarius Curiae Episcopalis: «Il vice Cancelliere della Curia Vescovile d'Ischia certi- « fica che negli atti di sacre Visite eseguite dai Vescovi d'Ischia Mon- < signor Romano (1855), Mons. Di Nicola (1872-77), Mons. Portanova « (1886-87), Mons. Palladino (1902-03-04), non si fa menzione di diritto « di patronato dei Nobilione sulla Chiesa di S. Maria delle Grazie in « Testaccio ». Ex adverso adducitur etiam liber manuscriptus continens loca pia et cappellas obnoxias solutioni taxae favore Seminarii, et inter has recensetur: « La cappella sotto il titolo di S. M. delle Grazie, patro- « nata dall'Illmo Sig. D. Aniello Nobilione ». Sed, e contra, Episcopalis Curia testatur « che nel vecchio libro *Indice,* in cui sono notati gli atti « di fondazione di beneficii, chiese, cappelle della diocesi d'Ischia del « secolo decimo ottavo, negli atti di ciascuna fondazione in cui vi è « diritto di patronato, questo diritto viene esplicitamente significato », et de hoc iurepatronatus nulla mentio fit in actu fundationis cappellae B. M. V. Gratiarum, uti superius visum est. Unde si aliquando obrepit expressio *iurispatronatus* haec potius repetenda est vel ex publica erronea fama, vel melius ex facto quod familia Nobilione pure deputavit cappellae Rectorem, quin ulla praesentatio intercesserit coram Ordinario, quae simplex deputatio nullum iuspatronatus praeseferre valet ad normam sacrorum Canonum.

Sed, dato etiam et non concesso quod Aniellus Nobilione, ex pura aedificatione cappellae, absque dotis collatione, iuspatronatus acquisierit,

uti nonnulli canonistae contendunt, adhuc probandum remanet illud transiisse ad familiam Vuoso ad quam pertinet actor can. Vuoso. Sed hoc praestare nequit, quia in casu desunt tabulae fundationis ad quas recurrendum est pro determinanda natura iurispatronatus, iuxta Card. D'Annibale (1. c, n. 25, in fine) et Card. De Luca *(Dis. 60,* n. 15). Dubium itaque est utrum assertum iuspatronatus sit haereditarium vel familiare, aut mixtum vel reale: ex enunciativis in actis sacrae Visitationis videretur esse familiare, agnatitium; sed huiusmodi iuspatronatus cedit et transferri non potest ad extraneos nomen familiae non praeferentes, cum ex providentia fundatoris transeat ad masculos ab eodem descendentes, et apud retinentes familiae nomen remaneat,, quod non contigit in foeminis matrimonio iugatis, quae mariti nomen assumunt.

Actor Vuoso contendit controversum iuspatronatus transiisse ad suam familiam quando nuptiae conciliatae sunt inter Mariam Ioannam Nobilione et Dominicum Vuoso, unum ex suis ascendentibus, anno 1825,. et id evenisse dotationis titulo, uti ex instrumento tractatus antenuptialis producto; verum in hoc instrumento nullum verbum recurrit de cessione iurispatronatus, quae, ut alia omittantur, sequi nequibat ob defectum consensus Ordinarii. Neque dici potest illud transisse, quatenus ageretur de iurepatronatus reali, per cessionem fundi una cum superextante cappella titulo dotis; nam haec hypothesis diluitur ex facto quod, anno 1831, Augustinus Nobilione, post secutum matrimonium suae filiae Ioannae cum dicto Dominico Vuoso, partem subiectam solo praefatae cappellae una cum apothecis vinariis favore Blasii Di Jorio,, uti ex relativo instrumento constat.

Ultimo loco actor confugit ad argumentum praescriptionis contra familiam Nobilione et eius descendentes, et hanc praescriptionem probare satagit ex eo quod sua familia non semel rectores deputavit in saepius nominata cappella, sed, e contra, liquet de una tantum nominatione Rectoris facta a sac. Ioanne Vuoso, anno 1885, in persona sac. Ianuarii Di Scala. Verum haec nominatio peracta fuit auctoritate privata, non ministerio Curiae ad praesentationem sac. Vuoso. Mortuo vero sac. Di Scala rectoriam cappellae occupavit actor Iosephus Vuoso, nulla tamen praevia praesentatione vel canonica institutione. Promoto dein Vuoso ad canonicatum in Cathedrali Isolana, praevia parochi Di Maio indicatione, renunciatus fuit cappellae rector actualis cappellanus Di Iorio Georgius, uti patet ex declaratione Vicarii Capitularis tunc temporis: « Dopo la morte dei sac. D. Gennaro Scala non fu da « chicchessia presentato alcuno per la nomina del nuovo cappellano o>

«Rettore di detta Chiesa, come neppure perla nomina dell'ultimo cap-« pellano sac. Giorgio Di Iorio, indicato e suggerito dal parroco di Maio ». Ultimus itaque status non favet actori praetendenti iuspatronatus in cappèlla sub titulo B. M. V. Gratiarum, sed potius huius libertati; quare praetensa iurispatronatus violatio ex parte parochi Di Maio cum licentia Curiae reparationes cappellae peragentis omnino est reiicienda.

Quibus omnibus rite consideratis ac sedulo perpensis, nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, propositis dubiis respondentes: Ad I *Negative,* ad II *Provisum in primo.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3 Concilii Tridentini, sess. XXV, *De Ref.*, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. Romanae Rotae, die 8 iunii 1916.

Ioseph Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani Amadori.
Raphael Chimienti.

L..ffi S.

Ex Cancellaria, die 18 augusti 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

Citatio edictalis

RHEDONEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DUBONAYS-DE COUGNY)

Cum constet ex testimonio Curiae Archiepiscopalis Rhedonen. mulierem conventam ioannam de Cougny reperiri non posse, infrascriptus S. R. Rotae Auditor, Ponens in hac causa, per praesens edictum, praefatam Ioannam de Cougny peremptorie citat ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem, in sede Tribunalis die 7 augusti currentis anni, hora 11, ad effectum ut subscribatur infrascriptum dubium, nec non dies destinetur, quo habebitur Turnus Rotalis pro causae, de qua supra, definitione ; ulterius declarando, si non compareat, processum continuatum et terminatum iri in eius contumacia,

DUBIUM

An constet de matrimonii nullitate in casu?

Ordinarii locorum et quicumque fideles quibus notitia est de loco commorationis praefatae Duae Ioannae de Cougny curare debent, quatenus fieri possit, ut de hae citatione edictali moneatur.

Datum Romae, die 10 maii 1917.

Aloisius Sincero, *Ponens.*

L. $ S.

Ex Cancellaria, die 10 maii 1917.

Ioannes Lade!ei,
Notarius S. R. Rotae.

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par Edit

RHEDONEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DUBONAYS-DE COUGNY)

Gomme il résulte de plusieurs enquêtes faites dans la Curie Archiépiscopale que la dame défenderesse Yvonne de Cougny ne peut être trouvée, l'Auditeur de Rote soussigné, Ponent en cette cause, cite péremptoirement, par le présent édit, la même Yvonne de Cougny à comparaître personnellement, ou par procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine le 7 août 1917 à onze heures, pour vouloir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote, déclarant en outre que, si elle ne comparaît pas, le procès Canonique sera continué et terminé en sa contumace.

DOUTE

Conste-t-il de la nullité de mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux et les fidèles qui auraient connaissance du lieu de la résidence de la dite Yvonne de Cougny doivent faire en sorte, dans la mesure du possible, qu'elle soit avertie de la présente citation.

Donné à Rome, le 10 mai 1917.

Aloisius Sincero, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria, die 10 maii 1917.

Ioannes Ladelei,
Notarius S. R. Rotae.

SUPREMUM
SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

OSTIENSIS

EMPHYTEUSIS

In Ordinario Congressu habito in aedibus Emi ac Rmi P. D. Michaelis Card. Lega, Praefecti, die 13 ianuarii 1917, intervenientibus, una cum Patre Secretario, nonnullis Praelatis Votantibus et Referendariis, inter alias in examen deducta est petitio Angeli Paolini expostulantis ut signaretur commissio, qua deferretur S. R. Rotae iudicium de iure emphyteutico Oratoris in latifundio Curiae Episcopalis Ostiensis. Prodiit rescriptum reiectionis petitionis Angeli Paolini utpote omni fundamento destitutae. Institit Orator ut recederetur a decisis, sed in Congressu habito die 10 martii c. a. rescriptum est « In decisis, et extendatur decisio ».

Decisio sequentis tenoris est.

Instrumento publico diei 25 iulii anno 1797 Episcopalis Mensa Ostiensis, quae tunc ab Emo Cardinali Albani tenebatur, contractu emphyteutico- latifundium Ostiense ad eamdem Mensam pertinens fratribus Vincentio et Iosepho Paolini concedebat in *solidum* et « per essi « ai loro figli a terza generazione mascolina da incominciare la prima « generazione dai figli dei detti Giuseppe e Vincenzo ». Fratres Paolini non modo eo instrumento ad Canonem solvendum, sed etiam ad specialia melioramenta, nec non ad summam quinque millia libellarum statim Mensae Ostiensi solvendam titulo ingressus, Obligabantur. Anno 1809 Vincentius Paolini eiusque filius impubes, ac nonnulli filii Iosephi fratris, praemortui supeçstites erant. Iam instrumento publico diei 13 augusti 1809 Vincentius, habito consensu nepotum ac eiusdem filii sui, consentiente Emo Episcopo Ostiensi, pro summa libellarum 25.000 Ëmphyteusim fratribus Canori alienavit. Interea Vincentii filius sine prole obiit, et ex filiis Iosephi tantummodo Philippus filium habuit, qui Iosephus nominatus fuit. Hic duos filios generavit, nimirum Philippum et Angelum, qui postremus, in hac causa Actor, anno 1854 natus est. Hi duo in casu tertiam generationem repraesentant. Philippus et Angelus iam ab a. 1866

alienationem Emphyteusis ab ipsorum antecessore Vincentio peractam, nullam fuisse contendere coeperunt utpote *laetitiam*, qua ab antecessoribus privari non possent, neque licite neque valide, cum in emphyteusi *pactitia* descendentes iure proprio succedant.

Verum, cum fratres Canori obligationes quibus tenebantur non solverent, Emphyteusis Mensae Episcopali Ostiensi devoluta est, ac ab eadem Mensa Aldobrandini Principi concessa fuit. Fratres autem Paolini in vindicatione Emphyteusis Ostiensis persistebant. Anno vero 1868 Philippus Paolini morte subreptus est, et cum Angelus Paolini in lite perdurare^ anno 1871 die 30 martii inter Mensam Episcopalem Ostiensem et Aldobrandini Principem ex una parte, et Angelum Paolini ex altera, instrumento publico *transactio* inita est, qua Mensa Episcopalis Ostiensis obligabatur ad summam annuam libellarum 4031,25 Angelo Paolini solvendam; Princeps vero Aldobrandini eidem Angelo pro una vice libellas 5375 solvebat. Attamen, quia Angelus Paolini ipsam transactionem tamquam nullam impugnare coeperat, instrumento publico diei 17 maii anno 1889 inter partes conventum est, Angelum Paolini *ratam habere* memoratam transactionem ac suis praetensis iuribus renunciare, dummodo ei Princeps Aldobrandini libellas 50.000 mutuo daret ; quod statim factum est.

Hisce non obstantibus, Angelus Paolini a vindicatione Emphyteusis Ostiensis non restitit, ac nulla venia ab Auctoritate Ecclesiastica obtenta, et Mensam Episcopalem Ostiensem et Aldobrandini Principem coram iudice laico in omnibus gradibus iurisdictionis usque ad Supremum Tribunal « Cassazione » nuncupatum inclusive convenit, sed constanter a iudice laico condemnatus est.

Hodie ipse ad Tribunal Supremum Signaturae Apostolicae recurrit, ut sibi concedatur praetensum suum ius coram S. R. Rota experiri; affirmans nullam fuisse et transactionem diei 30 martii 1871, et huius confirmationem diei 17 maii 1889. Tum Emus Episcopus Ostiensis, tum Princeps Aldobrandini datis animadversionibus enixe petierunt ut instantia Oratoris e limine reiiceretur.

Quamvis huius Supremi Tribunalis non sit quaestionem *in merito* dirimere, tamen ut Commissionis Pontificiae petitio admittatur, oportet ut saltem quovis iuridico fundamento ipsa vacuam sese non praeseferat, ac ius quod Orator sibi competere asserit aliquo saltem probabili iuridico fundamento innitatur. Re mature perpensa, hoc Supremum Tribunal domini Angeli Paolini petitionem utpote quovis iuridico fundamento destitutam reiiciendam decrevit duobus generibus argumentorum, nempe argumentis *extrinsecis* ac *intrinsecis* innixum.

Ad argumenta *extrinseca* quod attinet: 1) H. S. Tribunal animadvertit Angelum Paolini, qui nulla Auctoritatis Ecclesiasticae venia obtenta praetensum suum ius in tribus gradibus iurisdictionis laicalis contra Mensam Episcopalem Ostiensem inutiliter expertus est, dolose agere ac venire contra factum proprium. Nemo autem commodum sumere debet ex proprio dolo, et *alienus dolus alteri nocere non debet* (Neratius, 1. II, pr. Digest., de doli mali exceptione, 44, 4). Quare statim in limine gratiae rescriptum ab eo postulatum hac de causa negari posset. Nec ei prodesset patratae culpae veniam petere et obtinere. Siquidem cum unius culpa iura tertio, cui iniuria facta est, obvenerint, obtenta venia a poena subeunda reum liberare, non autem tertium iuribus quaesitis privare valet. 2) Sed etiamsi ab his praescindatur, contra Oratorem *exceptio praeiudicialis et peremptoria* militat praescriptionis. Ipse enim *efficaciter* transactionem diei 30 martii 1871 coram Auctoritate Ecclesiastica *usque nunc* non impugnavit, imo a. 1889 contractu diei 17 maii initam transactionem *confirmavit.* Et etiamsi tempus ab eius maiori aetate computetur, nempe ab a. 1875 (cum ipse a. 1854 natus sit), nihilominus patet ipsum efficaciter, nempe condemnatione Mensae Episcopalis per annos 42 transactionem peractam non impugnasse, quod tempus ad praescriptionem contra eum inducendam plusquam sufficiens esse unicuique patet. Diximus *efficaciter;* nam querimoniae extraiudiciales ad praescriptionem interrumpendam haud sufficiunt. Sane, praescriptionis interruptio naturalis et civilis est. Interruptio naturalis contingit cum deficiat unum ex elementis praescriptionis essentialibus, vel quia praescribens possessionem amiserit naturalem et civilem, vel quia possessor fiat malae fidei. Quod in casu nostro ob querimonias extraiudiciales Angeli Paolini profecto non contigit. Interruptio vero *civilis* locum habet litis contestatione, imo ipsa oblatione libelli, quoties tamen *rei conventi* CONDEMNATIO SEQUATUR. Quare si possessor victor exeat a iudicio, vel iudicium transactione finiatur, continuat praescriptio, quasi numquam nata fuerit quaestio ex adverso (Santi, *Praelectiones* hoc loco, et passim omnes Doctores).

Quamobrem cum dubium non sit, Mensam Episcopalem Ostiensem ab anno 1871 in possessione fuisse vi initae transactionis, quidquid sit de huius transactionis validitate, certe in via praescribendi contra Angelum Paolini reperiebatur, et cum usque ad hanc diem haec praescriptio *efficaciter* a domino Paolini interrupta non fuerit, indubitatum est saltem praescriptione id obtinuisse quod illius transactionis erat obiectum. Nec dubium exsurgere potest, si etiam a praescriptione longi, imo longissimi temporis praescindatur, quominus in casu aliquod ex requisitis ad praescribendum deficiat.

3) Tandem factum quo Angelus Paolini in tribus gradibus Tribunalis laicalis in hac causa damnatus est, vehementissimam inducit praesumptionem eius petitionem iuris fundamento carere, praesertim quia hic de materia agatur mere civili, in qua iudex laicus scientia iuridica expertus omnino praesumitur, et solum ratione personae Ecclesiasticae conventae ad Forum ecclesiasticum causa pertineret. Quae praesumptio hoc efficit, ut Angeli petitio iuridico fundamento destituta praesumatur, donec contrariis argumentis eadem praesumptio a domino Paolini destruatur, vel saltem notabiliter imminuatur. Quod cum Angelus Paolini suis deductionibus non fecerit, etiam hac de causa eius petitionem reiicere iuris est.

Quod si ad argumenta *intrinseca* descendamus, in eamdem conclusionem deveniendum est. Etenim re etiam in merito considerata, domini Angeli Paolini petitio quovis iuridico fundamento destitutam sese exhibet. Transactio enim diei 30 martii 1871, contractu diei 17 maii 1889 confirmata, absque dubio valida censenda est, tum quia illam validam ostendunt documenta, tum quia contraria argumenta ab Angelo Paolini adducta aperte futilia habenda sunt.

A) Adducta documenta validam transactionem initam aperte ostendunt. Etenim ex documentis ab ipso Angelo Paolini adductis evidenter eruimus non modo *obiectum* transactionis diei 30 martii 1871, sed etiam *subiectum* eiusdem transactionis ad tramites iuris idonea omnino fuisse.

§ I. *Obiectum idoneum.* Ad primum quod attinet, animadvertimus Transactionem definiri « rei dubiae et litis incertae nec finitae conventa « et non gratuita decisio » (Cfr. Santi, *Praelectiones, de Transactionibus,* lib. I, tit. 36, n. 1. Cfr. lib. i, Digestorum H. T., et passim omnes Doctores).

Iam in praesenti casu ius praetensum Angeli Paolini manifeste dubium saltem erat. Etenim 1) dubium erat an Emphyteusis anni 1797 esset *pactitia* nempe *ex pacto,* vel *hereditaria* sicuti Angeli Paolini adversari i contendebant, etiamsi tantummodo ad filios masculos ius hereditarium in Emphyteusim spectaret, cum de Emphyteusi ecclesiastica ageretur. Emphyteusis censetur *pactitia* seu *ex pacto* seu *ex providentia* quando concessa est pro se, filiis et nepotibus sine mentione heredum (Inter recentiores Dec. 373, n. 1, part. 17; Dec. 74, n. 1, part. 6, etc.). In Emphyteusi *pactitia* ius repraesentationis non admittitur, sed unaquaeque generatio *iure proprio* in Emphyteusim succedit (Inter recentiores Dec. 239, n. 10, part. 15) ideoque unaquaeque generatio in Emphyteusim non iure hereditario, sed *iure contractus* succedit (Inter recentiores Dec. 230, n. 4 et alibi). E contra, in Emphyteusi *hereditaria* successio iure repraesen-

talionis locum habet, et etiam ad extraneos heredes Emphyteusis transire potest; nisi de Emphyteusi ecclesiastica agatur, quo in casu concedentis licentia requiritur (Inter recentiores Dec. 221, n. 1, p. 6; Dec. 211, n. 3 et 13, part. 6; Dec. 363, n. 1, part. 19, tom. 1; Dec. 52, n. 9, part. 19, tom. 1; Dec. 225, n. 34 et sqq., part. 17; Dec. 25, n. 10, part. 6).

Iam in Emphyteusi hereditaria *primus acquirens* illam alienare potest, etiam in praeiudicium aliorum vocatorum et comprehensorum in investitura (Inter Recent. Dec. 167, n. 14 et 17, part. 9, t. I). Quod etiam in Emphyteusi ecclesiastica procedit, quoties eiusdem Auctoritatis ecclesiasticae consensus habeatur (Dec. 460, n. 9, part. 19, t. 2). Emphyteusis vero *pactitia generaliter loquendo* alienari nequit, quia successores iure proprio, ut diximus, succedunt. Hisce positis, dubium erat an Emphyteusis diei 25 iulii 1797 esset *hereditaria v si pactitia*, ideoque alienari potuisset vel non. Si enim instrumentum diei 25 iulii 1797 consulatur, haec verba invenimus: «La Mensa Vescovile di Ostia dà e concede alii detti « Signori fratelli Giuseppe e Vincenzo Paolini *solidalmente* presenti e *« per essi* ai loro figli a terza generazione », etc. Quae verba « per essi » satis indicant filios iure repraesentationis ad Emphyteusim venire, et proinde in casu de Emphyteusi *hereditaria* agi, quae alienabilis est.

2) Insuper dato et non concesso in casu de Emphyteusi pactitia agi, nihilominus dubium adhuc erat an *legitime favore fratrum Canori alienari potuisset vel non.* Nam etiamsi Emphyteusis pactitia generaliter in damnum successorum alienari non possit; tamen quoties Emphyteusis pactitia onerosa sit, alienabilem esse ius concedit (Card. De Luca, *De Emphyteusi,* diseurs. Ü2; Inter recent. Dec. 176, n. 20, part. 5, t. I). Quod autem in casu de Emphyteusi onerosa ageretur, ex ipso contractu diei 25 iulii 1797 deduci potest, quo non modo melioramenta extraordinaria, sed etiam Canon supra pretium ordinariae locationis, imo etiam solutio immediata libellarum 5000 imposita fuerunt. Quidquid sit, profecto illam Emphyteusim fuisse onerosam, ideoque alienabilem, indubium erat, et quia Angelus Paolini hoc impugnaba!, etiam sub hoc respectu transactionis obiectum iuridice esse poterat.

3) Addatur: etiamsi praescindatur an Emphyteusis in casu esset *pactitia* vel *hereditaria, onerosa* vel *non,* certum est Vincentium Paolini illam fratribus Canori ad eius vitam alienare potuisse. Sed vivente ipso Vincentio, videlicet antequam alia generatio ad Emphyteusim vocaretur, fundus emphyteuticus propter morositatem culpabilem fratrum Canori ad Mensam Episcopalem Ostiensem dévolu tus est; quae devolutio, ait Princeps Aldobrandini, eliam successoribus nocere oportebat, quia eorum ius subiicebatur conditioni, si nempe antecessores contractus

obligationibus satisfecerint. Quidquid sit de hoc argumento, certe aliquod fundamentum iuridicum haberi neminem fugit, et proinde etiam hac ex parte quaestio transactionis obiectum erat.

4) ulterius: neque obstat Emphyteusim alienatam fuisse fratribus Canori non solum a primo acquirente, sed a Vincentio Paolini (iosepho praemortuo) ac a filiis Iosephi, nec non a filio minoris aetatis ipsius Vincentii. Etenim ex instrumento diei 25 iulii 1797 comperimus Emphyteusim *in solidum* fratribus Vincentio et Iosepho concessam fuisse, et *per ipsos* ad filios, nepotes, etc. Iam iuris doctrina est: quoties Emphyteusis *in solidum* concedatur, inter vocatos *ius accrescendi* locum habere, adeo ut ad sequentem generationem Emphyteusis non deveniat nisi *vocatorum in solidum iure resoluto.* Quare, mortuo Iosepho, huius portio Vincentio acere vit, et Vincentius solus, quin* aliorum consensus exigeretur, Emphyteusim hereditariam vel pactitiam onerosam alienare poterat (Card. De Luca, *De Emphyteusi,* discur. 20, n. 30) utpote primus acquirens. Profecto etiam ex hoc capite de praetenso iure Angeli Paolini disputari poterat ; ideoque quaestio etiam sub hoc respectu transactionis obiectum iuridice esse poterat.

§ 2. *Sed etiam subiectum dictae transactionis item erat idoneum.* Ratio dubitandi esset quia Angelus Paolini die 30 martii anno 1871, aetatis 17 annorum erat, ideoque in minori aetate constitutus. Sed ex ipso transactionis instrumento scimus Angelum Paolini non modo ab ava paterna, sed etiam a congressu legali Ven. Archiconfraternitatis a charitate erectae in Ecclesia Sancti Hieronymi Romae patrocinium habuisse; imo in dicto documento legitur: «Si venne alla transa-
« zione dopo vari abboccamenti coi rappresentanti legali del detto
«Angelo Paolini... anche per deferenza alla venerabile Congregazione
« di S. Girolamo il Cardinale Vescovo di Ostia ha acconsentito ad
« un'amichevole transazione con la quale si imponga un perpetuo
« silenzio alla lite pendente e qualunque altra potesse insorgere in futuro
« per questo titolo e si rinunzi dal Paolini a qualunque diritto potesse
« appartenergli derivante dal sudetto istrumento in atti Parmeggiani e
« in corrispettività la Mensa si obbliga... », etc.

Caeterum Angelus Paolini anno 1889 sub die I[a] martii cum maioris esset aetatis annumque 35 attigisset sub datis conditionibus, quas plene obtinuit, initam transactionem anni 1871 libere et plene confirmavit. Siquidem in contractu diei l[ae] martii 1889 Angelus Paolini: 1) Obtinuit a Principe Aldobrandini, fundi Ostiensis novo Emphyteuta, summam libellarum 50.000 mutui causa. 2) Favore Principis Aldobrandini Angelus Paolini cessit summam annuam, quam vi transactionis anni 1871

a Mensa Episcopali percipiebat, usque ad dicti mutui extinctionem, fructibus ac taxis computatis. 3) Rev.da Camera Spoliorum, et per ipsam Mensa Episcopalis Ostiensis, recognovit hanc Angeli Paolini cessionem favore Principis Aldobrandini, imo fideiussit se esse soluturam praedictam summam eidem Principi si Angelus Paolini morte conciperetur, mutuo non exstinto, et quidem sine ullo regressus iure erga eiusdem Paolini heredes, usque ad totalem dicti mutui exstinctionem. 4) In articulo vero 8° praefati instrumenti legitur: « In corrispettivo il Paolini « dichiara di formalmente ratificare e confermare la transazione del dì « 30 marzo 1871 e conseguentemente dichiara di *rinunciare,* come *« rinuncia,* ad ogni e qualsiasi diritto, ragione e pretesa che gli fosse «competuta o potuta competere per la reintegrazione e possesso del- « l'utile dominio della tenuta di Ostia in dipendenza della originaria « concessione enfìteutica a terza generazione mascolina fattane ai suoi « autori coll'istrumento Parmeggiani 25 luglio 1797 ed esercibile sia « contro la Mensa Vescovile Direttaria sia contro la persona dell'Eccmo « signor Enfiteuta ».

B) Argumenta contraria, ah ipso Angelo Paolini adducta, tamquam fundamento destituta aestimanda sunt. Sane ipse opponit: 1) Transactionem anni 1871 initam fuisse dum ipse in minori aetate erat. Sed notavimus ipsum adsistentiam non modo avae paternae habuisse, sed etiam patrocinium Congressus legalis Archiconfraternitatis Sancti Hieronymi. Imo dum in maiori erat aetate, nempe anno 1889, dictam transactionem diei 30 martii 1871 libere confirmavit novo inito contractu (et quidem pro Mensa Episcopali Ostiensi et ipso Emphyteuta oneroso). 2) Opponit, ipsum gravem laesionem transactione anni 1871 passum fuisse. Sed ex adverso notandum est: 1) Ipsum transactionem anni 1871 novis obtentis gratiis, videlicet mutuo libellarum 50.000, specialibus ac favorabilibus conditionibus confirmasse. Quare, dato et non concesso ipsum damnum grave ex transactione anni 1871 retulisse, tamen stipulatione anni 1889 sese compensatum sufficienter, tacite saltem declaravit. 2) Insuper mense martio 1871 Codex Italicus vigebat, iuxta quem in transactionibus gravem laesionem adducere nefas est. Quod si res ad normam canonici iuris Consideretur, inter doctores quaestio est an laesio enormis causa sufficiens sit ad impugnandam initam transactionem. Etenim dum laesio enormis tantummodo *iure certo* mensuranda est, transactio e contrario de iure *incerto* non solum quoad extensionem, sed etiam *incertum quoad eiusdem existentiam* locum habere potest. Clarissimus Santi *(Praelectionum,* Reiflenstuel, H. L. n. 59) concludit: « Fatemur id admodum in facto difficile esse, ac proinde difficilem esse casum rescindendae transactio-

nis ex capite laesionis enormis ». Caeterum in transactione enormem laesionem Angelum Paolini passum fuisse non probatur. Addatur, Angelum Paolini ad transactionem dictam ineundam die 30 martii 1871 et a Tribunali licentiam, et etiam Congressus legalis Archiconfraternitatis S. Hieronymi patrocinium obtinuisse, et tandem transactionem faciendam ab eius duobus affinibus, sicuti Pontificia legislatio exigebat, approbatam fuisse. 3) Opponit tertio loco, se in utroque contractu, nempe diei 30 martii 1871 et diei 1 martii 1889, non egisse tamquam heredem etiam fratris defuncti Philippi. At facile est respondere, illum in praedictis contractibus omnibus suis praetensis iuribus, quomodocumque ad eum pertinerent, renunciasse, praesertim quia praetensa iura fratris defuncti eadem erant quae ipse iactabat, et transactio sese extendebat ad totum ius emphyteuticum ab ipso praetensum. Quod praetendere non poterat, nisi etiam tamquam fratris defuncti heres ipse egisset. 4) Tandem Angelus Paolini de falsitate accusat instrumentum diei 1 martii 1889, quo ipse transactionem anni 1871 confirmavit suisque praetensis iuribus in Emphyteusi Ostiensi renunciavit, quia in instrumento diei 17 mai 1889 servatae non fuerunt conditiones in Rescripto Sacrae Congregationis Concilii diei 1 martii appositae. Sed incassum.

Cum enim Princeps Aldobrandini, novus Emphyteuta, obtulisset Angelo Paolini mutuum libellarum 50.000, sicuti ipse tunc petebat, Angelus Paolini novam instantiam Sedi Apostolicae porrexit, qua declarabat se esse acceptorum dictum mutuum « in corrispettivo della piena ratifica « della transazione 30 marzo 1871 e della rinuncia ad ogni e qualsiasi « diritto da parte di esso ricorrente sulla Enfiteusi di Ostia ». Consequenter petebat Angelus Paolini ut Rev.da Camera Spoliorum et Mensa Episcopalis Ostiensis obligarentur « a garantire in ogni evenienza e « quindi anche morto il Paolini e fino alla estinzione del mutuo il paga- « mento annuo di lire tremila (quae debebantur Angelo Paolini vi trans- « actionis 1871 et ipse Angelus Principi Aldobrandini in dicti mutui « extinctionem cedebat) e senza regresso verso i suoi eredi ». Sub die 1° martii Angelus Paolini rescriptum a Sacra Congregatione Concilii obtinuit, quo Emo Cardinali Camerae Spoliorum Praesidi, facultas fiebat praestandi petitam cautionem *etiam nomine Mensae Episcopalis Ostiensis usque ad totalem mutui extinctionem sine regressu erga heredes* Angeli Paolini si forte hic, mutuo non exstincto, moreretur. Verum si instrumentum diei 17 martii 1889 examini subiiciatur, evidenter apparet praefati rescripti conditiones impletas fuisse.

Et cuoi huic instrumento Emus Praeses Reverendae Camerae Spoliorum subscripserit, et cum in praemissis instrumenti declaretur Prae-

sidem Camerae Spoliorum obligationem cautionis *etiam nomine Mensae Episcopalis Ostiensis* suscepisse sicuti Rescriptum Sacrae Congregationis Concilii ei facultatem faciebat, evidens est rescriptum Sacrae Congregationis Concilii plenam executionem iuxta eiusdem Angeli Paolini voluntatem obtinuisse.

Caeterum ipse Angelus Paolini fatetur sibi, ante exarationem dicti instrumenti, rescriptum S. Congregationis Concilii ostensum fuisse, et profecto ipse instrumento non subscripsisset, si omnia ad normam dicti rescripti facta non fuissent. Sed dato etiam et non concesso, instrumentum diei 17 martii 1889 praecisione facta a dicto rescripto conditum fuisse, attamen quia rescriptum S. C. Concilii favorem continebat quem Angelus petierat et cui ipse renunciare potuisset, cum constet ipsum libere et scienter instrumentum praefatum subscripsisse, evidenter obtento rescripto renunciavisset et non sine dolo hodie ipse de falsitate initum contractum impugnaret.

Quare ex dictis evidenter deducitur petitionem Angeli Paolini omni iuridico fundamento esse destitutam.

Datum ex aedibus S. T., die 30 mensis Martii 1917.

Franciscus Solieri, *Signaturae votans.*

VISA

EVARISTOS LUCIDI, *a Secretis.*

L. $ S.

Aloisius Scialdoni, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Nella Sacra Congregazione dei Religiosi, il giorno 25 del prossimo giugno, alle ore 8, avrà luogo il concorso per un posto vacante di Officiale minore.

Quegli ecclesiastici che desiderassero prendervi parte, dovranno, entro il 18 giugno, esibire alla Segreteria della Sacra Congregazione la domanda corredata dei titoli necessari per l'ammissione.

Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione dei Religiosi, 22 maggio 1917.

f Adolfo, Vescovo di Canopo, *Segretario.*

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE -

NOMINA

Con Biglietto dell'Emo signor cardinale Prefetto della S. C. di Propaganda Fide, il Santo Padre si è degnato di nominare:

16 maggio 1917 ¿ Mons. Bartolomeo Cattaneo, Rettore del Collegio Urbano di Propaganda Fide, *Delegato Apost, dell'Australasia.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA E NUOVA-PREPARATORIA

Martedì 8 maggio 1917, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Giovanna Antida Thouret, fondatrice dell' Istituto delle Suore della Carità, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria;* nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla stessa Ven. Serva di Dio.

Martedì 22 maggio, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con *Y* intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta una Congregazione *Nuova Preparatoria* per discutere due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Margherita Maria Alacoque, monaca professa dell'Ordine della Visitazione di Maria Ssma, i quali miracoli vengono proposti per la Canonizzazione della stessa Beata.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

7 marzo 1917. Il Rmo P. Gennaro Bucceroni, della Compagnia di Gesù, *Consultore della S. Congregazione Concistoriale.*

29 aprile » L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Beimonte, *Protettore della Chiesa dei Santi Alessandro e Bartolomeo e del Collegio Cerasoli in Roma.*

30 » » L'Emo signor cardinale Aidano Gasquet, *Protettore delle Figlie di Nostra Signora della Compassione* (Nuova Zelanda).

3 maggio » L' Emo signor cardinale Raffaele Merry del Val, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità dell'Ospedale di S. Giacinto.*

4 » » L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Beimonte, *Protettore delle Suore Terziarie Cappuccine assistenti agli infermi, di Loano.*

» » » L'Emo signor cardinale Vittoriano Guisasola y Menendez, arcivescovo di Toledo, *Membro della Sacra Congregazione dei Riti.*

6 » » Mons. Bonaventura Cerretti, arcivescovo titolare di Corinto, *Segretario della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

9 » » L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore delle Suore Grigie di Santa Elisabetta, di Breslavia.*

» » » L'Emo signor cardinale Giovanni Cagliero, *Protettore della Venerabile Confraternita dei devoti di Gesù al Calvario.*

10 » » L'Emo signor cardinale Donato Sbarretti, *Protettore delle Suore di Carità di Leavenworth* (St. U. d'Am.).

» » » Mons. Giovanni Prior, Uditore della Sacra Romana Rota, e il Rmo P. Giovanni Moraleda, dei Frati Minori, *Consultori della S. Congregazione del Concilio.*

14 » » L'Emo signor cardinale Donato Sbarretti, *Protettore delle Suore della Carità del Verbo Incarnato, di Galveston* (Texas).

21 maggio 1917. Gli Emi signori cardinali Giulio Tonti e Donato Sbarretti, *Membri della Commissione Cardinalizia per l'Amministrazione dei Beni della Santa Sede.*

» » » L'Emo signor cardinale Oreste Giorgi, *Protettore del Sodalizio di San Michele Arcangelo ai Corridori,* in Roma.

24 » » I Monsignori: Salvatore Talamo, Francesco Zanotto e Giovanni Prior; i Rmi PP. Abati: Arcangelo Lolli, procuratore generale dei Canonici Regolari Lateranensi, e Lorenzo Janssens, dei Benedettini: i Rmi PP.: Serafino Cimino, ministro generale dei Frati Minori, Ildebrando Höpfl, dei Benedettini, Giuseppe Lemius, procuratore generale degli Oblati di Maria Immacolata, Urbano Alvarez, assistente generale dei Romitani di Sant'Agostino, Pietro Vidal, della Compagnia di Gesù, e Carlo Maignen, dei fratelli di San Vincenzo de' Paoli, *Qualificatori della Suprema S. Congregazione del S. Offizio.*

» » » *ìl* Rmo Padre Serafino Cimino, ministro generale dei Frati Minori, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

» » » Il Rmo Padre Alessio Bertoni, segretario generale dei Frati Minori, *Consultore della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*

25 » » L'Emo signor cardinale Andrea Friihwirth, *Protettore della Ven. Arciconfraternita di Maria Santissima del Rosario, eretta nella Chiesa di S. Clemente in Roma.*

26 » » Mons. Alfonso Carinci, Rettore dell'almo Collegio Capranicense, *Consultore delia Sacra Congregazione dei Riti per la Sacra Liturgia.*

29 » » Mons. Carlo Respighi, *Protonotario Apostolico " ad instar Participantium „ e Coadiutore con futura successione di Mons. Francesco Riggi nell'ufficio di Prefetto delle Cerimonie Pontificie.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium:

26 febbraio 1917. Mons. Daniele M. Gorman, dell'archidiocesi di Dubuque.
29 aprile » Mons. Raffaele Deschamps, della diocesi di Moulins.
8 maggio » Mons. Paolo Emilio Moinhas de Vilhena, della diocesi di Campanha.
11 » » Mons. Carlo Billebault, della diocesi di Ne vers.

Prelati Domestici di S. S.:

27 febbraio 1917. Mons. Arturo Clark, dell'archidiocesi di Dubuque.
29 aprile » Mons. Leopoldo Capitani, sostituto del reggente della Cancelleria Apostolica.
10 maggio » Mons. Nicola Frazioli, dell'archidiocesi di Sassari.
11 » . » Mons. Patrizio M. Cushnahan, della diocesi di Salt-Lake.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 maggio 1917. Al sig. Paolo Amedeo Andrea Hardouin-Duparc, della diocesi di Le Mans.
» » » Al sig. avv. Maurizio Jauneau, della medesima diocesi.
5 » » Al sig. Giacomo Bennet, di S. Giuseppe di Costarica.
8 » » Al sig. Giuseppe Luigi Pascual de Zulueta, della diocesi di Barcellona.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 aprile 1917. Al sig. Pietro Ermanno Eras, della diocesi di Bois-le-Duc.
26 » » Al sig. Wolberto Giovanni Vinke, dell'arehid. di Utrecht.
1 maggio » Al sig. Pietro Maas, della medesima diocesi.
9 » » Al sig. ing. Vittorio Scabbia, dell'archidiocesi di Ferrara.
10 » » Al sig. Giuseppe la Couture, della diocesi di Troyes.
13 » » Al sig. prof. Guglielmo Da Re, dell'archidiocesi di Milano.
15 » » Al sig. Giuseppe Girelli, officiale della Dataria Apostolica.
» » » Al sig. dott. Michele Pecci, officiale della Dataria Apostolica.
» » » Al sig. Livio Carimmi, officiale della Dataria Apostolica.
» » » Al sig. Giuseppe Sterbini, officiale della Dataria Apostolica.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa:

10 maggio 1917. Al sig. Gaetano Dupré, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

26 aprile 1917. Al sig. Valentino Moretti, di Roma.
» » » Al sig. Fabio Alessandroni, della diocesi di Sabina.
15 maggio » Al sig. ing. Giuseppe Gallo, dell'archidiocesi di Torino.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

5 aprile 1917. Mons. Filippo Bonacci, dell'archidiocesi di Chieti.
4 maggio » Mons. Angelo Cataldi, dell'archidiocesi di Genova.
» » » Mons. Clemente Malfatti, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Emanuele Carlo de Seixas Rabello, della diocesi di Campanha.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

19 aprile 1917. Mons. Giuseppe Arnoldo Ghislino Suijs, della diocesi di Bois-Ie-Duc.
10 maggio » Mons. Tommaso Occhioni, dell'archidiocesi di Fermo.
16 » » Mons. Federico Gambucci, della diocesi di Gubbio.
» » » Mons. Giovenzio Bristo, della diocesi di Aracajú.
» » » Mons. Adalberto Sobral, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

6 maggio 1917. Mons. Tommaso Carr, arcivescovo di Melbourne.
20 » » Mons. Giulio Gazaniol, vescovo titolare di Modra.
» » Mons. Giulio Chatron, vescovo di Osaka (Giappone).
» » Mons. Giovanni Drure, arcivescovo di Bagdad, di rito latino.

Amms IX - Yol. IX   Die 2 Iulii' 1917   Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE ENCYCLICAE

DE PRAEDICATIONE DIVINI VERBI

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Humani generis Redemptionem Iesus Christus in ara Crucis monendo cum consummasset, velletque adducere homines ut, suis praeceptis obtemperando, compotes fierent aeternae vitae, non alia usus est via quam suorum voce praeconum qui, quae ad salutem credenda faciendaque essent, hominum universitati denuntiarent. *Placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes* \ Elegit igitur Apostolos, quibus cum per Spiritum Sanctum dona infudisset tanto muneri consentanea, *Euntes,* inquit, *in mundum universum praedicate Evangelium* [a]. Quae quidem praedicatio faciem orbis terrae renovavit. Nam, si Fides christiana mentes hominum a multiplici errore ad veritatem, animosque a sordibus vitiorum ad omnium virtutum excellentiam convertit, profecto ipsius

[1] **1 *Gor.,* 1, 21.**
[2] Marc, 16, 15.

praedicationis ope convertit: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi* \ Quapropter, quoniam, Dei nutu, iisdem causis quibus procreatae sunt, res conservantur, patet praedicationem christianae sapientiae ad continuandum aeternae salutis opus divinitus adhiberi; et eam in maximis gravissimisque rebus iure numerari : in quam propterea curae cogitationesque a Nobis praecipuae conferendae sunt, maxime si aliqua ex parte, a nativa integritate, cum suae efficacitatis detrimento, deficere videatur.

Id enimvero est, * venerabiles Fratres, quod ad ceteras miserias horum temporum quibus Nos ante alios sollicitamur, accedit. Etenim, si circumspiciamus quam multi sint qui verbo Dei praedicando dant operam, tanta occurrat copia, quanta fortasse numquam fuit antea. Si autem consideremus, quo loco sint publice ac privatim mores atque instituta populorum, crescit in dies vulgo rerum quae supra naturam sunt, despicientia et oblivio; sensim a christianae virtutis severitate disceditiir, maioresque ad probrosam ethnicorum vitam quotidie regressus fiunt.

Horum quidem maiorum variae sunt multiplicesque causae: nemo tamen negaverit deplorandum esse quod eis malis a ministris verbi non satis afferatur medicinae. Numquid sermo Dei talis esse desiit, qualis ab Apostolo dicebatur, vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti? Num gladii huius aciem usus diuturnitas hebetavit? Vitio certe tribuendum est ministrorum qui non tractant, quemadmodum oportet, hunc gladium, si is non omnibus locis vim suam exerceat. Neque enim dici potest melioribus, quam nos, temporibus Apostolos usos esse, quasi tum aut plus esset docilitatis ad Evangelium aut minus contra divinam legem contumaciae.

Omnino igitur, quod Nos apostolici officii conscientia admonet duorumque proximorum Decessorum exemplum hortatur, huc summo studio, pro rei gravitate, incumbendum Nobis esse intelligimus, ut praedicationem divini verbi ad eam normam, ad

[1] *Rom.,* 10, 17.

quam Christi Domini iussu Ecclesiaeque statutis dirigenda est, ubique revocemus.

Principio, venerabiles Fratres, quaeramus oportet, quas ob causas in hoc genere de via declinetur. Iam istae causae ad tres redire videntur: aut is ad praedicandum assumitur qui non debet; aut id muneris non eo exercetur consilio quo debet; aut non eo modo quo oportet.

Etenim praedicationis munus, ex Tridentinae Synodi doctrina, *Episcoporum praecipuum est* \ Apostoli quidem, quorum in locum successere Episcopi, hoc maxime suarum partium esse duxerunt. Ita Paulus: *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare*[2]. Ceterorum autem Apostolorum ea fuit sententia : *Non est aequum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis*[3]. Etsi autem proprium id est Episcoporum, tamen, quoniam variis distenti curis in suarum gubernatione ecclesiarum, nec semper nec usque quaque ipsi per se possunt, necesse est etiam per alios huic officio satisfaciant. Quare in hoc munere quicumque praeter Episcopos versantur, dubitandum non est quin, episcopali fungente? officio, versentur. — Haec igitur prima lex sanciatur, ut munus praedicationis sua sponte suscipere liceat nemini; sed ad illud exsequendum cuivis opus sit missione legitima, quae, nisi ab Episcopo, dari non potest: *Quomodo praedicabunt, nisi mittantur?* \ Missi sunt enim Apostoli et ab Eo missi qui summus est Pastor et Episcopus animarum nostrarum[5] ; missi septuaginta duo illi discipuli ; ipseque Paulus, quamvis constitutus iam a Christo vas electionis ut nomen eius coram gentibus et regibus portaret[6], tum demum iniit apostolatum quum seniores, Spiritus Sancti mandato *Segregate mihi Saulum in opus* (Evangelii)[7], obtemperantes, eum cum imposi-

[1] Sess. XXIV, *De Ref.,* c. iv.
[2] 1 *Cor.,* 1, 17.
[3] *Act.,* 6, &
[4] *Rom.,* 10, 15,
[5] 1 Petr., % 25.
[6] *Act.,* 9, 15.
[7] *Act.,* 13, 2.

tione manuum dimisissent. Id quod primis Ecclesiae temporibus perpetuo usitatum est. Omnes enim, vel qui in sacerdotum ordine eminebant, ut Origenes, et qui postea ad episcopatum evecti sunt, ut Cyrillus Hierosolymitanus, ut Ioannes Chrysostomus, ut Augustinus ceterique Doctores Ecclesiae veteres, sese ex sui quisque Episcopi auctoritate ad praedicandum contulerunt.

Nunc vero, venerabiles Fratres, longe aliud venisse in consuetudinem videtur. E sacris oratoribus non ita pauci sunt in quos apte .cadere illud dixeris quod queritur Dominus apud Ieremiam : *Non mittebam prophetas, et ipsi currebant* \ Nam cuicumque vel ex ingenii indole vel aliis quibusvis de causis *ministerium verbi* suscipere libuerit, facile ei patet aditus ad suggesta templorum, tamquam ad palaestram in qua quivis suo arbitratu sese exerceat. Itaque ut iam de medio tollatur tanta perversitas, vestrum est, venerabiles Fratres, providere ; et quoniam de pabulo vestris gregibus praebito reddenda Deo Ecclesiaeque a vobis ratio est, ne sinite ut quis, iniussu vestro, in ovile se inferat, et oves Christi ad suum arbitrium pascat. Nemo igitur in dioecesibus vestris, nisi vocatus probatosque a vobis, iam nunc sacras conciones habeat.

Hic vero summa cum vigilantia attendatis volumus quibus munus tam sanctum demandetis. Qua in re Episcopis hoc tantum, Concilii Tridentini decreto, permittitur ut *idoneos* eligant, id est qui possint *officium praedicationis salubriter exsequi. Salubriter,* dictum est - notate verbum quo rei continetur norma - non *eloquenter,* non *cum, plausu audientium,* verum cum animarum fructu, ad quem, tamquam finem, divini verbi administratio pertinet. — Quod si pressius definiri a Nobis cupitis quos. reapse habeatis idoneos, eos dicimus in quibus divinae vocationis argumenta reperietis. Nam quod requiritur ut quis ad sacerdotium admittatur: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo*[2], idem opus est ut quis ad praedicandum habilis aptusque iudicetur. Quae quidem vocatio haud difficile

* Ierem., 23, 21.

[2] *Hebr.,* 5, 4.

deprehenditur. Christus enim, Dominus et Magister Noster, cum in eo esset ut in caelum adscenderet, nequaquam dixit Apostolis ut illico, diversi abeuntes, praedicare inciperent: *Sedete,* inquit, *in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto* \ Hoc igitur erit indicio quempiam divinitus ad id muneris vocari, si is virtute ex alto sit indutus. Quod cuiusmodi sit, licet ex iis colligere, venerabiles Fratres, quae in Apostolis, statim ut virtutem desuper acceperint, scimus evenisse. Ubi enim in eos Spiritus Sanctus descendit - ne mirifica, quibus aucti sunt, charismata attingamus - ex rudibus infirmisque hominibus docti perfectique evaserunt. Sit igitur sacerdos quispiam congruenti tum scientia tum virtute praeditus - modo ei dona naturae suppetant quae necessaria sunt ne tentetur Deus - recte ad praedicationem vocatus videbitur, neque erit cur ab Episcopo ad hoc munus non possit assumi. Quod ipsum vult Tridentina Synodus, cum edicit, ne quos Episcopus praedicare sinat qui non *sint moribus et doctrina probati*[2]. Itaque Episcopi est eos, quibus praer dicandi munus deferre cogitat, diu multumque experiri ut quae quantaque sit eorum et doctrinae copia et vitae sanctimonia cognoscat. Qui si remisse negligenterque se gesserit, is profecto in re gravissima deliquerit, et in eius caput culpa recidet vel errorum quos imperitus praedicator fuderit, vel offensionis malique exempli quod improbus dederit.

Quo autem faciliores in hoc vestras, venerabiles Fratres* reddamus partes, volumus ut qui praedicandi potestatem petunt, non secus ac qui confessiones peccatorum excipiendi, de eorum moribus et eruditione posthac duplex severumque fiat iudicium. Quisquis igitur in alterutro mancus et claudicans repertus sit, nullo rei cuiusquam respectu, repellatur ab eiusmodi munere cui non esse eum idoneum constiterit. Postulat id vestra ipsorum dignitas, quorum vices a praedicatoribus geruntur, ut diximus; flagitat Ecclesiae sanctae utilitas, quandoquidem *sal*

[1] Luc, 24, 49.
[2] Loc. cit.

terrae et *lux mundi* esse \ si quis alius, is debet qui in verbi ministerio versatur.

His probe consideratis rebus, ultra progredi ad explicandum quem sacrae praedicationis et finem et modum esse oporteat, supervacaneum potest videri. Nam si ad eam, quam memoravimus, regulam sacrorum oratorum delectus exigatur, quid est dubii quin, congruis ornati virtutibus, dignam in praedicando et causam sibi proponant et rationem teneant ? Sed tamen prodest haec duo illustrare capita, ut eo melius appareat, quare interdum boni praedicatoris forma in nonnullis desideretur.

Quid praedicatoribus debeat in suscepto munere exsequendo esse propositum, licet intelligere ex eo quod ii possunt ac debent de se idem, quod PauMs, affirmare : *Pro Christo legatione fungimur*[2]. Si autem legati sunt Christi, illud ipsum velle debent in legatione peragenda quod Christus voluit in danda; immo quod ipse, dum vixit in terris, sibi proposuit. Neque enim Apostoli, et praedicatores post Apostolos, alio missi sunt atque Christus : *Sicut m,isit me Pater, et ego mitto vos*[3]. Scimus autem cuius rei gratia Christus de caelo descendent: aperte enim declaravit : *Ego ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*[4], *Ego veni, ut vitam, habeant*[5].

Utrumque igitur persequantur oportet qui sacrae praedicationi dant operam, id est, ut traditae a Deo veritatis diffundant lumen et ut in iis qui audiunt, supernaturalem excitent alantque vitam ; brevi, ut animarum quaerendo salutem, Dei promoveant gloriam. Quare, sicut perperam appelletur medicus, qui medicinam non faciat, vel alicuius artis doctor qui eam non doceat artem, sic qui praedicando non curat ad pleniorem Dei cognitionem et ad aeternae salutis viam homines adducere, eum declamato-

[1] **Matth., 5, 13, 14.**
[2] **2** *Cor.,* **5, 20.**
[3] **Ioan., 20, 21.**
[4] **Ibid., 18, 37.**
[5] **Ibid., 10, 10.**

rem vaniloquum appellari licet, praedicatorem evangelicum non licet. Atque utinam huiusmodi declamatores nulli sint! — Quid vero est quo ducuntur maxime? Alii quidem inanis gloriae cupiditate : cui scilicet ut satisfaciant : « Student magis alta quam « apta dicere, facientes apud infirmas intelligentiae miraculum « sui, non ipsorum salutem operantes. Erubescunt humilia et « plana dicere, ne sola haec scisse videantur... Erubescunt la- **ti** ctare parvulos »*. Cumque IesusDominus ex humilitate auditorum ostenderet se eum esse qui exspectabatur : *Pauperes evangelizatur*[2], quid non moliuntur isti, ut ex urbium celebritate atque ex primariorum dignitate^templorum commendationem suis sermonibus acquirant? Quoniam autem in rebus a Deo revelatio quaedam sunt quibus corruptae humanae naturae perterreatur infirmitas, quaeque ob eam causam accommodatae non sunt ad evocandam multitudinem, ab iis caute se abstinent eaque tractant in quibus, si loci rationem excipias, nihil est sacrum. Ac non raro contingit ut in media pertractatione rerum aeternarum labantur ad politica, praesertim si quid eius generis animos audientium vehementer teneat occupâtes. Omnino unum hoc iis esse studium videtur, placere audientibus eisque morem gerere quos Paulus *prurientes auribus*[3] dicit. Hinc ille gestus non sedatus et gravis, sed qualis in scaena aut in concione populari solet agi; hinc illae vocis vel remissiones molliorès, vel contentiones tragicae ; hinc illud orationis genus proprium ephemeridum ; hinc sententiarum illa copia ab impiorum et acatholicorum petita scriptis, non a divinis Litteris, non a Sanctis Patribus; hinc denique illa et, quae ab eorum plerisque usurpatur volubilitas tanta verborum, qua obtundant quidem aures et admirationem moveant audientibus, sed nihil his boni afferant quod domum reportent. Iam vero mirum quantum praedicatores isti opinione falluntur. Habeant licet quem tanto cum labore nec sine sacrilegio petunt plausum imperitorum : num pretium est operae,

[1] Gillebertus Ab., *In Cani. Ganticor. serm. XXVII,* 2.
[?] Matth., 11, 5.
[3] 2 *Tim.,* 4, 3.

quando simul subeunda eis est prudentium omnium vituperatio et, quod est maius, formidandum Christi severissimum iudicium?

Quamquam, venerabiles Fratres, unice plausus quaerere praedicando non omnium est qui a regula normaque aberrant. Plerumque huiusmodi significationes qui captant, ideo captant ut eas ad aliud assequendum dirigant vel minus honestum. Nam, oblivioni dantes illud Gregorii : « Non praedicat sacerdos ut comedat, sed ideo ut praedicet, manducare debet » [1] haud ita rari sunt qui, cum ad alia munera, quibus decenter alerentur, non se factos esse intelligerent, ad praedicationem se contulerunt, non ministerii sanctissimi rite exercendi, verum quaestus faciendi causa. Videmus igitur curas omnes istorum minime conversas esse ad quaerendum ubi maior sperari possit fructus animarum, sed ubi plus conficiatur praedicando lucri.

Iam vero, cum ab his nihil exspectare liceat Ecclesiae, nisi damnum et dedecus, summopere vobis, venerabiles Fratres, est vigilandum, ut, si quem inveneritis praedicatione ad suam gloriam vel ad quaestum abuti, eum sine cunctatione amoveatis ab officio praedicandi. Nam qui rem tam sanctam polluere non veretur tanta perversitate propositi, non sane dubitabit ad omnes indignitates descendere, ignominiae labem aspergens non sibi tantum, sed ipsi etiam sacro muneri, quod tam prave administrat.

Eadem autem erit adhibenda severitas in eos qui quo decet modo non praedicent, propterea quod ea neglexerint, quae ad recte hoc ministerium obeundum necessario requiruntur. Haec vero quae sint, docet exemplo suo is qui ab Ecclesia cognominatus est *Praedicator veritatis,* Paulus Apostolus : cuius similes praedicatores utinam, Dei miserentis beneficio, multo plures habeamus.

Primum igitur quod discimus a Paulo hoc est, quam bene paratus et instructus ad praedicandum venerit. Neque vero hic

[1] *In I Regum,* lib. **III.**

loquimur de doctrinae studiis in quibus, Gamaliele magistro, diligenter versatus erat. Scientia enim in eo *per revelationem* infusa, obscurabat ac paene obruebat eam quam ipse sibi comparaverat: quamquam hanc quoque non parum ei profuisse ex eius Epistolis apparet. Prorsus necessaria est praedicatori scientia, ut diximus, cuius quidem luce qui caret, facile, labitur, ex Concilii Lateranensis IV verissima sententia: « Ignorantia est mater cunctorum errorum ». Non tamen de qualibet rerum scientia volumus intelligi, sed de ea scilicet quae propria est sacerdotis, quaeque, ut in pauca conferamus rem, cognitione sui, Dei, et officiorum continetur : sui, inquimus, ut suas quisque utilitates omittat ; Dei, ut omnes ad eum et cognoscendum et diligendum adducat; officiorum, ut ea servet et servari praecipiat. Ceterarum rerum scientia, ista si desit, *inflat* nec quicquam prodest.

Illud potius videamus, qualis in Apostolo praeparatio fuerit animi. Qua quidem in re tria sunt maxime consideranda. Primum ut se totum Paulus divinae voluntati dediderit. Vixdum enim, cum iter faceret Damascum, Iesu Domini virtute tactus est, edidit illam Apostolo dignam vocem : *Domine, quid me vis facere f* \ Nam promiscua illi statim coeperunt esse pro Christo, sicut perpetuo fuerunt postea, laborare et quiescere, egere et abundare, laudari et contemni, vivere et mori. Non est dubium quin ideo in apostolatu tantum profecerit, quod se Dei voluntati pleno cum obsequio permisit. Quare similiter ante omnia obsequatur Deo quisquis praedicator ad salutem animarum nititur ; ut nihil quidquam sit sollicitus quos auditores, quem successum, quos fructus habiturus sit : denique ut Deum dumtaxat, non se respiciat.

Hoc autem tantum Deo obsequendi studium animum postulat adeo comparatum ad patiendum, ut nullum fugiat laboris molestiaeque genus. Quod alterum in Paulo fuit insigne. Nam, cum de eo dixisset Dominus : *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati*[2], ipse deinde aerumnas omnes tanta

[1] *Act.*, 9, 6.
[2] Ibid., 9, 16.

cum voluntate complexus est ut scriberet : *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*[1]. Iam vero haec laboris tolerantia in praedicatore si emineat, cum quicquid humani in eo sit, abstergeat, ac Dei gratiam ei ad fructum ferendum conciliet, tum incredibile est quam eius operam christiano populo commendet. Contra, parum ad permovendos animos ii possunt, qui quocumque venerint, ibi commoditates vitae plus aequo consectantur, ac dum suas conciones habeant, nihil aliud fere attingunt ministerii sacri, ut appareat plus eos propriae servire valetudini, quam animarum utilitati.

Tertio denique loco *spiritum orationis* qui dicitur, necessarium praedicatori esse intelligimus ex Apostolo ; qui ut primum vocatus est ad apostolatum, Deo supplex esse instituit: *Ecce* • *enim orat*[2]. Etenim non copiose dicendo nec subtiliter disserendo aut vehementer perorando salus quaeritur animarum : qui hic consistat praedicator nihil est nisi *aes sonans aut cymbalum tinniens*[3]. Id quo fit ut vigeant humana verba mirificeque valeant ad salutem, divina est gratia: *Deus incrementum dedit*[4]. Dei autem gratia non studio et arte comparatur, sed precibus impetrato. Quare qui parum aut nihil orationi est deditus, frustra in praedicatione operam curamque consumit, cum coram Deo nec sibi nec audientibus quicquam proficiat.

Itaque, paucis concludentes quae hactenus diximus, his Petri Damiani verbis utamur : « Praedicatori duo sunt perma- « xime necessaria, videlicet ut sententiis doctrinae spiritualis « exuberet, et religiosae vitae splendore coruscet. Quod si sacerdos quispiam ad utrumque non sufficit, ut et vita clarus et « doctrinae facultate sit profluus ; melior est vita procul dubio « quam doctrina... Plus valet vitae claritas ad exemplum, quam « eloquentia vel urbanitàs accurata sermonum... Necesse est ut « sacerdos, qui praedicationis officio fungitur, et doctrinae spiri-

[1] 2 *Cor.*, 7, 4.
[2] *Act.*, 9, 11.
[3] 1 *Cor.*, 13, 1.
[4] Ibid., 3, 6.

« tualis imbribus pluat, et religiosae vitae radiis splendeat : « instar illius Angeli, qui natum Dominum pastoribus nuntians, « et splendore claritatis emicuit, et quod evangelizare venerat, ((verbis expressit » \

Sed, ut ad Paulum redeamus, si quaerimus quibus de rebus consuevisset praedicando agere, ipse sic omnia complectitur : *Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, et hunc crticifixum*[2]. Efficere ut Iesum Christum homines magis magisque cognoscerent et quidem cognitione quae ad vivendum, non modo ad credendum, pertineret, hoc est quod omni apostolici pectoris contentione laboravit. Itaque Christi dogmata et praecepta omnia vel severiora sic tradebat ut nihil nec reticeret nec molliret, de humilitate, de abnegatione sui, de castitate, de rerum humanarum contemptu, de obedientia, de venia inimicis danda, de similibus. Nec vero timide illa denuntiabat: inter Deum et Belial eligendum esse cui serviatur, utrique non posse; omnes, ut e vivis excesserint, tremendum manere iudicium ; cum Deo non licere transigi ; aut vitam aeternam sperandam, si universae obtemperetur legi, aut, si cupiditatibus indulgendo deseratur officium, ignem aeternum esse exspectandum. Neque enim *Praedicator veritatis* unquam putavit abstinendum ab huiusmodi argumentis propterea quia, ob corruptionem temporum, nimis dura viderentur iis, ad quos loquebatur. — Apparet igitur quam non probandi sint ii praedicatores, qui quaedam christianae doctrinae capita, ne fastidio sint audientibus, non audent attingere. Num medicus quisquam inutilia remedia dabit aegrotanti, quia is ab utilibus abhorreat? Ceterum inde probantur oratoris virtus et facultas, si, quae ingrata sunt, ea grata dicendo reddiderit.

Quae autem tractanda susceperat, quo modo Apostolus explicabat? *Non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis*[3]. Quanti refert, venerabiles Fratres, hoc omnibus esse exploratis-

[1] Epp. lib. I, *Ep. I ad Cmthmm Urbis Praef.*
[2] I *Cor., %* 2.
[3] Ibid., *%* 4.

simum, cum videmus non paucos e sacris corjcionatoribus ita dicere ut Scripturas Sanctas, Patres Doctoresque Ecclesiae., theologiae sacrae argumenta praetermittant; nihil fere nisi rationem loquantur. Perperam profecto : neque enim in ordine supernaturali humanis tantum adminiculis quidquam proficitur. — At illud opponitur: praedicatori qui quae divinitus revelata sunt, urgeat, non haberi fidem. — Itane vero? Sit sane apud acatholicos : quamquam cum Graeci sapientiam, nimirum huius saeculi, quaererent, Apostolus tamen eis Christum crucifixum praedicabat \ Quod si oculos convertamus ad gentes catholicas, in his ii qui alieni sunt a nobis, fere Fidei radicem retinent: mentem enim obcaeeantur eo quod animi corrumpuntur.

Postremo qua mente praedicabat Paulus? Non ut hominibus, sed ut Christo placeret : *Si hominibus placerem, Christi servus non essem*[2]. Cum animum gereret incensum caritate Christi, nihil quaerebat praeter Christi gloriam. O utinam qui in verbi ministerio elaborant, omnes vere Iesum Christum diligant ; utinam possint illa usurpare Pauli : *Propter quem* (Iesum Christum) *omnia detrimentum feci*[3]; et *Mihi vivere Christus est*[4]. Tantum qui amore ardent, ceteros infiammare sciunt. Quare S. Bernardus ita praedicatorem admonet: « Si sapis, concham te exhibebis et non canalem »[5]; hoc est: quod dicis, eo plenus ipse esto, et ne satis habeas in alios transfundere. « Verum, ut idem Doctor addit, canales hodie in Ecclesia multos habemus, conchas vero perpaucas! »[6].

Hoc ne eveniat in posterum, vobis omni ope atque opera enitendum est, venerabiles Fratres: quorum est et indignos repellendo, et idoneos eligendo, conformando, moderando, efficere ut praedicatores, qui sint secundum Dei cor, iam plurimi exsistant. — Respiciat autem misericors gregem suum Pastor aeter-

[1] 1 **Cor., i, 22, 23.**

[2] *Gal.*, 1, 10.

[3] *Philip.*, 3, 8.

[4] Ibid., 1, 21.

[5] ***In Cani. serm. 18.***

[6] Ibid.

nus, Iesus Christus, Virgine Sanctissima quidem, ut Matre augusta ipsius Verbi incarnati et Regina Apostolorum, deprecante ; ac spiritum apostolatus in Clero ref ovens, plurimos esse iubeat qui studeant « seipsos probabiles exhibere Deo, operarios inconfusibiles, recte tractantes verbum veritatis » \

Auspicem divinorum munerum ac testem benevolentiae Nostrae vobis, venerabiles Fratres, vestroque Clero ac populo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xv iunii, in festo Sacratissimi Cordis Iesu, anno MCMXVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SODALITATI VERITATIS CATHOLICAE IN HIBERNIA CONSTITUTAE INDULGENTIAE ET PRIVILEGIA IN PERPETUUM CONCEDUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Beati Petri Apostolorum Principis vices hic in terris, nullis quidem meritis Nostris, gerentibus divinitus, antiquius nihil est Nobis, quam ut piae Societates, quae militantis Ecclesiae ministros, quasi auxiliares cohortes, in bono certamine decertando adiuvant, peculiaribus ornentur privilegiis et spiritualibus gratiis, quibus auctae uberiora in Domino incrementa suscipere satagant. Hoc ducti consilio, cum Ven. Frater Ioannes Harty, Episcopus Cassiliensis et Praeses « Veritatis Catholicae Societatis Hiberniae » frugiferum ad finem sexdecim iam ab annis institutae, sub auspicio Episcopatus Hibernici, ut in vulgus modico pretio effundantur per typos edita salutaria ac pia scripta, enixis Nos precibus flagitaverit, ut nonnullis Societatem ipsam indulgentiis locupletare dignemur, Nos optatis his annuendum, quantum in Domino possumus, censuimus. Quae cum ita sint, audito dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario

[1] *% Tim.,* 2, 15.

Maiore, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus qui Societatem memoratam Veritatis Catholicae in Hibernia in posterum ingredientur, die primo eorum inscriptionis, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, in propria Societatis Ecclesia, si adsit, secus m quavis alia publica Aede sive Sacello item publico, pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam; ac tam inscriptis, quam in posterum eadem in Societate inscribendis fidelibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si admissorum Sacramentali exomologesi expiati atque Angelorum dapibus refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, mortemque tamquam peccati stipendium submisso animo receperint, etiam plenariam ; tandem similiter omnibus et singulis nunc et in posterum existentibus enunciatae Societatis sodalibus, qui singulis annis Dominica SSmae Trinitatis, nempe post Pentecosten prima, et festivitatibus Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, idest die octava mensis decembris, die S. Patricii, nempe die martii decimoséptimo, S. Laurentii O' Toole, scilicet quarto decimo novembris mensis die, denique S. Birgittae, nimirum Kalendis februariis, aut Dominicis immediate respective festivitates ipsas sequentibus, a medietate diei praecedentis ad mediam usque noctem diei festi, propriam, item si reperiatur, Ecclesiam Societatis, secus quodvis aliud templum sive sacellum publicum, similiter poenitentes et confessi atque ecclesiastica mensa recreati celebrent, ibique preces, uti superius diximus, fundant, quo ex his die id agant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper dictis fidelibus nunc et in posterum in Societate Catholicae Veritatis existentibus, quo per annum die, contrito saltem corde, recitaverint antiphonam, versiculum, responsum et orationem ut infra: « Veni, Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium et tui amoris in « eis ignem accende. - Emitte Spiritum tuum et creabuntur, et reno« vabis faciem terrae. - Oremus. Mentes nostras, quaesumus, Domine, « Paraclitus, qui a Te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut « tuus promisit Filius, veritatem. Qui Tecum vivit et regnat in unitate « eiusdem Spiritus Sancti Deus in saecula saeculorum. Amen » ; et quoties contrito pariter corde SSnium Eucharistiae Sacramentum visitent et coram Ipso pro incremento et iuxta fines Veritatis Catholicae Societatis Hiberniae devote orent, trecentos de numero penalium dies; quo vero die ad catholicarum veritatum diffusionem per eandem Societatem

cooperentur*, doxologiam, sive « Gloria Patri » semel recitantes, de numero pariter paenalium dierum in forma Ecclesiae consueta centum expungimus. Porro largimur omnibus et singulis ipsis sociis, si malint, liceat (excepto iugiter in mortis articulo lucranda indulgentia) omnibus aliis tam plenariis quam partialibus indulgentiis functorum vita labes paenasque expiare. Praeterea tam adlectis in praesens, quam in posterum eandem in Catholicae Veritatis Hiberniae Societatem adlegendis Sacerdotibus, facultatem facimus benedicendi unico Crucis signo Coronas precatorias, Cruces, Crucifixos, parvasque ex metallo tum Redemptoris, tum Virginis, tum Sanctorum statuas, eisque applicandi indulgentias apostolicas omnes quae in elencho a Suprema Congregatione S. Officii die 5 septembris anno 1914 edito numerantur; pariterque veniam tribuimus benedicendi Crucifixos cum applicatione indulgentiarum quae a Via Crucis sive Calvariae adpellantur, et quas lucrari poterunt sodales qui legitime impediti quominus ante Stationes legitime erectas se sistant, Crucifixum ipsum manu gerentes, bis decies Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam ac doxologiam sive « Gloria Patri » devote recitent. Fas etiam sit Sacerdotibus iam inscriptis quam in posterum dicta in Societate inscribendis bis in hebdomada Missae, quam pro defunctis celebrent, altaris indulgentiam applicare. Tandem defunctorum ipsius Sodalitii Veritatis Catholicae sodalium animas in Purgatorii igne detentas adiuvare cupientes, concedimus atque indulgemus, ut Missae omnes quae ad quodvis cuiuslibet Ecclesiae Altare pro anima cuiuscumque sodalis dictae Societatis, quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, per quemvis Sacerdotem adprobatum saecularem, seu, de Superiorum suorum licentia, regularem, rite celebrabuntur, animae pro qua litatae fuerint perinde suffragentur, ac si ad privilegiatum Altare fuissent peractae. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar aliisque Constitutionibus et Sanctionibus Apostolicis ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae muniti, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xn aprilis MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRT, *a Secretis Status.*

II

PIO OPERI VULGO « MESSBUND » NUNCUPATO INDULGENTIAE IN PERPETUUM CONCEDUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius Iosephus Antonius a S. Ioanne in Persiceto, Procurator et Commissarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum, Nobis exponendum curavit, pium Opus, quod vulgo « Messbund » nuncupatum, sibi sub patrocinio S. Fidelis a Sigmáringa, Protomartyris de Propaganda Fide, exteras eorundem Fratrum Cappuccinorum Missiones iuvare proponit, nonnullis indulgentiis tum plenariis tum partialibus a rec. me. Pio Papa X, Decessore Nostro, die sexto maii anno MGMVIII ditatum fuisse, atque enixas Nobis preces adhibuit, ut huiusmodi privilegia, aliis aucta gratiis, perpetuo renovare dignaremur. Nos, quibus sane persuasum est, pium supradictum Opus uberes in Domino fructus edidisse, ac magis magisque in posterum editurum, benigne haec vota excipienda censuimus. Quare, audito etiam dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, omnibus ac singulis utriusque sexus Christifidelibus, iam in opere, quod supra diximus, descriptis ac pro tempore describendis, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, nomen Iesu ore, si potuerint, sic minus corde devote invocaverint et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo susceperint, plenariam; atque eiusdem pii Operis sodalibus nunc et in posterum existentibus, qui admissis rite expiatis, sacram Synaxim sumpserint, et propriam pii Operis Ecclesiam, ubi existat, vel quodvis templum aut publicum Oratorium, sollemnitate Epiphaniae D. N. Iesu Christi, et festivitatibus Exaltationis SSmae Crucis, Septem Dolorum B. Mariae Virginis, idest feria sexta post Dominicam Passionis ac S. Fidelis a Sigmaringa, Operis Patroni, a meridie dierum has festivitates praecedentium usque ad mediam noctem insequentium dierum devote quotannis visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea iisdem fidelibus, quotiens quolibet modo memoratum Opus iuverint, trecentos dies de iniunctis eis seu alias quomo-

dolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, excepta tamen plenaria indulgentia in mortis articulo lucranda, etiam fidelium animabus quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari posse, impertimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XIV aprilis MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. GARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

SODALITATI MULIERUM BERGOMENSI TITULO B. M. V. A PIETATE ET S. VINCENTII A PAULO CONCEDUNTUR IN PERPETUUM INDULGENTIAE ET FACULTAS AGGREGANDI SODALITATES COGNOMINES INTRA DIOECESIS BERGOMENSIS FINES.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Supplices sunt Nobis adhibitae preces a Venerabili Fratre Aloisio Maria, Episcopo Bergomensi, ut tum plenarias, tum partiales indulgentias et alia privilegia, quae iam pluries ad tempus a Romanis Pontificibus Decessoribus Nostris concessa fuerunt piae mulierum Sodalitati in sua Civitate sub titulo B. Mariae Virginis a Pietate et S. Vincentii a Paulo canonice institutae, et vulgo « Conferenza » nuncupatae, denuo nunc et perpetuo renovare dignaremur. Nos, attenta huiusmodi Consociationis utilitate, atque eo adducti consilio ut ipsa maiora in dies suscipiat incrementa, eiusdem Antistitis votis, audito etiam dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, libentes obsecundamus. Quare de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus ac singulis mulieribus quae praedictam Sodalitatem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes et confessae SSmum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam; praeterea Presbytero spirituali moderatori ac tam descriptis quam pro tempore adscribendis eidem Sodalitati mulieribus, in cuiusvis eorum mortis articulo, si vére quoque poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, etiam plenariam,

eidemque directori aliisque nunc et pro tempore existentibus in praedicta Societate consororibus etiam vere poenitentibus et confessis ac S. Communione refectis si Sodalitatis eiusdem Sacellum, sive Oratorium vel Altare festivitatibus Conceptionis, Annuntiationis et Assumptionis Deiparae Virginis Immaculatae, item diebus festis S. Vincentii a Paulo, S. Gratae, S. Elisabeth viduae, nec non die anniversario legitimae institutionis dictae Sodalitatis ac die vicesima sexta mensis augusti, item feria sexta intra hebdomadam Passionis a meridie dierum haec festa praecedentium usque ad mediam noctem festorum eorumdem dierum devote quotannis visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo ex hisce die id egerint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Deinde eidem Bergomensi Sodalitati potestatem facimus, ut sicubi in Dioecesi Bergomensi Sodalitium aliquod eiusdem instituti ac nominis legitime erectum extiterit, idem sibi adiungere seu aggregare valeat, cuius aggregationis vi huius Sodalitii sodales indulgentias supradictas lucrari licite queant. Praeterea Sacerdoti directori spirituali praefatae Sodalitatis Civitatis Bergomensis titulo B. Mariae Virginis a Pietate et S. Vincentii a Paulo nunc et pro tempore existenti, ac tam adscriptis, quam pro tempore dictae Sodalitati adscribendis mulieribus, ut si quando legitime impediantur, quominus eiusdem Sodalitatis Ecclesiam, vel Sacellum, vel Oratorium ad consequendas indulgentias, quam recensuimus, statis diebus adire possint, easdem cum Domino consequantur concedimus, dummodo iisdem diebus parochialem Ecclesiam respectivam, reliquis pietatis operibus ex Apostolico praescripto absolutis, visitaverint. Ad haec praedictis Presbytero et mulieribus quo die sollemni Sacro pro anima cuiuscumque ex ipsa Sodalitate Christifidelis, quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, peragendo interfuerint, Ecclesiamque Sodalitatis corde saltem contrito visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, septem annos totidemque quadragenas de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Denique benefactoribus eiusdem Sodalitatis in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Iesu, ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino impertimur. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus fidelium in Pur-

gatorio detentis per modum suffragii applicari posse, indulgemus. In Contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXIV aprilis MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

CONCEDITUR UT ORDINIS PRAEDICATORUM FRATRES, SORORES ET TERTIARII IN COMMUNI VIVENTES ACCIPERE POSSINT ABSOLUTIONEM GENERALEM CUM INDULGENTIA PLENARIA DIE FESTO B. M. V. A ROSARIO, ADDITA FACULTATE ABSOLUTIONEM HUIC FESTO ALIISQUE ADNEXAM ACCIPIENDI INTRA OCTIDUUM.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Suppliées ad Nos preces adhibuit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, vota depromens Capituli Generalis Friburgi in Helvetia mense augusto superioris anni celebrato, ut de Apostolica benignitate festus dies Sanctissimi Rosarii B. Mariae Virginis inter illos adnumerari possit, quibus Fratres Sororesque nec non Tertiarii in communitate viventes Ordinis ipsius, absolutionem generalem cum indulgentia plenaria recipere possunt. Nos votis his piis annuentes, audito dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Maiore Poenitentiario, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, concedimus et largimur, ut in universo Ordine Praedicatorum, ubique terrarum, festus dies SSmi Rosarii B. Mariae Virginis quotannis inter illos dies recenseatur quibus Fratribus Sororibusque nec non Tertiariis in convictu degentibus Ordinis illius fas est absolutionem generalem cum plenaria indulgentia recipere. Ad haec largimur, ut praedicta absolutio eique adnexa indulgentia, tum pro festo Rosarii, tum pro aliis dicti Ordinis festis concessa, in aliam intra octavam diem transferri licite queat si forte aliquod impedimentum obsit quominus propria die habeatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut prae-

sentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xi iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

ECCLESIA TARVIStNA ASSUMPTIONIS B.M.V., VULGO «LA MADONNA GRANDE» TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DECORATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum SSma Virgo Maria tot tantisque meritis Dei mater electa fuerit, atque eodem tempore gratiarum pro hominibus sequestra divinitus constituta, sacras Aedes, in quibus tam opiferam Patronam insigni religione fideles venerantur, praecipuis honoribus ac privilegiis libentes exornamus. Itaque perantiquum ac ceieberrimum huiusmodi .Sanctuarium, olim Abbatia, quod sub titulo Assumptionis B. Mariae Virginis vulgo « La Madonna Grande » Tarvisii erectum, historicis scriptis non minus quam eiusdem Civitatis Statutis est illustratum, placet Nobis ad potiorem dignitatis evehere gradum, ut cum aucto cultus splendore, fidelium quoque pietas erga Immaculatam Dei Parentem in dies augeatur. Exorta enim sacra haec Aedes iam inde a saeculo octavo, utpote parvum Sacellum, tum a S. Anselmo Foroiulii Duce, tum ad eius exemplum ab aliis ampliatum fuit. Condito autem templo a Gerardo Magistratu Tarvisino, ubi Synesii, Theopompi ac Fuscae martyrum exuviae asservarentur, Nonantulam postea translatae, magnus saeculo nono thaumaturgae ac vetustissimae leoni B. Mariae Virginis, post patratas ab Hunnis vastationes, non defuit honor, donec nobilis gens de Camino ac pia praesertim femina Lucretia della Torre Rover, saeculo undecimo, Marialem Aedem rursus excitandam curarunt, quam insuper saeculo quinto decimo Venetiis Patricius Morosini productis operibus magna ex parte instauravit. Ibi sua quisque aetate nonnulli Coelites Beati, et prae ceteris rec. mem. Benedictus Papà XI, Decessor Noster, in eadem Paroecia natus, pariter atque Henricus, domo Boceno, et Gregorius C ardinalis Barbarigo, Episcopus Patavinus, eximio amoris obsequio tantam Matrem sunt prosecuti. Et memoria est impri-

mis dignus S. Hieronymus Aenijiani, qui Castri Novi ad Tarvisium defensor, et in carcerem coniectus, postquam Dei Genitricis auxilium impetrasset et liber esset, vincula ad Eius altare grati animi ergo in hoc templo deposuit, ibique se Deo penitus consecravit. Deinde ex suffragio Bernardini Marini eiusdem Civitatis Sacrorum antistitis, ipsa Ecclesia, vulgari nomine « S. Maria Maggiore » vel « La Madonna Grande » nuncupata, et cui animorum cura committebatur, Basilicae Liberianae de Urbe aggregata fuit, ac demum fel. rec. Pius Pp. X, Decessor Noster, quum apud Curiam Tarvisinam Cancellarii munus exerceret, a. MDCCCLXXX effecit, ut celebre hoc Mariale Sanctuarium Clericis Regularibus e Congregatione Somascha perpetuo concederetur. Neque praetereundum ducimus, hoc in Sanctuario, ad quod ingenti numero fideles etiam turmatim occurrunt, SSmae Virginis imaginem aurea corona ex Capituli Vaticani decreto usque ab anno MDCCCXGVII redimitam fuisse, atque ipsum non modo amplitudine et mirificis artis operibus praestare, sed praeclaras Sanctorum reliquias religiose custodire, praeter quam quod apostolicis indulgentiis locupletatum divite etiam supellectile abunde pollet. Quibus omnibus cognitis ac perpensis, cum Venerabilis Frater Andreas Hyacinthus Longhin, praesens Tarvisinus Episcopus, una cum clero populoque, ac dilectus filius Ioannes Mazzitelli, supremus Congregationis huiusmodi Moderator, huius nomine supplices ad Nos moverint preces, ut praenobile id Sanctuarium novae Pontificiae benevolentiae significatione cumulare dignaremur : Nos, piis hisce votis benigne exceptis, ac de consilio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus tuendis, hoc parochiale templum Tarvisinum in honorem B. Mariae Virginis in Coelum Assumptae, vulgo « La Madonna Grande » Basilicae Minoris titulo ac dignitate perpetuum in modum cohonestamus, eidemque Sanctuario omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta quae minoribus huius almae Urbis Nostrae Basilicis de more competunt. Decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, veL in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane si secus super his a quovis, qualibet auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xn iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. FRANCISCUM ROSSI, ARCHIEPISCOPUM CALARITANUM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS SARDINIAE AD ANNUUM CONVENTUM CONGREGATOS, DE COMMUNIBUS OBSEQUENTISSIMIS LITTERIS GRATIAS AGENS.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communem vestram epistolam libentissime legimus. Quae enim vos pietas ad scribendum impulit, eadem scribentibus verba suggessit amoris officiique pienissima. Laeta enim ac tristia persequimini, sed altera ita recolitis, ut ab iis, quorum mentionem facitis, apostolicae providentiae testimoniis, quidquid redundat in Nos laudis, id omne amantissime celebretis : de alteris vero sermonem inferre nonnisi eo libet consilio, ut in hisce tantis, • quibus premimur, angustiis, opportuno Nos solatio relevetis. Hac studiorum significatione delectati admodum sumus, vobisque,-venerabiles fratres, gratias, ut par est, et agimus et habemus.

Postrema epistolae vestrae pars ad eos Nos refert clericos, quos sanctiora munera atque altiora proposita ad nobiliora iamdiu avocant castra. Sentimus plane idem quod vos, et quae dolenter commemoratis, taciti in animo et magna cum tristitia ac saepe versamur. Metuimus, neque id temere, ne de humano pulvere corda eorum sordescant, quorum in primis virtus splendeat ceteris oportet : ac sollicito vehementer animo cogitationem convertimus praesertim ad eas innumeras paroecias, quibus, amotis pastoribus, vix copia suppetit sacerdotis impertientis pabulum doctrinae sanctae ac sacra administrantis. Utinam et adversa haec cooperentur in bonum!

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis omnibus, venerabiles fratres, clero populoque unicuique vestrum credito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII maii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD ANDREAM CARD. PERRARI, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, AC CETEROS EPISCOPOS PROVINCIAE ECCLESIASTICAE MEDIOLANENSIS GRATIAS PERSOLVENS DE COMMUNI EPISTOLA, OBSERVANTIAE AC PIETATIS PLENA, OCCASIONE ANNUI CONVENTUS EPISCOPALIS REVERENTER EXHIBITA.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Epistola vestra habet quae vobis amorem concilient. Sunt ea officia pietatis vestrae: sunt curae laboriosae, quibus, hoc maxime tempore, munera tuemini episcopalis ministerii: sunt denique optimae providentiae consilia ac coepta, quibus contenditis ad communem afferre fructum doctrinae virtutisque vestrae opes. Quae commemoratis dolenter mala, dolenda ea quidem sunt, uti indicia non dubia aversae ab Ecclesia voluntatis. At non deest quo vel ipsa in bonum quodammodo cooperentur. Illustrant enim maternam benignitatem Ecclesiae, quam ne iniuriae quidem dehortantur a persequendo gratificandi proposito; et in aperto ponunt quanta in collatis ab ea beneficiis sit laus cum nullus in accipientibus sit grati animi sensus.

Ad Nos, quod attinet, qua mente quove animo occurramus adversis hisce communium temporum casibus: quid praesenti demus aetati, futurae quid polliceamur, perspicuum ex iis fieri arbitramur, quae diximus saepe et egimus cum tempus necessitatemque postulare visum est. Utcumque sit, huc conferendae vobis curae, in hoc maxime adlaborandum, ut quidquid Apostolica Sedes praestet sive ad levandas belli calamitates, sive ad pacem conciliandam, id et compertum habeant omnes, et uti par est aestiment. Tunc enim fiet ut veritas ad saniora homines revocet consilia.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis omnibus, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, clero ac populo unicuique vestrum credito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xn maii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

NORMAE

PRO SACRA PRAEDICATIONE

Ut quae Beatissimus Pater nuper in Encyclicis Litteris *Humani generis redemptionem* de sacra praedicatione docuit ac praestituit ad praxim facilius deducantur, Eminentissimi Patres S. C. Consistoriali praepositi, ipso Summo Pontifice plene adprobante, sequentes sancivere normas, quibus Rmi locorum Ordinarii uti debeant ut tuto in re tam gravi procedant; easque eadem Sanctitas Sua statim exsecutioni mandandas praecipit, quo scilicet quod - Apostolus nominat *ministerium verbi* eos afferat fructus in tuitionem ac propagationem fidei christianaeque vitae custodiam, quales et divinus Magister Christus intendit et catholica Ecclesia sibi iure promittit.

Caput I.

A quibus et qua ratione praedicatores Verbi Dei sint eligendi.

1. Rmi locorum Ordinarii illud ante omnia semper prae oculis habeant, quod Sacra Tridentina Synodus, anteriores praescriptiones innovans ac perstringens, cap. IV, sess. 24, *De Reform.*, sancit; ubi, postquam monuit *praedicationis munus Episcoporum praecipuum* esse, sic sequitur : *Mandat* (S. Synodus) *ut in Ecclesia sua ipsi* (Episcopi) *per se, aut, ei legitime impediti fuerint, per eos quos ad praedicationis officium assument ; in aliis autem Ecclesiis per parochos, sive, iis impeditis, per alios ab Episcopis (impensis eorum qui eas praestare aut tenentur vel solent) deputandos, in civitate aut in quacumque parte dioecesis censébunt expedire, saltem dominicis et solemnioribus diebus festis. . . . sacras Scripturas dignamque legem annuntient. Nullus autem saecularis sive regularis, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum, contradicente Episcopo, praedicare praesumat.*

Quod plane in novo ecclesiastico Codice confirmatur can. 1327, 1328 et 1337.

2. Cum igitur ad Episcopum loci Ordinarium praedicandi munus praecipue spectet, cumque ad eumdem pertineat *assumere* ac *deputare* qui ipsum substituant proque ipso suppleant in hoc gravissimo ministerio, etiam specifice in casu quo praedicationis impensae, aut ex iure aut ex consuetudine, ab aliis sint persolvendae; nullus nec valide nec licite eligere aut advocare concionatorem quempiam etiam pro ecclesia propria; nullusque de clero sive saeculari sive regulari, huiusmodi inventionem licite acceptare poterit, nisi intra limites ac modos in sequentibus articulis statutos.

3. Parochi, vi missionis habitae in eorum electione, sicut ad confessiones excipiendas habilitantur, ita etiam facultate concionandi gaudent, salva quidem lege residentiae salvisque conditionibus ceteris, quas Ordinarius necessario vel utiliter apponendas censuerit. Idem de Canonico Theologo dicendum quoad lectiones Scripturae sacrae.

4. In reliquis casibus universis, ad praedicandum populo fidelium in publicis templis vel oratoriis, etiam regularium, et a sacerdotibus etiam regularibus, necesse est ut facultas obtineatur ab Ordinario dioecesis.

5. Huiusmodi facultas, ad normam eorum quae in Codice praescribuntur can. 1341, § 1 et 2, petenda est:

a) a fprima Capituli dignitate, audito tamen Capitulo, pro praedicationibus, quae ex lege vel voluntate Capituli fiant in ecclesia propria;

b) a Superiore regulari, servatis respectivi Ordinis vel Congregationis regulis, pro ecclesiis religionum clericalium

c) a parocho pro ecclesia parochiali aliisque ecclesiis ab ea dependentibus;

d) et si agatur de parocho ecclesiae spectantis ad Capitulum vel ad Ordinem religiosum, ab eodem parocho pro concionibus quae ab ipso pendent, secluso Capituli vel religionis interventu;

e) a sacerdote primicerio vel capellano confraternitatis cuiuslibet pro ecclesia propria;

f) a sacerdote ecclesiae rectore, quique sacras ibidem functiones de iure peragit, pro omnibus ecclesiis aliarum corporationum moralium non clericalium, aut religionum laicalium, monialium, privatorum.

6. Ad tramitem decisionum S. C. Concilii in *Sutrina,* 8 maii 1688, et in *Ripana,* 21 maii 1707, qui praedictam facultatem postulat, debet tantum concionatoris nomen proponere, idque subordinate ad beneplacitum Ordinarii, qui solus uti potest verbis *eligimus et deputamus ad postulationem* N. N., etc.

7. Postulatio ad obtinendum concionatorem aliquem facienda est tempore utili et opportuno, ut Ordinarius commode queat informationes necessarias de eiusdem persona habere (Godic, can. 1341, § 2): hoc autem tempus, generatim, loquendo, haud erit inferius duobus mensibus, uti iam statuit S. G. Concilii in *Theanen.,* 19 aprilis 1728 et 30 aprilis 1729; salva tamen Episcopis facultate tempus aliud statuendi etiam brevius pro genere et gravitate praedicationis et pro qualitate concionar toris, dioecesani vel extradioecesani.

8. Quicumque, obligatione petendi facultatem posthabita, sacerdotem quempiam ad concionandum invitaverit; itemque sacerdos quilibet, qui tali modo invitatus scienter acceptant et concionatus fuerit, puniendi sunt ab Ordinario poenis eius arbitrio statuendis, non exclusa suspensione a divinis.

9. Facultas praedicandi, quando agitur de concionatore extradioecesano, scripto tribuenda erit, designato etiam loco et genere praedicationis, pro quibus concessa fuerit.

10. Ordinarii, *onerata graviter eorum conscientia,* facultatem concionandi nemini concèdent, nisi prius ipsis constiterit de illius pietate, scientia et idoneitate, secundum praescriptiones quae sequenti capite tradentur": si vero agitur de sacerdotibus extradioecesanis vel de religiosis cuiuscumque Ordinis, nisi prius respectivum Ordinarium et Superiorem interpellaverint ac responsionem favorabilem habuerint.

11. Ordinarius et Superior regularis, qui ab alio Ordinario de informationibus interrogati fuerint circa pietatem, scientiam atque idoneitatem ad praedicandum cuiuspiam eorum subditi, tenentur *sub gravi* eas pro veritate tradere, secundum scientiam et conscientiam prout in can. 1341, § 1, novi Codicis praescribitur. Ordinarius vero qui illas recipit, tenetur eisdem se conformare, secretum de acceptis notitiis absolute servando.

12. Ordinarius qui, ob informationes ut supra acceptas aut aliam ob caussam, censuerit in Domino concionandi facultatem alicui denegare, sufficit ut idipsum petenti facultatem significet quin aliud addat, *soli Deo rationem de sua sententia redditurus.*

CAPUT 11.

Quo pacto constare debeat de idoneitate concionatoria.

13. Generatim loquendo, sicut ad tribuendam sacerdoti cuivis facultatem pro ministerio excipiendi fidelium confessiones Ordinarii arctissime obligantur certitudinem acquirere de eius idoneitate et culpa se innexos reputaren! si ad tantum munus admitterent qui moribus foret indignus, vel

scientiae debitae defectu incapax; ita et non aliter iidem Ordinarii debent se gerere; antequam aliquem assumant et destinent ad ministerium verbi.

14. Medium ordinarium ad dignoscendam cuiuspiam idoneitatem ad praedicationis officium, praesertim quoad scientiam et quoad actionem, est examen a candidato voce et scripto subeundum coram tribus examinatoribus, qui arbitrio Ordinarii possunt seligi vel inter examinatores synodales vel etiam inter sacerdotes extradioecesanos, aut etiam e clero regulari.

Cognita autem idoneitate quoad scientiam et actionem, vel etiam in antecessum, haud minori studio, imo etiam maiori, inquiret Ordinarius num idem candidatus pietate, honestate morum et publica aestimatione dignus sit qui verbum Dei evangelizet.

15. Pro huiusmodi duplicis examinis exitu, poterit Ordinarius candidatum declarare idoneum aut generatim aut pro aliqua solummodo praedicationis specie, ad tempus vel ad experimentum et certis sub conditionibus, aut absolute et non in perpetuum, dando illi *pagellam* praedicationis, ea omnino ratione qua datur pro confessionibus, vel ei facultatem praedicandi simpliciter denegando.

16. Non prohibentur tamen Ordinarii, in casibus particularibus et per exceptionem, quominus aliquem ad praedicandum, sine praevio examine de quo supra, admittant, dummodo aliis iisque certis argumentis de eius idoneitate constet.

17. Vetitum tamen absolute esto *diplomata*, ut aiunt, *praedicationis* subditis etiam propriis impertiri, vel subditis etiam propriis sed honoris titulo aut in aestimationis signum.

18. Servata, pro regularibus et religiosis exemptis, eorum Ordinariis facultate deputandi subditos, quos secundum regulas et constitutiones Ordinis noverint dignos et idoneos, conformiter tamen semper ad praescriptiones Codicis, can. 1338, ad praedicandum intra septa domus religiosae vel monasterii; si tamen destinare aliquem voluerint ad conciones habendas in publicis ecclesiis, *non exclusis Ordinis propriis,* tenentur illum coram dioecesano loci Ordinario sistere ad examen subeundum iuxta superius disposita articulis 13, 14, 15.

CAPUT III.

Quid in sacra praedicatione servandum sit vel vitandum.

19. Quoniam *sancta sancte tractanda sunt,* nemo praedicationem suscipiat quin digne ac proxime se praeparaverit studio simul et oratione.

20. Argumenta concionum sint essentialiter sacra (Cod. can. 1347). Quod si concionator alia argumenta tractare voluerit non stricte sacra,

semper tamen domui Dei convenientia, facultatem a loci Ordinario petere et obtinere debebit; qui quidem Ordinarius eam numquam concedet nisi re mature considerata eiusque necessitate perspecta. Concionatoribus tamen omnibus de re politica in ecclesiis agere omnino et absolute sit vetitum.*

21. Elogia funebria nemini recitare fas esto nisi praevio et explicito consensu Ordinarii, qui quidem, antequam consensum praebeat, poterit etiam exigere ut sibi manuscriptum exhibeatur.

22. Concionator prae oculis semper habeat et in praxim deducat quae S. Hieronymus Nepotiano commendabat: *Divinas Scripturas saepius lege : imo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur... Sermo presbyteri Scripturarum lectione conditus sit.* Studio autem Scripturarum sacrarum iungatur studium Patrum ac Doctorum Ecclesiae.

23. Citationes ac testimonia scriptorum aut auctorum prophanorum sobrietate summa adhibeantur, multoque magis dicta haereticorum, apostatarum et infidelium : nunquam vero personarum viventium auctoritates proferantur. Fides et christiana morum honestas non his egent adsertoribus ac defensoribus

24 Concionator ne plausus auditorum aucupetur, sed quaerat unice animarum salutem et commendationem a Deo atque Ecclesia. *Docente te in ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lacrymae auditorum laudes tuae sint* (Hieron. ad Nepotian.).

25. Usus, qui alicubi invaluit, ephemerides vel plagulas typis impressas adhibendi tum ad auditores aucupandos ante praedicationem, tum post praedicationem ad concionatoris meritum extollendum, reprobandus omnino est et damnandus, quovis id praetextu boni fiat. Curent Ordinarii, quantum poterint, ut ne id usuveniat.

26. Quoad actionem in concionando nil melius praescribi potest quam quod S. Hieronymus Nepotianum admonebat: *Nolo te declamatorem et rabulam garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum et sacramentorum Dei eruditissimum. Verba volvere, et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est.... Nihil tam facile quam vilem plébeculam et indoctam concionem linguae volubilitate decipere, quae quidquid non intelligit plus miratur.*

27. Quamobrem concionator tam in ratiocinatione quam in linguae usu sese communi auditorum captui accomodet; quoad vero actionem ac recitationem, eam observet modestiam et gravitatem, quae illi convenit qui pro Christo legatione fungitur.

28. Caveat item semper ac diligentissime ne sacram praedicationem in quaestum vertat, quaerendo quae sua sunt, non quae Iesu Christi;

ne sit igitur *turpis lucri cupidus* nec vanae gloriolae lenocinio se capi sinat.

Nunquam vero ex animo permittat excidere quod, secundum Evangelii et Apostolorum doctrinam et Sanctorum exempla, idem Hieronymus Nepotiano suggerebat: *Non confundant opera tua sermonem tuum; ne cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo haec quae dicis, ipse non facis? - Delicatus magister est qui, pleno ventre, de ieiuniis loquitur... Sacerdotis os, mens manusque concordent.*

CAPUT IV.

Cui et quomodo interdicenda praedicatio.

29. Concionatores, qui praescriptiones superiori capite editas negligant, si emendationis spem praebeant et graviter non offenderint, prima alterave vice ab Episcopo moneantur ac reprehendantur.

30. Si vero emendationem neglexerint aut graviter cum fidelium scandalo peccaverint, Episcopus, ad tramitem Codicis, can. 1340, §§ 2 et 3.

a) si agatur de proprio subdito aut de religioso cui praedicandi facultatem ipse dederit, concessam facultatem, nullo hominum respectu, aut ad tempus revocet aut omnino abroget;

b) si autem de sacerdote extradioecesano agatur vel de religioso cui non ipse *pagellam* impertiverit, praedicationem illi in dioecesi sua interdicat simulque de re moneat tam Ordinarium proprium quam eum qui *praedicationis pagellam* eidem concessit; in casibus] autem gravioribus ne omittat ad S. Sedem referre;

c) poterit etiam Episcopus, imo et debebit pro diversitate casuum, concionatore graviter peccante, coeptam praedicationem ipsi intercipere.

31.Jnterdici pariter praedicatione oportet, *saltem ad tempus et pro aliquo loco,* quicumque aut pro sua vivendi ratione aut quavis alia de causa, etsi inculpabiliter, publicam bonam existimationem amiserit, ita ut ministerium suum inutile vel damnosum evaserit.

32. Ordinarii dioecesani commissionem vigilantiae pro praedicatione, unusquisque in sua dioecesi, instituent, quae iisdem sacerdotibus componi poterit ac commissio pro examine candidatorum.

33. Quia vero nec Episcopi nec commissio vigilantiae adesse ubique in dioecesi poterunt; quum agetur de praedicationibus maioris momenti in locis dissitis, Ordinarii exigent his desuper a Vicariis Foraneis vel a parochis informationes peculiares et tutas iuxta normas superius traditas.

CAPUT V.

De praeparatione remota ad ministerium praedicationis.

34. Ordinarii et Superiores religiosorum stricte obligantur proprios clericos ad sanctam salutaremque praedicationem ab ipsa iuvenili aetate formare studiorum tempore, tum ante tum post susceptum sacerdotium.

35. Curabunt igitur ut dicti clerici, dum sacrae theologiae dant operam, de variis praedicationum generibus doceantur; praeque manibus habeant et gustent exemplaria insignia quae in omni concionum genere Sancti Patres reliquerunt, praeter illa quae in sacris Evangeliis, in Actibus et Epistolis Apostolorum ubique accesserunt.

36. Studebunt item Ordinarii ut iuvenes instituantur de actione et pronuntiatione in concionibus servandis, ut eam deinde gravitatem, simplicitatem et concinnitatem praeseferant, quae nihil histrionem sapiat, sed verbo Dei conveniat, probetque concionantem pro animi persuasione et ex corde loqui sublimemque spectare finem, qui ministerio suo est praestitutus.

37. Haec dum in seminariis vel studiorum locis peragentur, Superiores scrutabuntur quod genus praedicationis singulorum alumnorum dispositioni magis respondeat, ut deinde ea super re ad Ordinarium referant.

38. Initialem autem institutionem, quam clerici in seminariis vel in studiorum domibus habuerunt, Ordinarii, etiam post sacros Ordines susceptos, perficiendam curabunt.

39. Quamobrem, iuxta informationes de unoquoque habitas, eos facilioribus primum ac humilioribus praedicationibus occupabunt et exercèbunt, ut in tradenda pueris christiana catechesi, Evangelio breviter explicando, iisque similibus.

40. Poterunt demum Ordinarii suis clericis praescribere ut, aliquo annorum spatio, examen de praedicatione in curia quotannis subeant tam voce quam scripto, ea quidem methodo quae ipsis magis probabitur, conformiter scilicet ad praescriptiones Codicis pro examinibus annuis a clericis subeundis post sacerdotii susceptionem.

Ex S. C. Consistoriali die 28 iunii, in pervigilio SS. App. Petri et Pauli anno 1917.

C. CARD. DB LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. % S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

Versione italiana.

REGOLAMENTO

CIRCA LA SACRA PREDICAZIONE

Per la pratica esecuzione di quanto insegna e prescrive la lettera enciclica *Humani generis redemptionem* circa la sacra predicazione, gli Emi Padri della S. C. Concistoriale, con piena approvazione di Sua Santità, hanno stabilito il seguente regolamento, che dovrà essere per gli Ordinari una norma sicura in materia di così grande importanza, e che, per espresso volere dello stesso S. Padre, deve avere immediata esecuzione, affinchè il *ministerium verbi,* come lo chiama l'Apostolo, possa portare quei benefìci effetti per la difesa e propagazione della fede e per la tutela della vita cristiana, che furono e sono negl'intendimenti del divino Maestro Gesù Cristo e che giustamente si attende la Chiesa.

CAPO I.

Da chi e come si debbano scegliere i predicatori.

1. In primo luogo i Rmi Ordinari abbiano sempre innanzi agii occhi quello che, rinnovando le prescrizioni anteriori, sinteticamente stabilisce il S. Concilio di Trento al cap. IV, sess. 24, *De reform.,* dove, dopo aver ricordato che *praedicationis munus Episcoporum praecipuum [est,* così prosegue: *Mandat* (Sancta Synodus) *ut in ecclesia sua ipsi* (Episcopi) *per se, aut, si legitime impediti fuerint, per eos quos ad praedicationis officium assument; in aliis autem ecclesiis per parochos, sive, iis impeditis, per alios ab Episcopis (impensis eorum qui eas praestare aut tenentur vel solent) deputandos, in civitate aut in quacumque parte dioecesis censebunt expedire, saltem dominicis et solemnioribus diebus festis,* ecc., *sacras Scripturas divinamque legem annuntient... Nullus autem saecularis, sive regularis, etiam in ecclesiis suorum Ordinum, contradicente Episcopo, predicare praesumat*

Il che viene anche¡consacrato nel nuovo *Codice* ecclesiastico, can. 1327, 1328 e 1337.

2. Spettando, dunque, principalmente al Vescovo Ordinario del luogo l'officio di predicare ed essendo a lui riservato di *assumere* e *deputare* chi lo sostituisca e supplisca in questo altissimo ministero, anche nel caso specifico che le spese siano, o per dovere o per uso, sostenute da altri, niuno può validamente e lecitamente eleggere ed invitare un predi-

calore, anche per la propria chiesa, e niuno del clero secolare o regolare può lecitamente accettare simile invito, se non nei limiti e modi fissati negli articoli che seguono.

3. I parroci, in forza del mandato avuto con la loro elezione, sono abilitati alla predicazione, salva però la legge della residenza e salve le condizioni ulteriori che l'Ordinario crederà necessario od espediente stabilire. Così porre il Canonico teologo quanto alle lezioni scritturali.

4. In tutti gli altri casi per predicare al popolo fedele nelle pubbliche chiese od oratorii, anche dei regolari, e dagli stessi sacerdoti regolari, è necessaria la facoltà dell'Ordinario diocesano.

5. Questa facoltà, iri conformità al disposto del *Codice* can. 1341, § 1 e 3, deve esser chiesta:

a) dalla prima dignità del Capitolo, dietro il parere del Capitolo stesso, per le predicazioni dipendenti dalle leggi o dalla volontà del Capitolo nella rispettiva chiesa;

b) dal Superiore religioso, osservate le regole del rispettivo Ordine o Congregazione nelle chiese delle religioni clericali;

c) dal parroco per la chiesa parrocchiale ed altre chiese da lui dipendenti;

d) e se si tratti dei parroco di una chiesa spettante ad un capitolo o ad un Ordine religioso, dal parroco stesso per quelle prediche che da lui dipendono all'infuori delle competenze del Capitolo o della Religione;

e) dal sacerdote primicerio o cappellano della confraternita per la chiesa ad essa spettante;

/) dal sacerdote rettore della chiesa, che di diritto compie in essa le sacre funzioni, per tutte quelle chiese che dipendessero da altri corpi morali non chiericali, religioni laicali, suore, privati.

Rimane escluso che tali petizioni vengano fatte o presentate da secolari, ed ogni consuetudine in contrario resta condannata ed abolita.

6. In conformità alle decisioni della S. C. del Concilio in *Sutrina,* 8 maggio 1688, in *Ripana,* 21 maggio 1707, ecc., chi chiede tale facoltà deve limitarsi alla semplice proposta della persona, e questa subordinata al beneplacito dell'Ordinario, il quale soltanto può usare le parole *eligimus et deputamus ad postulationem* N. N., ecc.

7. La domanda per ottenere un predicatore deve essere fatta in tempo utile ed opportuno, affinchè l'Ordinario possa prendere comodamente le informazioni necessarie *(Codice,* can. 1341, § 2) e questo tempo in generale non deve essere inferiore ai due mesi, come ha stabilito la S. C. del Concilio nella *Theanen.,* 19 aprile 1728 e 30 aprile 1729, salvo ai Vescovi di stabilire un tempo diverso, anche più breve, secondo

il genere e V importanza della predicazione, e la qualità del predicatore diocesano od estradiocesano.

8. Chiunque, non chiesta la facoltà, invitasse qualsiasi a predicare ; parimente ogni sacerdote che, così invitato, scientemente accetti e predichi, dovranno essere puniti dall'Ordinario con pene ad arbitrio dilui, non esclusa la sospensione *a divinis.*

9. La facoltà di predicare, quando trattasi di sacerdoti extradiocesani, dovrà darsi in iscritto, designando il luogo ed il genere della predicazione commessa.

10. Gli Ordinari non daranno mai la facoltà di predicare a chicchessia, *onerata graviter eorum conscientia,* se loro prima non consti della pietà, scienza ed idoneità del soggetto, secondo le prescrizioni del capitolo seguente; e se trattasi di sacerdoti estradiocesani o di religiosi, se non dopo sentito il rispettivo loro Ordinario o superiore, ed avutane favorevole risposta.

11. L'Ordinario od il superiore religioso, richiesto da un altro Ordinario d'informazioni sulla pietà, scienza ed idoneità di un loro suddito per la predicazione, dovrà *sub gravi* darle in tutta verità, secondo scienza e coscienza a norma del can. 1341, § 1 del nuovo *Codice.* E l'Ordinario, che le riceve, dovrà regolarsi in conformità alle medesime, e conservare su di esse un assoluto segreto.

\% Qualora un Ordinario, per le informazioni avute, di cui al numero precedente, o per altro motivo, credesse di escludere alcuno dalla predicazione, basterà che avverta di tale esclusione chi gli ha fatto la richiesta, senza essere obbligato a dare spiegazioni ulteriori, *soli Beo rationem de sua sententia redditurus.*

CAPO 11.

Come debba constare dell'idoneità del predicatore.

13. In generale, come per autorizzare alcuno al sacro ministero della confessione, gli Ordinari hanno strettissimo obbligo di accertarsi della idoneità del soggetto, e si crederebbero in colpa se ammettessero a tanto officio chi per condotta ne fosse indegno o, per difetto di scienza, incapace; così e non altrimenti debbono regolarsi prima di ammettere e destinare alcuno a spezzare il pane della divina parola.

14. Il mezzo ordinario per constatare l'idoneità per la predicazione, specialmente circa la scienza e il modo di porgere, è l'esame a voce ed in iscritto da farsi dinanzi ad una commissione di tre, che possono

essere scelti fra gli esaminatori del clero e possono essere anche sacerdoti estradiocesani o religiosi, ad arbitrio dell'Ordinario.

Dopo constatata l'idoneità quanto a scienza e modo di porgere, o anche precedentemente a ciò, con non minor cura, ma anzi molto maggiore, l'Ordinario esaminerà se per pietà, onestà di condotta e buona fama il candidato sia degno di dispensare la parola di Dio.

15. In conformità del risultato di questo duplice esame l'Ordinario potrà dichiarare il candidato idoneo in generale o per una specie particolare di predicazione, a tempo ed esperimento e sotto certe condizioni o assolutamente, dandogli una pagella, come si usa per le confessioni; o anche negargli la facoltà di predicare.

16. Non è però impedito agli Ordinari, in casi particolari ed in via eccezionale, purché consti loro da altri e sicuri argomenti della idoneità del soggetto, di ammettere alla predicazione alcuno senza il previo esame, di cui sopra.

17. Ma è assolutamente vietato di concedere diplomi di predicatori a sudditi non propri; ed anche ai propri, ma a semplice titolo di considerazione e di onore.

18. Ferma pei regolari e pei religiosi esenti la facoltà ai loro Ordinari di deputare alla predicazione interna nelle loro case i soggetti che, secondo le loro regole e costituzioni, stimassero degni ed atti, sempre però in conformità alle disposizioni del *Codice* al can. 1338, volendo però essi destinare alcuno alla predicazione nelle pubbliche chiese, *non escluse quelle del proprio Ordine,* dovranno presentare il religioso all'Ordinario diocesano locale per l'esame, secondo il disposto degli articoli 13, 14 e 15.

CAPO III.

Che cosa si debba osservare od evitare nella sacra predicazione.

19. Poiché *sancta sancte tractanda sunt,* nessuno si accinga a predicare, se non siasi degnamente preparato con uno studio prossimo e con la preghiera.

%0. I temi delle prediche siano essenzialmente sacri *(Codice,* can. 1347). Che se il predicatore vorrà trattare temi non strettamente sacri, sempre però convenienti alla Gasa di Dio, dovrà chiedere ed ottenere permesso dall'Ordinario locale, il quale non lo concederà, se non dopo matura considerazione e riconosciutane la necessità. Nondimeno a tutti i predicatori resta in tutto ed assolutamente proibito di parlare nelle chiese di cose politiche.

21. A nessuno sia permesso di recitare orazioni funebri, se non col previo ed esplicito consenso dell'Ordinario, il quale, prima di darlo, potrà anche esigere che gli sia esibito il manoscritto.

22. Il predicatore abbia sempre innanzi agli occhi e pratichi quello che S. Girolamo raccomandava a Nepoziano: *Divinas scripturas saepius lege: imo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur... Sermo presbyteri scripturarum lectione conditus sit.* Alla Sacra Scrittura aggiunga lo studio dei Padri e dei Dottori della Chiesa.

23. Le citazioni e testimonianze di scrittori od autori profani si usino con somma sobrietà: e molto più quelle di eretici, apostati od infedeli: giammai si usino quelle di persone ancora viventi. Ben altrimenti si può tutelare e si tutela la fede e la morale cristiana!

24. Non aspiri il predicatore al plauso degli uditori, ma solo alla salute delle anime ed all'approvazione di Dio e della Chiesa. *Docente te in ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lacrymae auditorum laudes tuae sint* (S. Girolamo a Nepoziano).

25. 11 sistema, in qualche luogo introdotto, di fare pubblicità sui giornali od in foglietti volanti prima della predicazione per attirare uditori o, dopo di essa, per elogiare il predicatore, si riprova e condanna^ anche se fatto con fine e sotto pretesto di bene. Cureranno quindi gli Ordinari, per quanto è da loro, che ciò si sopprima dove fosse in uso, ed altrove non si introduca.

26. Nel modo di porgere nulla di meglio si può dire di quanto S. Girolamo insegnava a Nepoziano (loc. cit.): *Nolo te declamatorem et rabulam, garrulumque sine ratione; sed mysteriorum peritum et sacramentorum Dei eruditissimum. Verba volvere, et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, inductorum hominum est_____Nihil tam facile quam vilem plebeculam et indoctam concionem linguae volubilitate decipere, quae quidquid non intelligit plus miratur.*

27. Quindi sia il ragionamento e linguaggio del predicatore proporzionato alla capacità media degli uditori. Quanto poi al gesto ed alla recita serbi quella modestia e gravità che conviene a colui, il quale è Legato di Gesù Cristo *(Codice,* can. 1347).

28. Si guardi sempre e con ogni cura dal fare della predicazione un mestiere per vivere, cercando *quae sua sunt, non quae Iesu Christi.* Non sia quindi *turpis lucri cupidus* e non si lasci tentare dal lenocinio della vanagloria.

Abbia poi vivamente presente in ogni tempo quello che, in conformità al Vangelo, alla dottrina degli Apostoti, all'esempio dei Santi, insegnava S. Girolamo a Nepoziano (loc. cit.): *Non confundant opera tua*

sermonem tuum ; ne cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat : Cur ergo haec quae dicis ipse non facis? Delicatus magister est qui pleno ventre de ieiuniis loquitur.... Sacerdotis os, mens manusque concordent.

CAP. IV.

A chi e come si debba proibire la predicazione.

29. I predicatori che non si attenessero alle prescrizioni stabilite nel capo precedente, se correggibili e per cose non gravi, per la prima o seconda volta siano dal Vescovo avvertiti e ripresi.

30. Se non si emendano, o se si tratti di mancanza grave che abbia dato scandalo, il Vescovo, in conformità al can. 1340, § 2 e 3 del *Codice:*

a) qualora si tratti di un proprio suddito o di un religioso a cui egli abbia dato la pagella di predicatore, dovrà, senza umani riguardi, sospendergli o togliergli la data facoltà;

6) qualora si tratti di estradiocesano o di un religioso a cui non abbia dato la detta pagella, dovrà interdirgli di più predicare nella sua diocesi, informando d'ogni cosa l'Ordinario proprio e colui che ha dato la pagella al detto soggetto; e nei casi più gravi, o quando speciali ragioni lo consiglino, non manchi di avvertire la S. Sede.

c) potrà anche il Vescovo, ed anzi dovrà, secondo i casi, avvenuta una mancanza grave da parte di un predicatore, interrompergli la predicazione.

31. Egualmente dovrà essere interdetto dalla predicazione, almeno *ad tempus et pro aliquo loco,* chi per la sua condotta o per qualsiasi altro motivo, anche senza sua colpa, decadesse dalla pubblica stima, così da rendere il suo ministero inutile o dannoso.

32. Gli Ordinari diocesani costituiranno nelle loro diocesi una commissione di vigilanza *pro praedicatione,* che potrà anche essere la stessa che per gli esami.

33. Non potendo i Vescovi e le commissioni di vigilanza esser presenti in tutta la diocesi, trattandosi di predicazioni di qualche importanza in luoghi distanti, gli Ordinari esigano dai Vicari foranei o dai Parroci informazioni particolareggiate e precise secondo le norme sopra indicate.

CAPO V.

Della preparazione remota per la sacra predicazione.

34. Sarà stretta cura degli Ordinari e dei Superiori religiosi di formare i loro chierici ad una santa e salutare predicazione fin dai giovani anni, durante i loro studi, prima del sacerdozio e negli anni susseguenti.

35. Dovranno quindi curare che i loro chierici, durante il corso teologico, conoscano i vari generi di predicazione, ed abbiano sotto gli occhi ed assaporino i grandi esempi che di essa in ogni specie ci hanno lasciato i Santi Padri, senza dire di quelli che nel Vangelo, negli Atti e nelle Lettere degli Apostoli si trovano, può dirsi, ad ogni pagina.

36. Provvederanno gli stessi Ordinari e Superiori che i giovani sieno istruiti circa il porgere e circa la declamazione da usarsi nel predicare, affinchè usino quella gravità, naturalezza e correttezza che non abbia nulla di teatrale, ma convenga alla parola di Dio e che è propria di chi è convinto di ciò che dice, ne ha pieno il cuore e mira al fine sublime del suo operare. •

37. Mentre ciò si verrà adempiendo nei seminari o negli studentati, studieranno i superiori qual genere di predicazione sia più propria ad uno piuttosto che all'altro chierico, e ne daranno fedele relazione al rispettivo Ordinano.

38. Nè minor cura avranno gli Ordinari affinchè i giovani sacerdoti perfezionino, dopo l'ordinazione, l'istituzione iniziale avuta in seminario o nello studentato.

39. Tenendo quindi calcolo delle note avute durante la loro educazione, cominceranno ad esercitarli in predicazioni più facili, come nel-r insegnamento della dottrina cristiana ai fanciulli, in brevi spiegazioni del Vangelo e simili.

40. Potranno infine gli Ordinari prescrivere ai loro chierici che, per qualche tempo, subiscano ogni anno un esame di predicazione nella curia, tanto a voce che in iscritto, con quel metodo che più crederanno opportuno, in conformità alle prescrizioni del Codice circa gli esami annuali dei giovani sacerdoti dopo la loro ordinazione.

Dalla S. C. Concistoriale, 28 giugno, vigilia dei SS. Apostoli Pietro e Paolo, 1917.

£g O. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

L. © S.

-j- V. Sardi, Arcivescovo di Cesarea, *Assessore.*

II

RATISBONENSIS ET AUGUSTAE VINDELICORUM

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Quo melius animarum saluti consulatur, apprime expedit, ut fideles ei tribuantur et aggregentur paroeciae, quam facilius et commodius adire possunt.

Quum itaque fideles locorum vulgo *Au am Aign* et *Winden am Aign,* parochiali ecclesiae Geisenfeld, dioecesis Ratisbonensis* hucusque adscripti, ob distantiam ad eamdem ecclesiam nonnisi cum magno incommodo convenire possint, supplici libello efilagitarunt, ut a parochia *Geisenfeld* et dioecesi Ratisbonensi seiungerentur, et dioecesi Augustae Vindelicorum unirentur et respective aggregarentur fideles quidem loci *Au am Aign* parochiae *Hoeg,* fideles autem loci *Windem am Aign* ecclesiae filiali *Langenbruch* parochiae *Faulenbach.*

Quare SSmus D. N. Benedictus XV„ re mature considerata et habito utriusque Ordinarii consensu, oblatis precibus obsecundare dignatus est.

Itaque Sanctitatis Suae iussa exsequens S. C. Consistorialis per praesens decretum, suppleto, quatenus opus sit, quorumcumque in hac re interesse habentium vel habere praesumentium, consensu, pagos *Au am Aign* et *Windem am Aign* cum omnibus et singulis fidelibus in eis existentibus et commorantibus a territorio paroeciae *Geisenfeld,* dioecesis Ratisbonensis separat et avellit, eosque pariter ut supra dioecesi Augustae Vindelicorum aggregat et fideles quidem loci *Au am Aign* addicit paroeciae *Hoeg,* fideles vero loci *Windem am Aign* ecclesiae filiali *Langenbruch* parochiae *Fahlenbach.*

Ad praemissa vero exsecutioni mandanda deputatur R. P. D. Eugenius Pacelli, Archiepiscopus titularis Sardianus atque in Bavaria Apostolicus Nuntius, eique tribuuntur necessariae et opportunae facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet ecclesiastica «dignitate ornatum, onere tamen ei imposito ad hanc S. C. Consistorialem quamprimum transmittendi exemplar authenticum peractae exsecutionis.

Contrariis non obstantibus quibusvis, speciali quoque mentione dignis. «

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S.- C. C, die 21 maii 1917.

83 C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

S. Congreg. Consistorialis decretis, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

8 maii 1917. — Titulari archiep. ecclesiae Tirensi praefecit R. P. D. Rodulphum Caroli, hactenus episcopum Cenetensem, in Internuntium Apostolicum apud Boliviam electum.

18 maii. — Titulari episcopali ecclesiae Polybatensi R. P. D. Iulium Drohobeczky, hactenus episcopum Crisiensem Ruthenorum.

21 maii. — Titulari archiep. ecclesiae Palmyrensi R. D. Bartholom aeum Cattaneo, Moderatorem Collegii Urbani de Propaganda Fide, electum in Delegatum Apostolicum in Austral asia.

18 iunii. — Titulari episcopali ecclesiae Sinidensi R. P. Thomam Esser, Ordinis Praedicatorum, iam S. Congregationis Indicis a Secretis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

MANUELEN.

CURAE ANIMARUM ET MISSAE PRO POPULO

Die 17 martii 1917

SPECIES FACTI. - Iam ab immemorabili, in oppido vulgo *Cantalupo Sabino,* prius dioecesi Suburbicariae Sabinensi, dein vero ab anno 1841 dioecesi Mandelensi subiecto, *unica* exstabat, sicut et nunc exstat, paroecia et paroecialis ecclesia sub titulo S. Blasii. Verum animarum cura dicti oppidi, quod etiam nunc mille homines vix complectitur, pari aucto-

ritate ac iurisdictione exercebatur independenter, et per alternas hebdomadas, ne ipsa quidem excepta Missae applicatione *pro populo,* a duobus rectoribus curatis cum proprio ac distincto beneficio, quorum unum sub titulo S. Blasii, alterum vero sub titulo S. Mariae in coelum assumptae.

Ex hac autem promiscua ac cumulativa, licet alterna, iurisdictione in unum eumdemque populum, atque ex paroecialium officiorum ac munerum exercitio in una eademque ecclesia, non levia incommoda suborta sunt, ad quae praecavenda Cardinalis Brancatius, tunc temporis Sabinensis Episcopus, occasionem nactus vacationis beneficii curati S. Mariae assumptae, decreto diei 1 novembris 1667 in sacra visitatione edito, ad formam Concilii Tridentini, sess. 24, cap. 13, *de reform,* curam animarum in eodem oppido ab uno tantum parocho seu titulari beneficii S. Blasii exercendam in posterum statuit, eidemque alterum beneficiarium S. Mariae in vicarium perpetuum ac coadiutorem constituit. Reliquit tamen utrique beneficiario antiquos proprii beneficii reditus, ac proventus, exceptis tantummodo incertis emolumentis, quorum duas tertias partes parocho et alteram vicario attribuit.

At progressu temporis alias novas easque maiores quaestiones ac controversias exarsisse constat inter ipsum vicarium eiusque parochum, qui et nomen Archipresbyteri assumpsit. Quas ad sopiendas die 26 novembris 1749 a parocho Archipresbytero tunc temporis eiusque vicario, quaedam inita fuit conventio, quam die 6 subsequentis decembris Cardinalis De Elcio, Sabinensis Episcopus, ratam habuit. In ea definitive utrimque recognoscebatur Archipresbytero, non secus ac eius vicario alternis hebdomadis applicationem Missae *pro populo* incumbere, itemque quaedam alterna utrique asserebatur administratio paroeciae ; dum tamen uni archipresbytero reservabatur celebratio solemnium functionum eique soli facultas fiebat administrandi Communionem Paschalem, baptismum, matrimonium, sacrum viaticum et extremam unctionem.

Res hoc modo processerunt usque ad annum 1910, quo postremus vicarius e vivis excessit. Archipresbyter parochus non renuit in ea vacatione universam animarum curam exercendam suscipere, nec non Missam pro populo applicare diebus lege statutis. Emolumenta tamen non ei accreverunt ; sed fiscus regius proventus vicarii cooperatoris sibi ascribens Archipresbytero parocho quinque tantum in mensem libellas assignavit. Quum autem subinde, a. 1912, Archipresbytero ab ecclesiastica et civili potestate commissa fuisset, titulo oeconomi spiritualis, ipsa vicaria vacans, non quinque, sed decem menstruatim libellae sunt ipsi assignatae.

In his adiunctis positus Archipresbyter parochus nonnulla proposuit huic Sacrae Congregationi dubia, quorum primum, quod est ceterorum omnium fundamentum, et quo soluto alia omnia obviam habent responsionem, ita conceptum est: « In unica ecclesia, in qua cura ani-« marum duo afficit distincta beneficia, ita ut duo beneficiarii, archipre-« sbyter scilicet parochus et vicarius cooperator seu curatus coadiutor, « alternis hebdomadibus ecclesiae inserviant et missam pro populo appri**me** cent, teneturne Archipresbyter parochus, altero beneficiario deficiente, « vi muneris sui, totam integram que animarum curam assumere, et spe-« ciatim, obligaturne ad applicationem missae pro populo omnibus et « singulis diebus praescriptis ? ».

In casu autem affirmativo, attenta tenuitate retributionis quam obtinet, gratiam postulat reductionis, ita ut, prouti iam precario impetravit decreto Episcopi in sacra Visitatione dato, sub an. 1894, non teneatur nisi ad sexaginta quinque Missas annuas.

Sub utroque puncto iuris et gratiae, postulatio examinanda venit.

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - I. *Argumenta favore Oratoris deducta.* Ad primam quaestionem quod attinet, pro adstruenda obligatione Archipresbyteri Gantalupensis militat praesertim ratio deprompta ex citato decreto Card. Brancatii de anno 1667, vi cuius ex duobus *unicus* fieri videtur verus ac proprie dictus parochus.

Sed huiusmodi decretum ita non esse interpretandum, apparet, quia, si ita acciperetur, procul dubio ab initio nullum et irritum esset edicendum. Atqui, docente Iuliano, in 1. 13 ff. *de reo. dub.:* « quoties am-« bigua oratio est, commodissimum id est accipi, *quo res de qua agitur, « magis valeat, quam pereat »*. Enimvero, si decreto Card. Brancatii, intelligas duo beneficia curata, quae antea distincta erant, altero subiato, ad unum redacta fuisse, istud decretum iam certa nullitate laborare cognoscitur, eo quod Episcopus propria auctoritate reducere nequeat beneficia curata in non curata, « quae saepius appellantur etiam sim-« plicia », ut habet Reiffenstuel, *in Decretales,* lib. 3, tit. 5, n. 31. Id sane vetuit Concilium Tridentinum, sess. 25, cap. 16, *de reform,* statuens, « ut ecclesiastica beneficia, quocumque nomine appellentur, quae curam « animarum ex primaeva eorum institutione aut aliter quomodolibet «retinent, illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata vicario « perpetuo congrua portione, non convertantur ».

Et haec S. Congregatio in una *Tiburtina-Parochialis* die 9 iulii 1757 infirmavit decretum Episcopi, qui in casu consimili duos parochos eiusdem paroeciae ad unum redegit, cui assignavit capellanum seu vica-

rium. Tunc enim, reclamantibus parochianis, haec ipsa Congregatio ad propositum dubium: « An sit locus reductioni duorum parochorum « unius eiusdemque parochialis Castri Madamae ad unum solum paro- « chum, qui onus habeat retinendi capellanum coadiutorem in cura « animarum ab Episcopo approbandum », respondit: *Negative.* Quo vero pro videret inconvenientibus ab Episcopo obiectis, seu discidiis inter duos parochos exortis, addit: «Episcopus iniungat exerceri dictam curam « animarum per utrumque, sublata alternativa, *et ad mentem. Mens est:* « ut fiat massa communis ex incertis emolumentis aequaliter divi- « dendis ».

Dicendum igitur similiter, - si nolumus admittere, adeo solemne decretum, quo universus nostrae paroeciae status incipit, nullum prorsus ab initio fuisse, - per illud, quamquam sub diversis nominibus Archipresbyteri et Coadiutoris-curati, tamen essentiam parochatus esse servatam, ad quam, docente ßouix, *de parocho,* pag. 171, sufficit et requiritur « aliqua in cura animarum ab alterutro independentia ». Atque ita revera factum esse, ostendit subsequuta postea diuturna observantia, quae in consuetudinem *iuris* transiit per legitimam conventionem a Cardinali De Elcio anno 1749 confirmatam, praecedentis decreti, si opus fuisset, correctoriam. Per hoc sane pactum conventum, utrique beneficiario par onus impositum est Sacrum pro populo litandi, itemque tam Archipresbytero quam eius vicario generatim commissa est animarum cura per turnum hebdomadarium exercenda. Haec autem curae administratio ab utroque beneficiario independenter seu proprio nomine obeunda esse videtur: quod quidem secumfert non unum tantum parochum sed, quemadmodum saltem ante Card. Brancatii decretum, duos esse parochos inter se pares in casu agnoscendos.

Et revera conventioni anni 1749 prae mittitur quod Archipresbyter eiusque vicarius « avendo *promiscua ingerenza* nel governo di detta « parrocchia, nè essendo mai state determinate le *comuni* e particolari « incombenze, nè *ripartito* il loro ufficio, chi poco, chi nulla s'è affati- « cato nelle loro rispettive occupazioni ». Deinde articulus 3 ipsius conventionis decernit quod « nelli sacrosanti giorni della festa di precetto «celebri *V ebdomadario* la Messa parrocchiale, applicandola *pro populo,* « ed il medesimo faccia la spiegazione del Vangelo, ecc. ». Quod si in art. 5 subditur « nella solennità della Pasqua ..... comunicherà sempre « privativamente l'arciprete il popolo, non meno che gli amministrerà « li santi sacramenti del battesimo, matrimonio, viatico ed estrema « unzione », haec omnia non vi proprii et exclusivi muneris uni Archipresbytero tribui videntur sed, uti ibidem innuitur, dumtaxat « per

« togliere ogni confusione ». Item attributio functionum àolemnium solo Archipresbytero in art. 4 facta explicari etiam potest per quamdam honoris praecedentiam, inter *pares* tamen.

Alternum praeterea munus curae animarum obeundae itemque Missae pro populo litandae obligatio ita beneficio vicarii realiter ac personaliter inesse videtur ut, saltem ipso beneficio pleno, Archipresbyter ab eodem onere relevatus dicendus sit. Id speciatim quoad Missae applicationem probavit hic S. Ordo, ubi alternative cum parocho^ huiusmodi celebrationem explebant, qui curam animarum coadiutricem vel saltem habitualem gerebant; ceu probant *Cameracen.,* 16 dec. 1820, et *Spoletana,* 14 maii 1831, et notatur in *Mechlinien.,* 25 septembr. 1847, et tenet Santi-Leitner, *Praelect. can.,* lib. 3, t. 29, n. 17. Hinc nulla in casu suppetere videtur sufficiens ratio cur idem onus, vacante vicarii beneficio, ab eodem seiungi debeat et in archipresbyterum refundi.

II. *Argumenta in contrarium deducta.* At ex adverso ambigendum minime posse videtur, Cardinalem Brancatium decreto anni 1667 reapse, non vero specietenus, *unum* tantum constituisse parochum loci *Cantalupo.* Id sane patet non solum ex verbis et ex ipsius decreti tenore, quod absonum esset ita interpretari ut nominum dumtaxat immutationem induxerit, quatenus, qui prius parochus, idem vicarius aut coadiutor curatus subinde nuncuparetur; verum etiam ex facta provocatione ad Concilium Tridentinum, sess. 24, cap. 13, *de reform.,* quod ita decrevit: « In iis civitatibus ac locis, ubi parochiales ecclesiae certos non habent « fines, nec earum rectores proprium populum quem regant, sed pro- « miscue petentibus sacramenta administrant, mandat sancta Synodus « Episcopis, pro tutiore animarum eis commissarum salute ut, distincto « populo in certas propriasque parochias, unicuique suum perpetuum « peculiaremque parochum assignent, qui eas cognoscere valeat et a « quo solo licite sacramenta suscipiant; *aut alio peculiari modo, prout « loci qualitas exegerit, provideant ».*

Quum itaque memoratus Card. Brancatius minus opportunum iudicasset in oppido Cantalupo duas constituere paroecias pro duobus tunc exstantibus distinctis parochis, quia, ut ipsemet ait, « commodam « populi distinctionem fieri non posse » compertum erat; volens tamen alio modo consulere bono animarum ad tramitem eiusdem Concilii Tridentini, integram ac independentem animarum curam attribuit beneficiario S. Blasii, dum alteri beneficiario S. Mariae nonnisi coadiutricem et dependentem operam assignavit.

Nec ex adverso tanti esse faciendum videtur quod opponitur praescriptum Concilii Tridentini, sess. 25, cap. 16, *de reform.,* vi cuius Episcopi

prohibentur con vertere beneficia curata in non curata. Nam haec regula generalis exceptionem pati posse videtur per praescriptum eiusdem Concilii, sess. 24, cap. 13, *de reform.*, quod nempe, quum ad tollendam promiscuam animarum curam dismembratio paroeciae fieri non possit, facultatem tribuit Episcopis ut « alio peculiari modo, prout loci qualitas exegerit, « provideant ». Hinc Thomassinus, *de nova et veteri Ecclesiae disciplina,* part. I, lib. 1, cap. 29, n. 5 et 6 habet: « Ad compescendas rixas litesque « facillime emergentes et difficillime sopiendas inter unius ecclesiae plu- « res curiones, statuit Sancta Synodus in arbitrio et potestate Episcopi « ut esset, *vel* scindere unam paroeciam in duas et suum cuique paro- « chum assignare, *vel* unicum constituere parochum et tot illi vica- « rios adiungere veluti coadiutores quot paroeciae amplitudo deside- « raret ».

Cui consonat Wernz, *Ius Decret.*, tom. II, tit. 39, pag. 1030, not. 15, ubi adnotat: « Bouix et Hinschius probant, *absolute* posse uni paroeciae non tantum unum sed complures parochos (veri nominis) prae- « esse; at talem praxim iuri communi esse conformem, ex decisione «particulari S. C. Concilii 9 iulii 1757 *(seu supra relata Tiburtina)* et « consuetudinibus, magis toleratis quam approbatis, concludenter non « demonstrarunt. Quare multo minus Episcopus talem praxim adeo sin- « gularem et a disciplina vigente alienam *denuo introducere potest,* imo « potius secundum mentem Ecclesiae est, si huiusmodi monstruositates « auferantur ».

Hinc nec admitti potest memorato decreto Card. Brancatii an. 1667 derogatum fuisse per subsequens decretum Card. De Elcio de an. 1749, eo vel magis quod hoc decreto confirmata dumtaxat fuit conventio ab Archipresbytero eiusque vicario inita, qua relationes particulares inter utrumque bono et ex aequo definitae sunt, quin de necessaria praetensa derogatione aut correctione cogitaretur.

Denique ad adstruendam obligationem Archipresbyteri in casu, exercendi nempe integram animarum curam Missamque pro populo litandi omnibus festis etiam abrogatis, suppetit et alia ratio, ex eo petita quod ipse ab auctoritate ecclesiastica nominatus est etiam oeconomus spiritualis beneficii vacantis S. Mariae et ut talis a civili potestate recognitus. Notum est enim etiam oeconomum spiritualem, eum nempe qui « aliqua ecclesia parochiali "vacante, ad implenda huiusmodi eccle- « siae onera usque ad novi rectoris electionem, ab Episcopo deputari « debet », iuxta Constit. *Cum semper oblatas* Benedicti XIV, « a prae- « dicta obligatione subtrahere se non posse » applicandi nempe Missam pro populo.

Firmata itaque ex parte Archipresbyteri Cantalupensis obligatione, vacante vicarii beneficio, exercendi universam animarum curam atque Missam pro populo litandi omnibus,festis etiam abrogatis, quaestio superest in puncto tantum gratiae expendenda, an videlicet eidem Archipresbytero indulgendum sit ut dumtaxat 65 Missas pro populo quotannis applicare valeat, prout iam alia vice, licet precario, obtinuit. Super qua supplicatione nonnulla *ex officio* animadvertenda sunt.

Imprimis allegata concessio sustineri non posse videtur, quippe quae facta fuerit ex sola Episcopi auctoritate, nempe ex decretis visitationis pastoralis anno 1894. Notum est enim Episcopos, licet dioecesim perlustrantes, hac in re nihil posse, ut expresse statuit Pius IX Const. *Amantissimi Redemptoris,* atque nonnisi facultate pollere, eisdem a Benedicto XIV celebri Constit. *Cum semper oblatas* concessa, transferendi videlicet, favore parochorum vere pauperum, ad aliam infra hebdomadam diem Missae pro populo applicationem.

Concessioni autem apostolici indulti in casu obstare videtur gravitas ipsa ac momentum legis, «cum *praecepto divino* mandatum sit « omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas dignoscere, « pro his sacrificium offerre », quemadmodum statuit Concilium Tridentinum, sess. 22, cap. I, *de ref.* - Quae lex a SS. PP. Innocentio XII, Const. *Nuper,* 24 apr. 1699; Benedicto XIV, Const. *Cum semper oblatas,* 19 aug. 1744; Pio IX, Const. *Amantissimi Redemptoris,* 3 maii 1858 explicata et firmata, in viridi semper observantia est, adeo ut ab eius obligatione relevare nequeat consuetudo etiam immemorabilis, ut statuitur in ipsa Benedictina, et signanter non sit attendendus ipse defectus congruae retributionis, ut firmavit etiam h. S. C, v. gr. in *Neocastren.,* 16 ian. 1771, ad I; et in *Senogallien.,* 20 mart. 1790.

Quapropter memorata lex, nonnisi ob gravissimas causas, ex parte relaxari solet, quemadmodum fert H. S. C. praxis. Ita ad occurrendum egestati parochorum aliquando concessa fuit dispensatio quoad festa tantum suppressa et ad tempus, pro ipsa necessitate, duratura: ut videre est in *Spoletana,* 27 mart. 1893, et *Fodian.,* 28 aprii. 1888 et notat Lucidi, *de visitatione SS. LL.,* vol, 1, n. 350. Frequentius vero, praesertim in Italia, dispensatio Missae pro populo in festis suppressis et nonnumquam in aliquot de praecepto, concedi solet, non in commodum aut lucrum parochi; sed favore Seminarii vel aliarum causarum dioecesis; ut in casu obtinet, favore nempe Seminarii Mandelensis.

in themate autem non videtur adesse talis causa iusta ae rationabilis quae suadeat concessionem indulti apostolici, ne pro festis quidem suppressis, in exclusivum lucrum et commodum Archipresbyteri CantaJu-

pensis. Eius enim congrua paroecialis sat sufficiens est, ac praeterea eidem pro novo munere oeconomi spiritualis remuneratio aliqua, etsi minime pinguis, menstruatim impenditur, ac demum non longius perseveraba praecarius vicarii defectus. Nec praetereundum quod,' ex mox adnotatis, concessio ipsa redundare posset in damnum Seminarii dioecesani aliarumque operum dioecesis Mandelensis.

Quare, posita obligatione, nec locus esse videtur precibus proponendis.

RESOLUTIO. — Propositis porro in plenario S. G. Concilii conventu, diei 17 mart. 1917 infrascriptis dubiis, nimirum:

I. *An Archipresbyter parochus loci Gantalupo, vacante beneficio vicarii, teneatur exercere totam animarum curam ac Missam pro populo applicare omnibus festis etiam suppressis in casu.*

Et quatenus *affirmative.*

II. *An et quomodo ratio sit habenda de precibus eiusdem Archipresbyteri parochi in casu.*

Emi Patres respondendum censuere:

Ad I. *Affirmative in omnibus.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Facta autem de praemissis SSmo Domino Nostro Benedicto D. Prov. PP. XV relatione, in Audientia infrascripto Secretario insequenti die dominico concessa, Sanctitas Sua resolutiones Emorum Patrum approbare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DE SOCIETATE FILIARUM S. URSULAE A S. ANGELA MERICIA

In Generalibus Comitiis diei 19 Maii 1917, Emis Patribus Cardinalibus S. Congregationis de Religiosis, habita ratione Decreti eiusdem S. Congregationis diei 30 Iunii 1911 quo Societati Filiarum S. Ursulae aggregatio conceditur Tertio Ordini Franciscali ad obtinenda privilegia indulgentiasque eiusdem Tertii Ordinis, proposita sunt solvenda circa relationes inter Societatem Filiarum S. Ursulae a S. Angela Mericia et Tertios Ordines praesertimque Tertium Ordinem Franciscanum, infrascripta dubia :

I. Utrum Filiae e Societate S. Ursulae adscribi possint Tertio Ordini S. Francisci, vel alteri Tertio Ordini?

II. Utrum Decreto S. Congregationis de Religiosis anni 1911, quo privilegia et indulgentiae Tertii Ordinis S. Francisci communicantur cum Societate Filiarum S. Ursulae, frui quoque valeant illae Familiae eiusdem Societatis quae dictam communicationem' expresse non petierint?

III. Utrum Filiae S. Ursulae possint, quatenus Tertio Ordini Franciscali aggregatae, interesse conferentiis et functionibus quae habentur in localibus congregationibus Tertii Ordinis?

IV. Utrum adscriptae cuicumque Tertio Ordini religioso saeculari transire possint ad Societatem Filiarum S. Ursulae?

Huiusmodi dubiis Emi Patres respondendum censuerunt:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. *Negative.*

Ad IV. *Affirmative, relicto tamen Tertio Ordine cui pertinebant.*

Ssmus Dominus Noster Benedictus Divina Providentia PP. XV, in audientia concessa Secretario S. Congregationis die xx eiusdem mensis maii, resolutiones Emorum Patrum approbare et confirmare dignatus est.

I. CARD. TONTI, *Praefectus.*

f Adulphus, Ep. Canopitan., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

LUGDUNEN.

DE SACRA UNCTIONE MANUS IN ORDINATIONE

R. D. S. Kyne, missionarius in civitate Lugdunensi degens, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia solvenda humiliter proposuit,, nimirum:

I. An per verbum *palmas,* de quo Pontificale Romanum, loquens de unctione manuum presbyteri, dicit: *ungit totaliter palmas,* intelligenda sit tantum illa pars manus quae sese extendit a bracino usque

ad dígitos vel comprehendi debeant etiam tres digiti qui dicuntur medius, annularis et minimus?

II. *Et quatenus negative ad secundam partem,* unctio in ordinatione extendine debet usque ad extremum horum trium digitorum vel restringi ad illam partem manus quae vulgo dicitur *palma manus,* id est quae sese extendit a brachio usque ad digitos exclusive?

III. Utrum sacerdos miles cui ablatus est index in bello, obtenta permissione celebrandi *cum medio,* indigeat unctione istius digiti medii priusquam celebret?

Ratio dubitandi est quia quidam theologi dicunt unctionem non requiri eo quod tota manus in ordinatione consecrata est, sed rubrica de unctione manuum in pontificali non loquitur de *manu* sed de *palma.*

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, respondendum censuit: •

Ad I. Intelligenda est pars interior manus inclusis digitis, ad mentem Rubricae et formulae Pontificalis Romani.

Ad II. Provisum in I.

Ad III. *Negative* et acquiescat.

Atque ita rescripsit, die 12 ianuarii 1917.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Pro-Praefectus,

L. S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

TARVISINA

DE INSTRUMENTIS « CAMPANE TUBOLARI » IN ORGANO.

Rmus Dnus Episcopus Tarvisinus Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione proposuit; nimirum:

Utrum organo ad usum liturgicum adhibito adiungere liceat instrumenta vulgo vocata *Campane tubolari?*

Et Sacra eadem Congregatio, attento Motu Proprio sa. me. Pii Papae X, De *musica sacra,* n. 4121, diei 21 novembris 1903, tit. VI, n. 18 et 12, una cum subsequentibus declarationibus, atque audito specialis Commissionis suffragio, respondendum censuit: *Negative.*

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 18 maii 1917.

£g A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. G. Pro-Praefectus.

L. ® S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

AREQUÏPEN.

DECRETUM DE INTRODUCTIONE CAUSAE BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI ANNAE AB ANGELIS MONTEAGUDO MONIALIS PROFESSAE ORDINIS S. DOMINICI.

Christianae fidei signum, quod in remotis Americae regionibus celeberrimus Christophorus Colombo planta vit et erexit, progressu temporis illic lectissimos virtutum et sanctitatis fructus tulit atque ferre non desinit. Crux enim Christi Redemptoris, per catholicae ecclesiae ministerium et divinae gratiae praesidium, homines terrestres reddit caelestes, eosque in unum corpus sub uno capite congregat, docet, nutrit, novisque in dies gloriosa triumphis servat atque laetificat, dicente Domino: « Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum ». Nunc vero mentem oculosque intendere libet ad civitatem Arequipensem, Peruanae nationis, ubi Anna ab Angelis Monteagudo, monialis professa Ordinis S. Dominici, Limanam virginem, eiusdem Ordinis, Rosam a S. Maria, primum Americae Meridionalis florem suaviter olentem, secuta, similem dedit virtutis et honestatis odorem. Haec Dei Ancilla, ineunte saeculo xvn, anno 1602, Arequipae nata, honestos divitesque parentes Sebastianum Monteagudo et Franciscani de Leon sortita est. Adhuc infantula in fiorenti eiusdem civitatis monasterio S. Catharinae Senensis recepta fuit, ut tum ad rem familiarem et litterariam, tum ad religionem et pietatem educaretur. Post aliquot annos bonae et congruae institutionis, puella in domum reversa est. Parentes optaverant filiam suam

serius miptum collocare; sed ipsa, ad meliora charismata aspirans, divinae vocationis sensus cum sanctis operibus piisque exercitationibus ita fovit, ut ad nobiliores nuptias cum caelesti Sponso ineundas se disponeret. Deinceps, superno quodam lumine atque instinctu illustrata et permota, praefatum monasterium rursus ingreditur, et a moniali, quam antea noverat, vestem petiit, eamque e vetusta et trita redactam obtinuit atque induit, magno cum gaudio cogitanset prodens se quasi unam e sodalibus asceterii. Attamen parentes omnem artem industriamque adhibuerunt, ut Annam, quam prae ceteris filiis diligebant, e septis claustralibus ad commodiorem et mitiorem vitae rationem in familia revocarent. Sed frustra: puella enim nec blanditiis illecta, nec minis territa, in proposito susceptoque consilio stabilis et constans, domesticum certamen ita sustinuit ac superavit, ut, ipsis parentibus licet invitis, sed non contradicentibus, et prio rissa, prius incerta, dein, haesitatione depulsa, annuente, in monasterio remansit ad suam vocationem rite probandam. Huius probationis tempore feliciter expleto, quum Dei Famula, adiuvantibus duobus fratribus germanis, in gratiam parentum restituta, dotem quoque requisitam sibi comparasset, unanimi consensu et laetitia inter sodales S. Catharinae Senensis legitime cooptatur; atque statuto tempore ac ritu religiosa vota profitetur. Monasterii priorissae obediens et subiecta, divini cultus decori assiduaeque orationi sedulo intenta, variisque officiis charitatis operam suam navans, vitae et morum, simulque contemplationis et actionis, monialibus aliisque praebuit exemplum, laude et imitatione dignum. Unde primum novitiarum magistra, dein, anno 1648, monialium antistita electa et confirmata fuit. Utrumque munus, ex obedientia acceptum, sapienter adimplevit, religiosamque familiam mansuetudine ac fortitudine rexit et gubernavit. Plures difficultates et gravia pericula in illius monasterii regimine occurrerunt Annae, quae tamen, Dei ope et auxilio, ab his omnibus erepta et liberata fuit. Sapiens et prudens virgo, quam constituerat Dominus super familiam suam, dum instituti muneribus sibi commissis recte fungeretur, simulque spirituali suae perfectioni instanter vacaret cum vita casta et austera, frequenti sacramentorum perceptione, ferventi amore Dei et proximi, suorumque votorum fideli observantia, tandem, gravi diuturnoque vulnerum morbo, quem patienter tolerabat, afflicta, in futuram patriam festinanter properabat. Caelesti Sponso obviam ire parata, placido ac repentino transitu e vita migravit, die 10 ianuarii 1686, octogenaria maior. Moniales S. Catharinae aliique omnes qui Annae ab Angelis virtutem agnoverant, ipsius salutaria documenta et exempla, veluti optimam haereditatem omni patrimonio praestantiorem sibi relictam existimarunt. De hac sanctitatis fama haud

multo post obitum Servae Dei, in ecclesiastica curia Arequipensi confectus fuit Processus Informativus, cuius tamen acta nonnisi anno 1887 in Urbem trasmissa fuere. Quare de eiusdem famae continuatione et incremento usque in praesens novus adornatus est Processus Additionalis sacrae Rituum Congregationi traditus. Quum vero omnia in promptu sint ad normam iuris et, scriptorum Servae Dei revisione peracta, ad ulteriora procedi possit, instante R. P. Ludovico Fanfani, Ordinis Praedicatorum postulatore generali, qui fel. rec. P. Mauro **M.** Kaiser vita functo nuper suffectus est, attentisque litteris postulatoriis Perillustrium ac Rmorum Praesulum et Patrum Concilii Plenarii Americae Latinae, praeside cl. me. Cardinali Iosepho Calasanctio Vives y Tuto, in Alma Urbe an. 1889 coacti, hodierni Rmi Episcopi Arequipensis aliorumque Antistitum Peruvianae Reipublicae, necnon Capitulorum Cathedralium ecclesiarum, praepositorum ordinum, religiosarum congregationum, piarum sodalitatum, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, una cum Rmo P. Magistro Generali Ordinis Praedicatorum et R. M. Priorissa et Sororibus Ven. Monasterii S. Catharinae Senensis in civitate Arequipensi, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Raphaël Merry del Val, huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit,* die 5 iunii 1917.

Facta postmodum SSmo Domino Nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Annae ab Angelis Monteagudo, monialis professae Ordinis S. Dominici, die 13, eisdem mense et anno.

)$(ANTONIUS CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Ruf.,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA. ROMANA ROTA

PITTLIANEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SANTELLI-STETTINER)

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno tertio, die 20 octobris 1916, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many et Ioannes Prior, Auditores de turno, in causa* Pitilianen. - Nullitatis matrimonii, - *inter* Liberatam Santelli, *repraesentatam per legitimum procuratorem Henricum Benvignati, advocatum, et* Torquatum Stettiner, *contumacem, interveniente et disceptante in causa Revmo vinculi Defensore ex officio, sequentem in gradu appellationis tulerunt definitivam sententiam.*

Penelopes Gortini bis vidua, ope cuiusdam affinis Dominici Brizzi cognovit quemdam Petrum Stettiner virum alicuius nominis in societate. Hic, ut filium suum Torquatum viginti trium annorum aetatem agentem a turpi amore cum quadam Maria Scotti, a qua filium iam receperat, distraheret, in Penelopis filiam, Liberatam Santelli, quindecim annorum, atque ditissimam, oculos iniecit, eiusque matrimonium cum Torquato matri proposuit. Factae propositioni libentissime annuit Penelopes, quia putabat a Petro sibi validissimum auxilium obvenire sive in definiendis quibusdam forensibus negotiis, sive in pingui matrimonio administrando propriae filiae Liberatae. Hinc, nulla interiecta mora, primitus factum est, ut Torquatus Liberatam conspiceret, quod contigit die 25 februarii 1907; deinde, eadem a collegio Monialium, in quo educabatur, revocata, Penelopes Torquatum in domum suam recepit, ibique mansit usque ad matrimonii celebrationem. At mutuum amorem, qui exoriturus e vitae consuetudine a parentibus forte sperabatur, neuter sponsorum fovere potuit; Torquato enim in corde amasia diu noctuque versabatur; Liberata vero non amantem sponsum minime

diligere poterat. Nihilominus, instantibus parentibus, brevissimo tempore et a duobus bannis obtenta dispensatione, matrimonium contractum fuit die 14 octobris 1907. Exitu tamen infelicissimo, fere enim post annum et dimidium vita coniugalis abrupta fuit absque spe reconciliationis, non obstante quod matrimonium fuerit sobole recreatum. Post haec coniuges declarationem nullitatis matrimonii ex metu contracti petierunt a iudice ecclesiastico, Torquatus apud Curiam Pitilianensem, quae tamen actio prosequuta non fuit, Liberata apud H. S. Auditorium ex pontificia commissione d. 23 nov. 1912 et post quatuor peractas instructoriás d. 18 aug. 1916 sententia prodiit actrici favorabilis. Ab hac sententia, prouti de iure, appellationem interposuit vinculi vindex; hinc causa hodie iterum discutienda proponitur sub consueta formula dubii: *An sententia rotalis diei 16 augusti 1915 sit confirmanda vel infirmanda in casu?*

Ius quod spectat, Patres adnotarunt matrimonium non tantum in exteriori caeremonia coram parocho, sed maxime in contrahentium interno consistere consensu. Hic autem consensus liber omnino esse debet, tum quia illa aliqua servitus, quam secumfert matrimonialis contractus nonnisi volenti et sponte consentienti imponi potest, tum quia amicalis vita, quae inter coniuges extare debet, posita coactione, impossibilis evaderet, atque onus intolerabile nimis foret. Hinc coniugium initum per vim est nullum; nullum pariter est ex iure saltem ecclesiastico si contrahatur sub metu gravi, relative saltem ad patientem, et metus sit simul iniustus et ad consensum matrimonialem extorquendum directus, cap. 14, 15, 28, tit. *De sponsalibus et matrimoniis.* Quod extenditur etiam ad metum, quem vocant reverentialem, dummodo fuerit qualificatus; i. e. dummodo metum comitentur v. g. preces diuturnae, instantes, importunae, aspera verba, vultus austeritas etc. prouti constanter decisum est ab H. S. T. uti in *Parisien.*, 26 februarii 1910, *Varsavien.*, 21 iulii eiusdem anni, *Parisien.*, 13 martii 1911, etc.

Modo ad factum. Liberata Santelli in responsione ad 6 affirmat: « Fin dal principio fui contrarissima a questo matrimonio, e sin d'allora[1] « mia madre fece valere la sua volontà per costringermi ad esso ; fui in « conseguenza rimproverata, minacciata, e percossa in più volte. Scene « di questo genere avvenivano quasi ogni giorno ». De hac repugnantia gravi atque constanti ab actrice asserta, constat ex depositionibus testium, et primum audiatur Penelopes mater Liberatae, cuius testimonium, etsi non iuridice prolatum, multum tamen valet, quia sub fide iuramenti coram parocho datum est: « Del resto anche mia figlia non

«si mostrò meno indifferente... Quando io le esposi la ragione della « venuta di quei due (Torquati eiusque patris) a Pienza, meravigliata « mi disse: " Che forse vengono in cerca della mia dote? „. Fu il padre « dello Stettiner che fece la richiesta a Liberata... La mia figlia non « rispose e piuttosto si mostrava meravigliata... Al momento della par- « tenza i due giovani si dissero addio freddamente... I fidanzati si trat- « tavano l'uno e l'altro con molta indifferenza, della qual cosa io ne era « afflittissima, anzi lo sposo se vedeva la mia figlia alla finestra la « rimproverava aspramente, e questa più volte piangendo mi diceva: « " Mamma, mandatelo via, perchè io non lo voglio sposare „ ». De hac item repugnantia Liberatae contra matrimonium cum Torquato refert Octavia delle Macchie, honesta religiosaque mulier, ac fide digna, uti a parocho Pacelli exhibetur, quae servitio familiae Santelli iam a nativitate Liberatae addicta totam rem probe cognovit: « Mi è nota (ait) 1'av- « versione che l'attrice Liberata Santelli aveva per lo sposo impostole « dalla mamma; più volte ha detto a me stessa di non volersi maritare « allo Stettiner, e si è sfogata ed ha pianto per le pressioni della « mamma. Durante la dimora del fidanzato per circa sei mesi in casa « dell'attrice Santelli io non mi avvidi che passassero tra di loro segni « scambievoli d'affetto. Questa avversione durò fino alla vigilia del matri- « monio ». Pariter de aversione ac frigiditate Liberatae erga sponsum referunt Ursulina Sbrolli, Petrus Mangini, Bartholomaeus Sbrolli, Assumpta Chiesi, Melchiades Puttini, Elvira Romagnoli, Angelus et Telemacus pariter Romagnoli.

Hanc Liberatae repugnantiam Penelopes ut vinceret non solum suasiones, sed obiurgationes quoque, minas ac verbera adhibuit, prouti testantur omnes fere testes excussi. Ita Maria Brizzi: « Sono stata pre- « sente a più di una scena, in cui la madre ha rimproverata e picchiata « la figlia con motivo di questo matrimonio ». Et Octavia delle Macchie: « Spesse volte ho dovuto assistere a scene, nelle quali la mamma « minacciava e percuoteva la figlia per obbligarla a sposare lo Stet- « tiner ». Ulterius Elvira Romagnoli: «Ricordo pure che in altra circo- « stanza essendo ritornate madre e figlia dall'Abbadia vidi in loro casa, « presente anche lo Stettiner, che entrambi si .bisticciavano sempre a « motivo del matrimonio, e la madre dette un manrovescio alla figlia « che ne riportò graffiature ». Angelus tandem Romagnoli, aliis omissis testibus: « Esso (matrimonio) fu certamente contratto ad istigazione « della madre. I mezzi usati per determinare la Liberata al matrimonio « consistevano in ragionamenti e persuasioni, che la madre le faceva « in ordine alle condizioni, in cui entrambi si trovavano per gl'inte-.

« ressi economici. Non mancarono peraltro delle sgridate, e qualche « volta anche schiaffi per persuaderla a tal fine ».

Haec omnia non tantum metum reverentialem qualificatum, sed metum quoque ordinarium in se gravem evincunt; nam minae, vexationes, et alapae talem praeseferunt gravitatem, ut in illorum conspectu mens vel constantioris viri haud trepidare non potest.

Mirandum non est Penelopem coactionem adhibuisse ad frangendam pertinacem filiae voluntatem. Ipsa enim ex una parte putabat, uti in specie dictum est, ex hoc matrimonio sibi magnum auxilium obventurum, ex altera erat voluntatis imperiosae, indolisque ad iram propensissimae, propositique tenacissima. Quod adeo verum est, ut denegata a parocho S. Vitalis de Urbe fide de statu libero Torquati, hoc impedimentum occultare sategit parocho loci Piancastagnaio, Rev. Pacelli, ne matrimonio mora interponeretur; uti fassa fuit eidem Pacelli: « Io allora (scilicet edocta de aliis Torquati amoribus) avrei dovuto « rompere ogni trattativa; ma a me premeva che il matrimonio si con- « chiudesse, e perciò bevvi grosso, anzi. mi detti premura, che nulla « trapelasse al di 'fuori di tutto questo, e lo tenni nascosto a tutti e « specialmente a lei mio parroco ». Ex adverso filia Liberata ab omnibus testibus perhibetur mitis, timidique ingenii et ad resistendum maternae voluntati omnino incapax.

Aversio Liberatae in Torquatum perduravit usque ad matrimonii celebrationem. Etenim Elvira Romagnoli testatur: « Ricordo un fatto « a cui io stessa ho presenziato, e che occorse venti o trenta giorni « prima del matrimonio. Un giorno trovandomi in casa della Santelli, « ed essendo presente la domestica Ottavia delle Macchie, che pettinava « la Liberata, vidi questa che prorompeva in lagrime. Interrogata da « me sul motivo rispose: " Che volete, me lo vogliono far fare per forza „ « (alludendo al matrimonio) ». Biduo etiam ante matrimonium, deponit actrix: « Mia madre mi annunziò che le nozze si sarebbero al più presto « celebrate. A questa notizia io scoppiai in pianto dirotto, protestando « di non voler subire il marito, che mi s'imponeva; uscii da casa sola « col fine di non voler tornare più, e fu dovuto all' intervento della « domestica, che mi seguì, se tornai a casa ». imo in pervigilio matrimonii fuisse Liberatam reluctantem exponit Silvia Savini his verbis: « Seppi poi a matrimonio compiuto, sempre dalla madre della sposa, « che la notte precedente alle nozze, la figlia che dormiva nella stessa «camera della madre, l'aveva supplicata di lasciarla scappare e nascondersi in qualche podere ». Eadem referunt Ersilia Baiocchi, A. Chiesi, Silvia Savini, et Ioseph Orienti ex auditu a matre vel a sponsa. Nec

aliud remedium, praeter fugam, praesto erat Liberatae ad impositas nuptias vitandas. Ipsa enim nihil a matre obtinens lacrymis ac precibus recursum habuit ad parentes et amicos. Isti autem vel non ausi sunt se interponere inter matrem et filiam, vel matris pertinaciam emollire frustra conati sunt. Sic ait Maria Brizzi ad 2: « Avendo io messo « in guardia mia cugina (Penelopem) contro lo Stettiner, che nutriva « relazioni con una giovane, dalla quale aveva avuto un figlio, essa mi «rispose: " Deve sposarlo, fosse Musolino, altrimenti l'ammazzo,,. A « questa scena assisteva anche la figlia, la quale ruppe in pianto ». Moyses etiam Romagnoli, frater uterinus actricis, ait ad 2: « Avendo « un giorno osservato alla mamma la poca convenienza di questo matri- « monio, rispose, stando presente l'altro fratello Angelo e la di lui « moglie Elvira, che la poteva anche affogare, senza dar conto a chic- « chessia ». Eadem refert alter frater uterinus actricis, Angelus Roma gnoli: « Avendo io fatto di ciò rimostranze alla mamma, questa ebbe a « rispondermi con una imprecazione, mostrando la necessità del matri- « monio stesso per avere in casa una mano di ferro che tutelasse i suoi « interessi ». *

At poterat Liberata, observat solers vinculi defensor, se a materna coactione liberare revelando proprio parocho denegatam fuisse Torquato fidem de statu libero ob eius cum alia muliere asserta sponsalia. Verum in primis Liberatae Patronus probat Liberatam numquam, nec solam, nec cum matre adiisse parochum S. Vitalis de Urbe, a quo fuit postulata fides. Probandum deinde foret Liberatam, vix quindecim annorum, valde piam et ingenuam, vim denegationis parochi S. Vitalis intellixisse. Tandem latere non poterat Liberatam per huiusmodi revelationem matris iram, indignationem et violentiam magis magisque successami iri.

Cum igitur nullo modo Liberata maternam coactionem evitare posset, die 14 oct. 1907, quem diem « giorno malaugurato » appellat Penelopes, nuptiae celebratae fuerunt. At ex iis, quae superius exposita sunt, praesumendum est ipsas sub metus influxu initas fuisse; mutatio enim voluntatis, iisdem manentibus circumstantiis, numquam praesumitur. De reliquo acta hoc innuere videntur. Revera Ursula Sbrolli fatetur: « Ho assistito al matrimonio ed ho avuto l'impressione che Liberata « non era nè contenta nè afflitta ». Silvia autem Savini: « lo non assi- « stetti al matrimonio, ma avendo voluto vedere la sfilata del corteo « nuziale ebbi ad accorgermi, che la sposa aveva più l'aria di una vit- « tima rassegnata, che di una sposa felice, camminando a capo basso « in modo da far contrasto allo sfarzo delle veste nuziali ». Telemacus

tandem Romagnoli : « Assistetti al matrimonio, ed ebbi impressione che «la'Liberata non compisse quell'atto di sua spontanea volontà».

Et quod revera ita res se habuerint, probant ea, quae vix inito matrimonio contigerunt. Suscepto etenim itinere nuptiali sponsi solita amoris signa non sibi dederunt; uxor tristis videbatur, erga virum frigida et quasi eum timens, ut refert auriga Nellus Baiocchi. Debitum coniugale non sponte praebuit uxor: continuae exoriebantur inter coniuges dissensiones. Tandem, cum vir pristinis amoribus indulgeret, et patrimonium Liberatae profunderet et eam vexare non desisteret, vix elapsis decem et septem mensibus ab inito coniugio, licet inde suscepta prole, vita coniugalis fuit dissociata. Quem tristem matrimonii exitum mater perspiciens, suum perversum agendi modum agnovit, et propriae conscientiae stimulos et angores pluries et multis manifestavit, prouti actrix et plusquam duodecim testes de propria referunt scientia. Utique haec matris confessio post dissociatum matrimonium edita, per se sola probationem metus non constituit, sed cum edita sit tempore non suspecto relative ad praesentem causam, et cum actricis ac testium depositionibus plene concordet, certe hucusque dicta de gravi reverentiali metu filiae incusso apprime confirmat.

Adversus haec duo opponuntur testificationes. Prima est Caroli Barbini Syndaci loci Piancastagnaio qui ait: « Essendo io il sindaco del « luogo, ricevetti il loro consenso civile (Liberatae videlicet et Torquati) « e potetti notare che mentre la Santelli si mostrava abbastanza consenta dell'atto che compieva, all'incontro lo Stettiner restava molto « serio e quasi ad una ceremonia funebre più che nuziale ». Altera est parochi Rev. Pacelli, qui deponit : « Aggiungo che nessun segno di agi- « fazione o mestizia riscontrai in essi la sera precedente alla celebra- « zione del matrimonio quando, avendoli chiamati da parte e soli in una « stanza, li interrogai sulla dottrina cristiana, e notai altresì che era più « lieta la sposa che lo sposo ... Che la giovine, mite di carattere e gio- « vane di età, si uniformasse senza alcuna opposizione ai desideri della « madre, lo credo possibile, nego la coazione da togliere la libertà del- « l'atto ». Verum in primis adnotandum est agi in casu de testibus familiae extraneis, qui, quamvis omni exceptione maiores, praeferendi certo non sunt testibus familiaribus, qui melius informati censentur; metus enim praesertim reverentialis clam infertur et clam a patiente sustinetur; nihil ergo mirum si coram extraneis metum passi indifferentes sint et etiam laeti se exhibeant, cum nemo propria patefacere cupit, ne humanis dicteriis se exponat. Addendum deinde est in metus probatione non requiri ut in omnibus omnino actionibus sponsi se tristes et

coactos ostendant. Quare iure meritoque admittitur plus valere duos testes de metu in specie deponentibus quam mille de libertate testantes. Nam deponentes super spontanea voluntate deponunt de actu mentali; qui soli Deo notus est, et coram hominibus simulari potest; deponentes vero de minis, iurgiis, vexationibus, testantur de iis, quae sensu percipiuntur, uti adnotat Emus Lega in causa *Vesprimien.,* 2 iulii 1911. Ultima tandem verba parochi : « Nego la coazione da toglierle la libertà dell'atto » cum nullo facto nitantur, exprimunt ad summum ipsius parochi opinionem. Revera acta demonstrant Rev. Pacelli non parum adlaborasse pro validitate matrimonii, fortasse, quia eius culpa impeditum non fuit, cum post Penelopis lamentationes sponsos rite non interrogaverit, et nulla instituta inquisitione quoad statum liberum Torquati, nuptias benedixerit.

Quibus omnibus rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus et definitive declaramus *sententiam rotalem diei 16 augusti 1915 esse confirmandam* i. e. ad propositum dubium respondemus : *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam.

Ita declaramus mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 20 octobris 1916.

Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens.*
Seraphinus Many.
Ioannes Prior.

I v * S.

Ex Cancellaria, 24 octobris 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 5 giugno 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la - Congregazione dei Sacri Riti *Ordinaria,* nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte, le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Anna degli Angeli Monteagudo, Monaca professa Domenicana, morta nel 1686 nella città di Arequipa nel Perù;

% Intorno alla revisione degli scritt-' del Ven. Servo di Dio Paolo Ginhae, Sacerdote professo della Compagnia di oresù.

Martedì 19 giugno 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con P intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio « Se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni o prodigi del Venerabile Oliviero Plunket, Primate dell' Irlanda ed Arcivescovo di Armagh », che si asserisce ucciso in odio alla Fede nel 1681.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

30 maggio 1917. L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Proiettore dell'Istituto dei Preti Secolari della Dottrina Cristiana.*

6 » » L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Religiose dell'Immacolata Concezione di Lourdes.*

6 maggio 1917. L' Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Membro della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

» » » L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore della «Congrégation des Sœurs de l'Instruction Charitable du St Enfant Jésus, dites de St-Mam ».*

» » » Il Rev. Sac. Pietro Giriaci, *Minutante della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

8 » » Mons. Giuseppe Palica, arcivescovo titolare di Filippi e Vicegerente di Roma, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del Sant'uffizio.*

» » » Mons. Carlo Perosi, Assessore della Suprema Sacra Congregazione del Sant'Offizio, *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti per le Cause di Beatificazione e Canonizzazione.*

9 » » L'Emo signor cardinale Andrea Frühwirth, *Protettore dell'Istituto delle Terziarie Domenicane di « St. Mary of the Springs » (Columbus, Ohio, S. U. A.).*

16 » » L'Emo signor cardinale Oreste Giorgi, *Protettore dell'Arciconfraternita di S. Trifone, in S. Salvatore in Primicerio.*

25 » » I Monsignori: Domenico Spolverini, rettore del Pontificio Seminario Romano Maggiore, Giacomo Sole e Giovanni Biasiotti, *Prelati Referendari del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

26 » » Il Rev. P. Paolo Gény, S. I., *Consultore della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di promuoyere:

5 giugno 1917. Mons. Francesco Vagni, *da Segretario di Nunziatura di prima classe a Uditore di seconda classe.*

25 » » Mons. Giuseppe Fameli, *da Prelato Referendario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica a Prelato Votante del medesimo Supremo Tribunale.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

23 maggio 1917. Mons. Giuseppe Medardo Emard, vescovo di Valleyfield.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

23 maggio 1917. Mons. Giovanni De La Croix Dorais, della diocesi di Valleyfield.

14 giugno » Mons. Francesco Lanzoni, della diocesi di Faenza.

Prelati Domestici di S. S.:

5 maggio 1917. Mons. Ernesto Patenôtre, della diocesi di Troyes.

1 giugno » Mons. Vincenzo Cosme Navarro, della diocesi di Coria.

» » » Mons. Giuseppe Kelly, Economo del Collegio inglese di Valladolid.

4 » » Mons. Giovanni M. Bouchard, della diocesi di Montauban.

» > » Mons. Giuseppe Nizier-Fossat, della medesima diocesi.

6 » » Mons. Aristide Magni, dell'archidiocesi di Bologna.

11 » » Mons. Emilio Barthe, della diocesi di La Rochelle.

» » » Mons. Ovidio Bauré, della medesima diocesi.

12 >/ » Mons. Giuseppe Adriani, della diocesi di Montalto.

23 » » Mons. Luigi Mindelli, dell'archidiocesi di Brindisi e Ostuni.

14 » » Mons. Giovanni Battista Du Plantier, della diocesi di Périgueux.

15 » » Mons. Eriberto Fonti, di Roma.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell'Ordine Piano con Placca:

19 giugno 1917. Al sig. Filippo libero barone Wambolt von Umstadt, della diocesi di Magonza.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 giugno 1917. AI sig. Giacomo Britten, dell'archidiocesi di Westminster.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 maggio 1917. Al sig. Paolo de Churruca y Dotres, già segretario dell'Ambasciata di Spagna presso la Santa Sede.
20 » » Al sig. dott. Alvino Ach, professore nell'Università di Monaco di Baviera.
24 » » Al sig. Enrico Froidevaux, professore nell'Istituto cattolico di Parigi.
» » » Al sig. Ferdinando Lepelletier, prof, nel medesimo Istituto.
» » » Al sig. Ludovico Guénée, professore nel medesimo Istituto.
19 giugno » Al sig. Ignazio M. de Arredondo y Martínez, della diocesi di Vittoria.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 maggio 1917. Al sig. Lorenzo Testers, della diocesi di Breda.
» » Al sig. Giuseppe La Couture, della diocesi di Troyes.
24 » » Al sig. Francesco Saverio de Fournier, dell'archidiocesi di Rennes.
30 » » Al sig. dott. Giacomo Rossetti, medico chirurgo al Cottolengo.
» » Ai sig. dott. Vincenzo Gallo, medico chirurgo al Cottolengo.
» » » Al sig. dott. Angelo Ariotti, medico chirurgo al Cottolengo.
» » Al, sig. Giuseppe Revellino, provveditore al Cottolengo.
6 giugno » Al sig. Dionisio Joly d'Aussy, della diocesi di La Rochelle.
» » » Al sig. Adriano Foucault, della medesima diocesi.
» » Al sig. Giustino Coutouseaux, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Pietro Gaudet de Zestard, della medesima diocesi.
14 » » Al sig Luigi Piccinno, dell'archidiocesi di Otranto.
18 » » Al sig. rag. Luigi Babina, dell'archidiocesi di Bologna.

H Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

23 maggio 1917. Al sig. conte Aymeric de Bertier Pinsaguel, dell'archidiocesi di Tolosa.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

24 maggio 1917. Al sig. Andrea Proebes, dell'archidiocesi di Monaco.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 maggio 1917. Al sig. Giovanni Canti, della diocesi di Senigallia.
» » » Al sig. Giuseppe Battistini, di Roma.
» » » Al sig. Augusto Vaici, di Roma.

14 giugno 1917. Al sig. Nicola Piccirillo, dell'archidiocesi di Otranto.
22 » » *"Al* sig. Giuseppe Emanuele Goenaga, addetto alla Legazione di Colombia presso la S. Sedè.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti dì S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

28 maggio 1915. Mons. Francesco Leite Barbosa, della diocesi di Fortalezza.
» » » Mons. Emanuele Candido dos Santos, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giuseppe Learne Menescal, della medesima diocesi.
» » » Mons. Emanuele Francesco da Frota, della medesima diocesi.
» » » Mons. Vincenzo Pinto Teixeira, della medesima diocesi.
» » » Mons. Miceno Clodoaldo Minhares, della medesima diocesi.
» » » Mons. Custodio de Almeida Sampaio, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giuseppe Candido de Queiroz Lima, della medesima diocesi.
» » » Mons. Francesco de Hollada Cavalcante, della medesima diocesi.
16 » *1917.* Mons. Luigi Talamoni, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Mons. Cesare Gafmri, della medesima archidiocesi.
26 » » Mons. Pietro Tramontana, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
29 » » Mons. Michele Hartig, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Mons. Giacinto Brùgnoli, della diocesi di Osimo.
8 giugno » Mons. Giuseppe Tellarini, Ufficiale della S. Congregazione dei Sacramenti.
» » » Mons. Vincenzo Sirabella, Ufficiale della medesima S. Congregazione.
9 » » Mons. Giuseppe Ghigi, dell'archidiocesi di Ravenna.
» » » Mons. Antonio Avosani, della diocesi di Cremona.
Mons. Giovanni Battista Diletti, della diocesi di Montalto.
11 » » Mons. Guglielmo T. Me Gouirl, della diocesi di Brooklyn.

U giugno 1917. Mons. Enrico Gaiazzo, Ufficiale della S. Congregazione dei Religiosi.
14 **y** » Mons. Gaetano Giusino, Canonico di S. Maria *ad Martyres* in Roma.
19 » » Mons. Oreste di Magno, della diocesi di Anagni.

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S.:

28 maggio 1915. Mons. Vincenzo Salazar da Cunha, delia dioc. di Fortálezza.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

28 maggio 1915. Mons. Vincenzo Godofredo Macahiba, della diocesi di Fortálezza.
25 marzo 1916. Mons. Gilberto Vincenzo Bull, della diocesi di Nottingham.

NECROLOGIO

30 maggio 1917. Mons. Pietro Scebli, arcivescovo di Beyrouth.
14 giugno » Mons. Giuseppe Maria Ranees y Villanueva, vescovo di Cadice.

Annus IX - Yol. IX Die 1 Augusti 1917 Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

INDULGENTIA PLENARIA QUOTIDIANA BASILICAE GRANATENSI S. IOANNIS DE DEO IN PERPETUUM CONCEDITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Extat Granatae, in Hispania, conspicuum, magnitudine molis et pretiosis artis operibus, templum divo Ioanni de Deo sacrum, antiqua fidelium religione celeberrimum et basilicae privilegiis nuper per Nos auctum. Nunc vero cum Vicarius Generalis Ordinis S. Ioannis de Deo, vulgo « Fate bene fratelli » enixas Nobis preces adhibuerit, ut illud templum etiam privilegio indulgentiae plenariae quotidianae perpetuae de benignitate Apostolica decorare velimus, Nos, piis huiusmodi votis, quantum in Domino possumus, annuendum censuimus. Quare, audito Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia et Bb. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, per praesentes concedimus, ut omnes et singuli ex utroque sexu fideles, qui vere poenitentes et ubicumque sacramentali confessione rite expiati dicta in basilica S. Ioannis de Deo, Granatae in Hispania, ad S. Synaxim accesserint, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam quovis anni die lucrandam omnium peccatorum suorum

indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus fidelium in purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse, misericorditer in Domino concedimus et largimur. Pariter decernimus, ut omnes aliae indulgentiae cunctaque privilegia, quibus ipsa Basilica pollet, immutata permaneant. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xn iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. Card. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KASSAI SUPERIORE, CONGI BELGICI, IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae catholici nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Iamvero cum postremis hisce annis catholica religio in Praefectura Apostolica de Kassai Superiore, Congi Belgici, laetos progressus, tum quod spectat ad auctum numerum christianorum ac Missionariorum, tum ad multiplicitatem educationis et caritatis institutorum, Deo favente, habuerit; Nos, collatis consiliis cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ut in praedicta Missione aeternae fidelium saluti opportunius provideretur, eandem in Apostolicum Vicariatum erigendum esse censuimus. Quae cum ita sint, motu proprio, deque certa scientia ac matura deliberatione Nostris, nec non de - Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, Praefecturam Apostolicam de Kassai Superiore, Congi Belgici, servatis actualibus limitibus, in Apostolicum Vicariatum erigimus: ipsumque Vicariatum Apostolicum, sic per Nos erectum, curis concreditum volumus Missionariorum Instituti Immaculati Cordis B. Mariae Virginis de Schentvelt. Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari : sicque iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane si secus super his a

quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xnr iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status,*

ni

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE « BAHR-EL-GAZAL » IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Ut mature praestemus quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant atque ut, aucto Pastorum numero, christiani gregis custodiae diligentius prospiciamus, supremi apostolatus munus Nos admonet, quo in terris licet immeriti fungimur. Iamvero cum in Praefectura Apostolica de « Bahr-el-Gazal » ut catholicum nomen impensius proveheretur et christiana fides maiora in dies incrementa susciperet, opportunum consilium visum fuerit Praefecturam eandem in Apostolicum Vicariatum erigere: Nos, collatis consiliis cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, inspectis sacrarum aedium in illis regionibus multiplicitate, educationis et caritatis institutorum numero ac populi pietate, haec, quae infrascripta sunt, decernenda existimavimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, Praefecturam Apostolicam de « Bahr-el-Gazal » in Vicariatum Apostolicum erigimus, actualibus servatis limitibus. Decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xni iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

SODALIBUS ET MONIALIBUS CONGREGATIONIS SS. REDEMPTORIS QUANDAM PRECEM RECITANTIBUS INDULGENTIA CCC DIERUM IN PERPETUUM CONCEDITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam.— Cum Deipara Virgo Maria de Perpetuo Succursu praecipua sit Patrona Congregationis SSnii Redemptoris, peropportunum Nobis videtur, eos qui se eidem Congregationi devoveant, peculiari erga eandem B. Mariam Virginem prece uti, qua se et Institutum tantae Matris pietati quam maxime commendent. Preces igitur, quas Nobis supremus dictae Congregationis Moderator ostendit, et quarum exemplar in Tabulario Brevium Apostolicorum, ne error deinceps irrepat, adservari iussimus, Apostolica Nostra Auctoritate rite adprobamus, easque, audito etiam dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, caelestibus Ecclesiae thesauris libenti quidem animo locupletamus. Quare omnibus ac singulis sive eiusdem Congregationis alumnis, sive Monialibus SSini Redemptoris, qui, corde saltem contrito, infrascriptam orationem recitaverint, qua vice id egerint, trecentos dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus, quam poenitentiarum relaxationes etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse indulgemus. Praesentibus perpetuo valituris. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Oratio haec erit; « O Maria, Mater de Perpetuo Succursu, tibi Congregationem Nostram, « cuius peculiaris esse voluisti Patrona, humiliter commendo. Eam, « quaeso, custodi et ab omni malo, praesertim cuiuscumque relaxationis «vel minimae, defende. Floreant in ea paupertas, castitas, obedientia, « regularum observantia, spiritus orationis et zelus animarum, maxime « derelictarum. Missionibus nostris ceterisque laboribus apostolicis impe« tra a Divino Redemptore abundantiam caelestium benedictionum. Su« periores nostros, sodales et amicos continuo favore circum da et prose« quere. Omnia tandem Instituti bona spiritualia et temporalia tuo semper « materno tuere praesidio. O Domina Nostra, o Mater nostra, memento, « quaeso, Tutricem te esse Congregationis quam possedisti ab initio ».

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XV iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

SODALIBUS INSTITUTI SCHOLARUM CHRISTIANARUM QUANDAM PRECEM RECITANTIBUS INDULGENTIAE PARTIALIS AC PLENARIA IN PERPETUUM CONCEDUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius Himerius a Iesu, Praepositus Generalis Instituti Fratrum Scholarum Christianarum, refert ad Nos ipsius religiosae familiae fratres consuevisse piam quandam precem recitare « Magistri ante scholam » ad divinum lumen humiliter impetrandum. Ut autem haec pia recitatio uberiori fiat cum emolumento spirituali, enixas Nobis idem Generalis Praepositus preces exhibet, ut nonnullas indulgentias de thesauro Ecclesiae, Nobis divinitus commisso, ipsius precis recitationi benigne adiungere dignemur. Nos votis his concedentes; audito dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia ac Bb. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis Fratribus ex Instituto Scholarum Christianarum ubique terrarum, qui, quovis per annum die, precem « Magistri ante scholam » iuxta exemplar quod in Tabulario tertiae Sectionis Nostrae Secretariae Status asservari iussimus, quocumque idiomate, dummodo versio fidelis sit, recitaverint, contrito saltem corde, de numero poenalium dierum in forma Ecclesiae consueta trecentos expungimus. Orationis autem tenor sequens esto: « Seigneur, « c'est vous qui êtes ma force et ma patience, ma lumière et mon con« seil: c'est vous qui me soumettez le cœur des enfants que vous avez « confiés à mes soins. Ne m'abandonnez pas à moi-même un seul « moment. Donnez-moi, pour ma propre conduite et pour celle de mes « élèves, l'esprit de sagesse et d'intelligence, l'esprit de conseil et de « force, l'esprit de science et de piété, l'esprit de votre sainte crainte et « un zèle ardent pour procurer votre gloire. J'unis mes travaux à ceux « de Jésus-Christ, et je prie la très sainte Vierge, saint Joseph, les « Anges Gardiens, saint Jean-Baptiste de la Salle, de me protéger dans «l'exercice de mon emploi. Ainsi soit-il ». Insuper iisdem fratribus, qui per integrum anni scholasti *À* mensem quovis die lectionibus dicato precem ipsam recitaverint, unoque dicti mensis die ad arbitrium cuiusque eligendo, admissorum confessione rite expiati atque Eucharisticis dapibus refecti, Communitatis suae Sacellum, vel quodvis publicum tem-

pium visitent, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo die id agant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Porro largimur ut fratribus ipsis, si malint, fas sit plenariis his ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XVI iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status*

VI

FOBDERI MISSAE QUOTIDIANAE IN ARCHIDIOECESI NEO-EBORACENSI INDULGENTIAE ET PRIVILEGIA IN PERPETUUM CONCEDUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius" Noster Ioannes M. S. R. E. Cardinalis Farley, ex concessione et dispensatione apostolica Archiepiscopus Neo-Eboracensis, Nos edocendos curavit, se in id venisse consilii, ut i u sua quoque Archidioecesi « Foedus Missae quotidianae » institueret, quod iam in Hibernia insula conditum, recens a Nobis caelestibus Ecclesiae thesauris locupletatum fuit. Cum autem vehementer optet, etiam sibi concreditos fideles ad Sacrum singulis diebus audiendum allici, atque inde facilius divino convivio recreari; enixas Nobis preces adhibuit, ut constituendo Operi easdem ac pro Hibernia tum plenarias, tum partiales indulgentias largiri dignaremur. Nos igitur, quibus est omnino persuasum, uberes ex huiusmodi religionis pietatisque Foedere fructus in Domino perceptum iri, audito etiam dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, piis hisce votis benigne obsecundandum censuimus. Quare, praesentium tenore, Apostolica Auctoritate Nostra, omnibus ac singulis utriusque sexus Christifidelibus Archi-

dioeceseos Neo-Eboracensis tantum, qui ad « Foedus Missae quotidianae » pertinebunt, die primo eorum in hanc Sodalitatem ingressus, si vere poenitentes et confessi Ssmum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam; ac sodalibus in eadem Consociatione describendis, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, etiam plenariam; nec non praedictis sodalibus, qui quovis anni mense saltem novem diebus continuis Missae interfuerint, atque uno quo cuique libeat ex novem hisce diebus, vere poenitentes et confessi Sacra se Communione refecerint, ac Missa durante pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus atque impertimus. Praeterea iisdem Sodalibus, qui, corde saltem contrito, quolibet profesto die Missam audiverint, eaque durante, ut praefertur, oraverint, septem annos totidemque quadragenas; iis autem sociis, qui quodvis pietatis vel caritatis opus ex dicti Foederis praescripto peregerint, centum dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, excepta plenaria indulgentia in articulo mortis lucranda, etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse indulgemus. Denique veniam Apostolica Auctoritate Nostra facimus, cuius vi Missae, ad quodlibet altare pro anima cuiusvis sodalis celebrandae, animae ipsi perinde suffragentur ac si ad privilegiatum Altare fuissent celebratae. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvi iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

EXPOSTULATIONBM AB EPISCOPIS MEXICANIS EDITAM IN LEGEM ILLIC LATAM DE RE PUBLICA NOVANDA ADPROBAT B. P. ET NUNTIAT SE DIE FESTO B. M. V. GUADALUPENSIS LITATURUM PRO MEXICANO POPULO.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Exploratum vobis est, nec uno quidem argumento, quibus apud vos iam pridem, ob motus conversionesque rei publicae, adversis utitur catholica Ecclesia rebus, eas animum Nostrum habuisse atque etiamnunc habere vehementer sollicitum ; neque ignoratis, quam impense Nos, etsi tanto a vobis intervallo disiungimur, curas aerumnasque vestras participemus. Cur vero vos hodie universos, venerabiles fratres, hisce adeamus litteris, caussam affert expostulatio illa quam paulo ante edidistis, postquam Queretari nonis februariis hoc anno Lex promulgata est de re publica in Foederatis Mexici Civitatibus novanda. Perlegimus equidem, diligenterque, pro rei gravitate, expendimus quae a vobis communi scripta sunt consilio; ex iisque, quemadmodum exspectabamus, emineie vidimus tum incensum studium pro divinis Ecclesiae iuribus propugnando tum navitatem qua tuendae popularium vestrorum fidei prospicitis, eo quidem maiorem quo saevioribus iactamini fluctibus, tum denique insitam vobis caritatem patriae, cuius prosperitatem recte dicitis ab reverentia avitae religioni debita seiungi non posse. Quod si hisce sensibus, qui optimo cuique probandi sunt, tota nititur expostulatio illa vestra, fatendum quoque est bene multas et graves eidem constare caussas; aliis enim novae Legis capitibus sacra Ecclesiae iura neglefuntur, aliis vero penitus oppugnantur. Quod igitur inustam Ecclesiae iniuriam allataque rei catholicae detrimenta, stabili officii conscientia, conquesti estis, rem scitote vos fecisse pastorali officio apprime consonam et laude Nostra dignissimam. Sit ceterum vobis solacio, quod peculiari paternae caritatis Nostrae testimonio trepidis vobis afflictisque adsumus, et nihil reliqui facturi sumus, quod ad vos levandos iuvandosque pertineat. Hortamur interea, venerabiles fratres, si tamen hortatione indigetis, mitissimo Christi Iesu, Pastorum Principis, spiritu imbuamini adeo, ut, vincentes in bono malum, eam animi magnitudinem, constantiam patientiamque praeferatis, qua vos, in praesenti potissimum, affluere necesse est. Quoniam vero id in primis percupitis, ut, catholica

istic religione in pristinum decus restituta, civium concordia disciplinaeque sanctitas revirescant, quas cotidie molestias aegritudinesque fortiter perpetimini, eas Deo placando offeratis, ut optata misericors vestra quam primum perficiat. Neque etiam deerit vobis Beatissima Dei Genitrix, quae e Sanctuario Guadalupensi pro Mexicano populo vigilat; Eaque, uti alias, nec semel, praesentissimam nationi Patronam se praestitit, ita minime dubitandum quin sit vobis, in hac tanta acerbitate rerum, validam brevi latura opem. Vobiscum profecto ad eiusdem Virginis solium perpetuis instabimus Nosmetipsi precibus; immo etiam, ut de eiusmodi coniunctione aliqua exstet significatio, placet, venerabiles fratres, certiores vos facere, die duodecimo mensis decembris, quo die B. Mariae Guadalupensis sollemnia apud vos aguntur, esse Nos sacris operaturos tum in Eius honorem quam, hoc titulo, praecipua veneratione colitis, tum in salutem carissimi Nobis Mexicani populi. Quod vero deliberatum Nobis est, id sibi quoque praenuntiari sciant dioecesium vestrarum fideles, ut eo ipso die, consociatis Nobiscum obsecrationibus, pacis et tranquillitatis munera patriae tam conturbatae "facilius concilient. Quorum auspicem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles fratres, universoque clero et populo unicuique vestrum concredito apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv mensis iunii, festo SS. Cordis Iesu, anno MCMXVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. FRATREM IOANNEM IOSEPHUM FRATRUM AB INSTRUCTIONE CHRISTIANA MODERATOREM GENERALEM, ABSOLUTO PRIMO SAECULO POST RELIGIOSAM EAM FAMILIAM CONDITAM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod nuntias exeunte huius anni mense septembri primum saecularem familiae, cui praepositus es, natalem fore, iucundum Nobis accidit; quamquam haec tempora vix Nos patiuntur fructum capere iucunditatis. Etenim vestra recordantes in Ecclesiam et in civilem societatem promerita, non potest fieri quin recree mur. Constat, post magnam illam rerum conversionem factam sub exitum saeculi decimi octavi, quum summa esset inopia

sacerdotum, praeclaro vos fuisse adiumento Parochis, cum in aliis pastoralis ministerii partibus, tum maxime in erudienda instituendaque aetate puerili. Cuinam auditae non sunt illae ad oppidum Ploërmel ortae et deinceps per Armoricam diffusae scholae, quibus quidem magna ex parte tribuendum esse consentiunt omnes, quod ea regio prae ceteris Galliae ab avitae fidei constantia et ab integritate morum nobilitata sit. Nec ignoramus istum laborem, a vobis, duce Venerabili Francisco Maria de la Mennais, susceptum pro communi salute, non se Armoricae continuisse finibus, sed alias quoque provincias complexum esse, atque ad ipsas transmarinas oras se extendisse, satis bono cum animarum fructu et religionis incremento. Quod igitur divina benignitate, per difficultates quidem nec paucas nec mediocres, huc usque provecti estis equidem gratulamur. Simul vero cupimus optamusque ut, hoc spatium feliciter confectum respicientes, novam sumatis alacritatem aggrediendi ad ea quae restant. Idque etiam ob eam causam quia, cum hoc bellum conquieverit, extenuatis iterum et fere ubique ordinibus Cleri, strenuos adiutores, vestri similes, sacrum ministerium, multo magis quam antea, postulabit. - Quo autem caelestia munera quorum apud Nos est dispensatio, vos efficiant alacriores, vobis omnibus itemque iis qui se vobis adiunxerint, *plenariam* peccatorum veniam, usitatis conditionibus lucrandam, die XXIX septembris proximi aut alio die qui vobis opportunior videatur, cum aliquod sacrum ad grates Deo persolvendas celebrabitis, iam nunc perlibenter concedimus. Quorum auspicem divinorum munerum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, universisque Sodalitatis istius alumnis et fautoribus amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xvi iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. STEPHANUM BABIN, ANTISTITEM BENEDICTINORUM AD MARIAE D. N. DE « COGULLADA », DE ILLA AEDE « REGINA PACIS » DEDICANDA.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Admodum probatur Nobis illud quod cum tuis sodalibus cepisti consilium istius aedis, quam novo et magnificentiore cultu reticitis, dedicandae mense

octobri proximo, cum satis opera processerint, *Reginae Pacis.* Principio enim id proficiscitur, ut videmus, a singulari quodam studio Nobis obsequendo Nam intelligentes praecipuo in maerore esse animum Nostrum ex hac tanta internecipne filiorum, consolari Nos, quantum est in vobis, contenditis, Virginem Beatissimam implorando: cuius apud Deum patrocinio, ut quae « Principem pacis » mundo ediderit, ad finiendum bellum maxime Nos confidere professi sumus. In quo libet Guerangeri alumnos agnoscere, spiritum religiose conservantes optimi et pientissimi viri, qui nihil unquam habuit antiquius quam Romani Pontificis optata, nedum iussa, exsequi. Nos autem vestrae in Nos pietatis officium eo complectimur libentius, quia cum officio coniunctum est fraternae caritatis, sollicitae quidem non solum de communi salute gentium, quae iam nimium diu inter se dimicant, sed etiam de sempiterna requie tam multorum quibus haec eadem dimicatio mortem maturaverit. Quod ipsum utrumque omnino consentaneum est vestro ordini: cum et vobis, traditum a Patriarcha Sanctissimo, insigne sit *Pax,* et Odilonis Gluniacensis ardor et sedulitas ad animas pie defunctorum adiuvandas, in vobis tamquam hereditario iure perseveret. Iam vero ut appareat vehementer Nobis vestrum placere propositum, volumus ut ista aedes statuto a vobis tempore Mariae D. N. sub titulo Reginae Pacis Nostra auctoritate dedicetur. Itaque Venerabilem Fratrem Franciscum Archiepiscopum Myrensem, qui apostolicae isti legationi praeest, Nostrum renuntiamus Legatum qui hanc dedicationem peragat Nostro nomine. Eique damus etiam ut peracto sacro solemni benedictionem papalem, cum *plenaria* peccatorum venia, adstantibus largiatur. Idem autem plenariae indulgentiae beneficium, usitatis conditionibus semel lucrandum in solemnitate dedicationis itemque in perpetuum die eius solemnitatis anniversario, omnibus concedimus, qui tum aedem istam, orandi causa, inviserint. Auspicem interea divinorum munerum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte fili, tuisque sodalibus universis apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx iunii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. D. LEANDRUM SGHNERR, SAC. BENEDICTINUM, ARCHIABBATEM S. VINCENTII, OB ANNUM XXV EXEUNTEM EX QUO ABBAS INITIATUS EST.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Testandae benevolentiae, qua te prosequimur ob merita, occasionem libentibus Nobis affert proximus dies, quo abhinc annis xxv rite es initiatus abbas, cum iam hoc ipso anno sexagesimum natalem videris monasticae professionis tuae. Ex quo enim isti coenobio es praepositus, non solum de tuo ordine salubriter meruisti, sancta tuorum sodalium tuenda confirmandaque disciplina, sed etiam de americana ecclesia, studiis philosophiae ac theologiae in sacro seminario, quod coenobio adiunctum est, optime constitutis. Quare gratulantes tibi vehementer, gratesque tecum et cum tuis omnibus agentes Deo, potestatem tibi facimus in eum, qui appropinquat, faustum diem semel benedicendi, Nostro nomine. Auspicem vero divinorum, quae optamus tibi, munerum, habe, dilecte fili, apostolicam benedictionem quam tibi amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die II iulii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. P. D. ALFREDUM LOÜWICK, SACERDOTUM A MISSIONE VICARIUM GENERALEM, DE SODALITIO « MULIERUM A CARITATE » ABHINC TRIBUS SAECULIS INSTITUTO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Si quid est quod a Nobis singulari quadam cura foveri debeat, certe pium Sodalitium debet *mulierum a caritate.* Namque in iis, quae inclitus pater et legifer vester, pro suo salutis alienae studio, providentissime invenit, hoc, ut principem tempore, ita nobilem utilitate locum obtinet. Constat virum incomparabilem pluribus annis ante Congregationem Missionis conditam, eorum miseratum vicem quorum inopia valetudinis incommodis cumularetur, multifariam pias feminas societate coniunxisse, quae

huiusmodi calamitosos, opitulandi causa, inviserént: atque ut eorundem operam beneficentiae assiduitate perficeret, ideo Filias Caritatis instituisse: quibus propterea iam inde ab initio « ancillis aegrotantium paupe« rum » inditum nomen. Nec vero satis explicari potest quam ingentem beneficiorum vim, trium saeculorum spatio, pepererit hoc Sodalitium, brevi per orbem terrarum longe lateque diffusum. Quae quidem beneficia totum complectuntur hominem, spectantibus, uti par est, optimis feminis per curationem corporum ad sanationem animorum. Mirum enim quantum christiana caritas valet ad persuadendum; nec facile bonae exhortation! resistitur, cui bene facta comitentur. - Quoniam igitur in proximum mensem decembrem accepimus indicta esse sacra sollemnia ob trecentesimum natalem saluberrimi instituti, placet Nobis ea, Pontificalis indulgentiae muneribus, augustiora facere, idcirco etiam, ut, cum miserorum numerus praeter modum excreverit, ad subveniendum iis bonos omnes excitemus. Itaque sodalibus Vincentianis, non ex hac tantum societate sed ex quavis familia, quotquot saecularem memoriam aliqua supplicatione celebrabunt, *plenariam* peccatorum veniam, statis conditionibus lucrandam, largimur. Atque auspicem caelestium bonorum, Nostraeque benevolentiae paternae testem, tibi, dilecte fili, iisque omnibus quos memoravimus, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xm iulii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

VI

AD PETRUM S. R. E. CARD. LA FONTAINE, PATRIARCHAM VENETIARUM, GRATIAS PERSOLVENS DE OFFICIOSISSIMIS LITTERIS QUIBUS ILLE, UNA CUM DOCTORIBUS DISCIPLINAE IURIS TRADENDAE, DE NOVI CODICIS PROMULGATIONE B. P. GRATULATUS EST.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Qui, Cancellarii munere, Pontificium istud iuris canonici lyceum moderaris, et dilecti filii praeses ac doctores eidem disciplinae tradendae, communi Nonis Iuliis data ad Nos epistula, ita Nobis de novi Codicis promulgatione, gestientibus laetitia animis, gratulati estis, ut quam cepimus e praeclaro eventu delectationem, eam Nobis veluti iterari ac redinte-

grari senserimus. Plures quidem sunt caussae, ut scribitis, cur vos gaudio Nobiscum simul afficiamini. Intererat enim totius catholici nominis, in tanta tamque dispersa ecclesiasticarum legum mole, eas in unum colligi, amotis obsoletis vel a temporum condicione alienis; id praecipue virorum sacri ordinis intererat, ut leges haberent perspectas, quas et ipsi retinere et Christifidelibus servandas proponere debeant; neque minus utilitatis inde iuris periti eapient, praesertim qui ad eiusmodi disciplinam alumnos instituunt, cum ante, in disiectis implicatisque rebus, ingenti sententiarum varietate perturbaretur. At recte dicitis, peculiari ac propria quadam de caussa esse vobis laetandum : quod videlicet ille fuerit Codicis conficiendi auctor, quem Lycei vestri iuris canonici munificentissimum fuisse auctorem merito gloriamini. Eie igitur insigne opus putetis fel. rec. decessoris Nostri Pii X veluti accepisse e manibus, ut, quo accuratius perfectiusque alumnis Codicem explanaveritis, eo maiorem Parenti immortalis memoriae vestro honorem tribuisse videamini. Munus ceteroqui vobis delatum fore posthac minus ad exsequendum grave, quis non videt? Qua in re volumus, ita iuris canonici disciplinam in posterum tradatis, ut Codicem, prouti evolvitur, gradatim commentata oratione declaretis; neque enim Nobis probabitur quicumque, excurrendo, ingenio nimis induisent suo, discipuiosque, a via iamnunc expeditiore deflexos, in tricas vel in difficultates coniecerit. Quod reliquum est, scitote, quibus observantiae studiique significationibus Nos scribendo prosecuti estis, eas perquam gratas Nobis iucundasque accidisse; quas ut rependamus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, itemque praesidi et doctoribus iuri canonico istic tradendo, caelestium conciliatricem donorum paternaeque caritatis Nostrae testem, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvi iulii anno MCMXVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

BUSCODUCEN.

CONCESSIONIS PALLII AD PERSONAM

R. P. D. GÜILELMO VAN DE VEN, EPISCOPO BUSCODUCENSI

' Quae diuturno Episcopatus tui tempore, in fidelium bonum et in catholicae religionis utilitatem inter tuos operatus es, SSmum Dominum Nostrum Benedictum PP. XV inclinarunt, ut, recurrente xxv anno ab Episcopatu suscepto, Tibi et laborum praemium et benevolentiae Suae testem ultro impertiret.

Quare ipse SSmus Dominus censuit ac decrevit Sacrum Pallium de corpore B. Petri Apostoli sumptum Tibi ad personam tradere.

Hoc itaque Consistoriali decreto idem SSmus Dominus S. Pallium insigne Pontificalis dignitatis plenitudinis Tibi assignat ac tribuit, ut in sacris functionibus iuxta liturgicas normas illo uti possis ac debeas.

Ad hoc autem ut illud prima vice Tibi imponatur, SSmus Pontifex hoc eodem decreto delegat Revmum Archiepiscopum Ultraiectensem, vel, ipso impedito, alium Antistitem quem Tu malueris gratiam et communionem cum Apostolica Sede habentem, coram quo ante Pallii impositionem praestandum a Te erit suetum fidelitatis debitae iusiurandum iuxta formulam huic decreto adiectam.

Praesentibus litteris valituris, perinde ac si apostolicae litterae sub plumbo datae fuissent, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis, die *n* aprilis 1917.

!$(C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. % S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

S. Congreg. Consistorialis decretis, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

28 iunii 1917. — Titulari episcopali ecclesiae Modrensi praefecit R. D. Hyacinthum Chassagnon, protonotarium apostolicum *ad instar participantium,* vicarium generalem in civitate S. Stephani archidioecesis Lugdunensis.

30 iunii. — Episcopali ecclesiae Massensi R. D. Iosephum Bertazzoni, rectorem Seminarii Guastallensis.

7 iulii. — Titulari episcopali ecclesiae Hermopolitanae, seu Hermopolis maioris, R. D. Georgium Glosauer, canonicum ecclesiae metropolitanae Pragensis, quem constituit Auxiliarem Revmi P. D. Pauli de Huyn, archiepiscopi Pragensis.

— Titulari episcopali ecclesiae Tacapitanae R. D. Ioannem Sedlák, protonotarium apostolicum *ad instar participantium* et canonicum archidiaconum ecclesiae metropolitanae Pragensis, quem constituit Auxiliarem Rmi P. D. Pauli de Huyn, archiepiscopi Pragensis.

9 iulii. — Metropolitanae ecclesiae Surrentinae R. P. D. Paulum Iacuzio, hactenus episcopum Caputaquensem et Vallensem.

12 iulii. — Cathedrali ecclesiae Veszprimiensi R. D. Ferdinandum Rott, philosophiae ac theologiae doctorem, metropolitanae ecclesiae Strigoniensis canonicum et Seminarii Generalis Budapestinensis rectorem.

SACHA CONGREGATIO CONCILII

TURRITAN.

CURAE ANIMARUM

17 martii 1917

SPECIES FACTI. - Ob sequutam eversionem antiquae civitatis de Torres, Eugenius Pp. IV, de anno 1441, per Litteras Apostolicas, illius sedem archiepiscopalem ac Capitulum et canonicos ad oppidum vulgo *Sassari* perpetuo transtulit, et in eodem oppido, tunc in civitatem erecto, metro-

politanam ecclesiam Turritanam auctoritate apostolica similiter perpetuo instituit. Eodem actu reditus parochialis ecclesiae S. Nicolai, in dicto oppido Sassari exsistentis, maxima ex parte consistentes in *decimis,* pro tertia parte mensae archiepiscopali Turritanae, pro reliquis vero duabus partibus, mensae capitulari dictae metropolitanae ecclesiae perpetuo applicavit, cum expressa obligatione providendi de *sufficienti* congrua presbyteros pro exercitio curae animarum necessarios, et ab Archiepiscopo et Capitulo ac canonicis Turritanis respective pro tempore exsistentibus deputandos. Huiuscemodi obligationi Capitulum satisfecit, assignando singulis e tribus presbyteris ad hoc onus assumptis, stipendium quoddam annuum viginti duorum scutatorum,monetae Regni; et ulterius singulis alia viginti scutata similia circiter, ex emolumentis incertis provenientia. Quum autem, augescentibus in dies necessitatibus curae animarum, fieri tamen non potuisset ut ab Archiepiscopo et Capitulo ac canonicis, quamvis decimatoribus, necessarium dictae congruae augmentum eisdem presbyteris, ad normam iuris et iuxta praescriptum Bullae, rependeretur, S. P. Pius VI, per Litteras Apostolicas *Ex pastoralis officii,* diei 4 maii 1781, ut praemissis absque ullo praeiudicio eorumdem canonicorum et Archiepiscopi occurreretur, « ac una simul dicta « parochialis ecclesia S. Nicolai, non amplius a ministris mercenariis, « sed ab uno tantum pastore gubernaretur, ad quod pastorale munus « obeundum etiam personae merito maiores invitarentur », sequentia statuit et constituit. *Onus* videlicet *curae animarum* huiusmodi, ad canonicatum et praebendam dictae metropolitanae ecclesiae, per obitum canonici Andreae Sotgia, anno 1777 defuncti, tunc vacantes, quorum fructus, redditus et proventus, *in solis distributionibus quotidianis* consistentes, ad summam C C scutatorum monetae romanae circiter annuatim ascendebant, « integre et principaliter » auctoritate apostolica « perpetuo transtulit, iniunxit, imposuit. Cum hoc tamen - subdit - « quod canonicatum et praebendam praefatam, in futurum, pro tempore « obtinens, functionibus capitularibus ipsius metropolitanae ecclesiae « (quoties tamen in exercitio curae animarum huiusmodi occupatus « non fuerit) intervenire; et ad ipsum curae animarum huiusmodi exer« citium *privatim* quoad ministeria parochialia et quasi-parochialia « pertinere debeat, praeter illa quae de iure et in vim dispositionis Cae« remonialis Romani sunt Capitulo et canonicis dictae metropolitanae « ecclesiae reservata, et sigtianter benedictio fontis, cinerum, palma« rum, et candelarum in Archiepiscopi Turritani absentia; nec non « administratio SSmi Viatici eidem Archiepiscopo Turritano, illiusque « funeralia; ac cadaveris amotio in quibuscumque aliis funeralibus, in

« quibus iidem Capitulum et canonici dictae metropolitanae ecclesiae, « intervenire solent; quodque functiones parochiales fieri debeant tem- « pore et modo quibus functiones capitulares ipsius metropolitanae « ecclesiae non disturbentur; et ob id sub directione archiepiscopi Tur- « ritam praedicti, una cappella dictae metropolitanae ecclesiae ad hunc « effectum sit specialiter assignanda. Quodque insuper de canonicatu « et praebenda praefatis, *per concursum* ad formam Concilii Tridentini «et Apostolicarum Constitutionum desuper habendum, debeat disponi; « excepta tantum praesenti eorundem vacatione, etc. Ac praeterea quod « duo ex perpetuis simplicibus beneficiis ecclesiasticis, in dicta metro- « politana ecclesia sitis, quae liberae collationis exsistunt, et illa pro tem- « pore respective obtinentes, distributionibus quotidianis tantum gaudent, « primo loco vacatura, *ad nominationem seu praesentationem* nunc et « pro tempore exsistentium *Capituli et canonicorum* dictae metropolitanae « ecclesiae, duobus presbyteris idoneis ab Ordinario loci ad curam « animarum exercendam prius adprobandis in exercitio curae anima- « rum coadiutoribus seu viceparochis nuncupandis respective conferri « debeant», de quibus inter alia haec statuebantur: « qui duo presbyteri « coadiutores seu viceparochi uterque eorum solita assignatione praedi- « ctorum viginti duo scutatorum dictae monetae et tertia parte dictorum « emolumentorum eventualium gaudere respective debeant; reliqua tertia « parte eorundem emolumentorum praedicto canonico curato una cum « aliis viginti duobus scutis, quae iuxta morem tertio viceparocho darent, « salva remanente; et cui canonico curato, suis loco et tempore, resi- « dualia quadraginta quatuor scutata monetae praedictae cedant statim « ac dicti duo presbyteri coadiutores seu viceparochi de praedictis « duobus beneficiis primo loco ut praefertur vacaturis provisi respective « fuerint, qui tamen duo presbyteri coadiutores seu viceparochi et « uterque eorum in perceptione dictae tertiae partis emolumentorum « eventualium huiusmodi continuare debeant et debeat ».

Progressu temporis, quum haud leves inter canonicum-parochum et Capitulum subortae fuissent difficultates, praesertim circa obligationem celebrandi Missam pro populo, circa exemptionem a punctatione, circa duplam distributionem in functionibus choralibus simul et parochialibus quibus curati interveniant, circa ius associandi cadavera nec non ius stolae et paramentorum in funeribus, circa onus pro videndae supelle- ctilis pro cura animarum, etc.; super hisce omnibus, auctoritativam pronunciavit decisionem, die 2 augusti 1794, archiepiscopus Hyacinthus Della Torre, cuius iudicio detulerant canonicus-parochus et Capitulum. In hac autem decisione, post brevem recensionem eorum quae hucusque

retulimus, ita sensum et mentem Litterarum Apostolicarum, ut exinde normam et principium desumat ad dirimendas propositas controversias, interpretatur ac exponit Archiepiscopus: « Da sì fatti preliminari « bisogna inferire essere stata da Eugenio IV all'Arcivescovo affidata « ed al Capitolo la cura d'anime della metropolitana parrocchiale «chiesa, da esercirsi da'ministri mercenari, che *ad nutum* dipendes- « sero; ond'è che dall'Arcivescovo e Capitolo che li nominavano,poteasi « loro imporre maggiore o minore obbligazione e stabilire certi confini, « anche circa il modo di amministrarla. Punto quindi non deve sor- « prendere, se in tutto il tempo, che in tal maniera i viceparrochi amo- « vibili prestarono il loro servizio, sieno stati dispensati, o per vero dire, « non sieno stati obligati alla celebrazione ed applicazione della Messa «*pro* ***populo,*** avendo potuto il menzionato Capitolo assumere a sè que- « st'obligazione, celebrandola *per turnum,* o facendola celebrare da altro « Sacerdote, mediante consueta limosina, etc. Devesi altresì inferire che « coli'erezione del canonicato parrocchiale ed installazione del Can. Par- « roco, cui *fu commessa privativamente la cura d'anime,* perchè prov- « visto di congrua sufficiente, lungi dal gravare il capitolo, inteso abbia « il Supremo Pastore di S. Chiesa sollevarlo in parte, addossando a « quegli *il peso* parrocchiale e per conseguenza la celebrazione ed appli- « cazione della Messa *pro populo,* a cui per altro si conosce obbli- « gato ».

His documentis suffulta subsequens consuetudo plura quae communi iure parochis adiudicantur, atque propius ad curam animarum spectant attribuit canonicis, v. g. ius baptizandi (cum sola obligatione collatum baptisma parocho denunciandi); levandi cadavera, etiam praesente canonico-^arocho, quae legata fuissent parocho sua faciendi et administrandi; quin dicam de iure praedicandi, audiendi confessiones, administrandi s. Synaxim, celebrandi Missas solemnes etiam pro defunctis, exponendi ss. Reliquias, benedicendi populo, triduanas ac novendiales supplicationes celebrandi, quae omnia absque ulla a parocho defendentia, peragebat et peragit Capitulum, sive per se, sive per coadiutores parochi tamquam a se delegatos.

Hanc rerum conditionem hodiernus canonicus parochus, quum curae animarum exercitium impedientem nimis arbitraretur, removere connisus est; eo vel magis quod, obiecta sibi documenta perpendens, nempe, praesertim Pianam Bullam ac decisionem archiepiscopi Della Torre, in iis ratus est nihil contineri quod vel *habitualem* curam animarum Capitulo inesse demonstret, sed immo plura se in iisdem documentis invenisse putat argumenta quae utramque curam, sive actualem, sive habi-

tualem sibi soli competere ostendant. Quamobrem, occasionem nactus qua nova capitularia statuta essent conficienda, sequentes articulos in iis inserendos proposuit:

« I° II canonico parroco, nell'esercizio della cura e funzioni parrocchiali, è fatto esente dall'autorità del Capitolo, avendogli la Bolla « di erezione concesso *privative* la cura tanto abituale che attuale.

« 2° Il can. parroco indipendentemente dal Capitolo può eseguire « tutte le funzioni parrocchiali non riservate al Capitolo dalla Bolla di « erezione, cioè amministrazione di Sacramenti, Messe esequiali, Messe « votive, Messe con esposizione, tridui, novene, ecc. con o senza bene« dizione del Santissimo.

« 3° Le stesse funzioni il canonico parroco può eseguirle, coi « suoi viceparrochi, nelle chiese filiali, dipendenti dalla parrocchia di « San Niccolò, sia per la maggior divozione che per la maggior como« dita dei fedeli.

« 4° Il can. parroco partecipa ai proventi parrocchiali nella propor« zione stabilita dalla tabella diocesana.

«5° Anche negli accompagnamenti capitolari il can. parroco ha « diritto di portare la stola e di assolvere il cadavere de' suoi parroc« chiani.

« 6° Il can. parroco ha il diritto, come tutti gli altri parroci, di asso« ciare o solo o coi vicecurati i cadaveri dei suoi fìliani.

« 7° Il can. parroco ha il diritto di presentare i suoi viceparroci. « Il Capitolo vota l'accettazione, ed in seguito ne fa la presentazione « all'Ordinario, col quale tratterà in caso di rimozione ».

Quum autem Capitulum has omnes et singulas propositiones seu petitiones unanimiter reiecisset, Ordinarius e contrario partes parochi plus minusve amplexus videretur, negocium ad hanc S. Congregationem delatum est. Verumtamen statim compertum est quatuor postremos articulos e regione adversari explicitis verbis Bullae Pianae supra relatae, in qua nempe: sola «tertia pars emolumentorum» canonico parocho adiudicatur; excipitur a iuribus parochi « cadaveris amotio in « funeralibus in quibus Capitulum intervenire solet »; vice-parochi autem « ad nominationem seu praesentationem Capituli» nominandi iubentur; illi igitur articuli ad disceptationem admissi non sunt. Quo vero ad tres praecedentes, quum tertius a secundo, hic vero a primo dependeat, visum est sub unica eos dubitandi formula proponere, nimirum:

An et quomodo cura habitualis et actualis animarum spectent ad Capitulum et ad canonicum parochum ecclesiae metropolitanae Turritartae in casu.

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - *Argumenta favore canonici-parochi deducta.* - Ad e vincendum nec curam animarum *habitualem* de facto, in casu, competere Capitulo Turritano (quum exploratum sit, quando agitur de cathedralibus, pro ipsarum diversa origine et natura, nullam *praesumptionem* vel de hac ipsa cura alterutri parti favere) haec praecipua capita, quae summatim referimus, adducit canonicus parochus.

Asserit in primis corpus morale, ceu capitulum, habens curam *habitualem* animarum, exercere curam actualem per unum vel plures *vicarios* ab ipso libere deputatos; ideoque non haberi in casu collationem ex parte Ordinarii, per *concursum;* ac vicarium pro cura actuali designatum carere *praebenda,* cum solum stipendium recipiat a corpore morali habente curam habitualem.

Ex multis auctoritatibus ab ipso allatis ad harum assertionum probationem afferre sufficiet Barbosa scribentem (Cap. V, lib. 9 *Iur. Eccl.* n. 95 51): «Vicarii perpetui in parochialibus capitulo, collegio, mona- « sterio unitis *non* sunt per *concursum* instituendi, sed deputandi seu insti - « tuendi ad nominationem seu praesentationem illorum, quorum bene- « ficio seu ecclesiae etc. parochiales sunt unitae »; Sacram Romanam « Rotam decidentem (Decis. 159, anno 1605) : Quando ecclesia parochia- « lis est subiecta monasteriis aut subiecta eius mensae, tunc non est « locus decreto Concilii Tridentini, sed monasterium nominat, Episco- « pus vero *sine concursu* approbat »; Lucium Ferraris, qui exponit: « vicario perpetuo debet *assignari congrua portio* de redditibus, fructi- « bus et emolumentis provenientibus ecclesiae incorporatae Monaste- « rio, Capitulo etc. » : hanc S. Congregationem Concilii in quadam Vicentina anno 1760 resolventem: «Si parochia tametsi unita Capitulo... « solita fuit *per concursum* libere provideri vel per Datariam, hoc in « casu, absque ulla dubitationis alea, concludi debet apud parochum «utramque curam manere»; ac iterum Rotam (Dec. 400, n. 7): «Ut « vicarius dicatur habere solam curam actualem debet nominari a Capitulo ... alias dicitur esse verus parochus» et (Decisio 2 Dec. 1605): « Totalis cura penes Vicarium esse dicitur quando ipse omnes fructus « beneficii suscipit ».

At, subdit can. parochus, in cathedrali Turritana canonicus parochus eligi debet, iuxta Bullam Pii VI, et de facto libere eligitur *ab Ordinario per concursum,* ac eidem non aliqua portio fructuum sed *praebenda* in citata Bulla Pii VI designata confertur, cum facultate percipiendi annuos fructus. Patet igitur canonicum parochum non esse *vicarium* Capituli ac ipsum Capitulum non habere curam habitualem.

Nec obstat, quod in cathedrali Turritana non habeantur distinctae

praebendae sed massa, cum portio massae se habeat ad modum praebendae, ac praebenda de facto dicatur in Bulla Pii VI.

Curam habitualem Capitulum non habere ostendunt quoque, ait parochus, verba Bullae Pii VI: «Et ad ipsum (can. parochum) curae « animarum huiusmodi exercitium *privative* quoad ministeria parochialia « et quasi parochialia pertinere debeat ». Quae verba in decisione Archiepiscopi Della Torre repetuntur: « Al can. parroco fu commessa *priva-* « *lamente* la cura delle anime ». Si canonicus parochus, arguit, omnia ministeria paroecialia et quasi paroecialia *privative* exercere debet, nequit Capitulum se curae animarum immiscere, ideoque non habet curam habitualem.

Imminere canonico parocho tam curam animarum actualem quam habitualem eruitur quoque, prosequitur parochus, 1.° ex facto quod Bulla Pii VI nullam partem *emolumentorum* eventualium tribuit Capitulo, sed duas partes assignat duobus coadiutoribus, tertiam canonico parocho: 2.° ex eo quod in eadem Bulla nonnulla favore Capituli reservantur, nempe benedictio fontis, cinerum, palmarum et candelarum, absente Archiepiscopo, administratio SSmi Viatici Archiepiscopo Turritano eiusdemque funeralia, cadaveris amotio in quibuscumque aliis funeralibus in quibus Capitulum et canonici metropolitanae intervenire solent. Cum Bulla *haec tantum* reservet favore Capituli, idque fortassis in signum praeeminentiae ac in memoriam iurisdictionis qua Capitulum ipsum fruebatur ante Bullam, dicendum quod post Bullam, quoad cetera, cura paroecialis plene spectet ad can. parochum.

Consuetudinem autem inolitam ministrandi sacramenta, actus iurisdictionales exercendi, ac generatim habendi canonicum parochum tamquam *vicarium*, eam esse, quae tamquam corruptela tolli petitur; idque manifesto iure, quum praescriptionem nec peperit nec gignere valeat in casu quia, ex quatuor conditionibus ad praescribendum necessariis habetur tantum conditio temporis. Deest probabilius ipsa res praescriptibilis, quia iuxta plures doctores praescribi nequit contra libertatem parochi ac iura parochialia: deest titulus, immo habetur titulus contrarius, nempe Bulla Pii VI, qua cura animarum tribuitur *integre*, *privative*, parocho. Quoad bonam fidem, ea exsulare demonstratur, quum ab initio Parochus contra consuetudinem insurrexerit, de quo plenum documentum est controversia quae locum dedit decisioni archiepiscopi Della Torre an. 1794. Haec autem decisio nihil addit supra praescriptum Bullae, in quaestione quae nos occupat; ac profecto super ea fundari nequit demonstratio curae habitualis favore Capituli sicut neque in verbis Synodi dioecesanae archiepiscopi Marongiu (Tit. 26 Par. 175), quae ita sonant:

« Canonici parochi, tam ille qui in hac primatiali ecclesia, quam is qui « in Turritana basilica residere debet, omnia et singula parochialia munia « quae *actualem* animarum curam respiciunt, servatis ad unguem ere- « ctionis tabulis et vigente consuetudine solerter expedire tenentur ». Inclusio enim unius, non est exclusio alterius.

II. *Argumenta ex adverso prolata.* - Ad reiiciendas canonici-parochi petitiones haec praecipue ex adverso afferuntur.

Generatim praemittere praestat, distinctionem inter curam animarum habitualem et actualem, quamvis procul dubio ante Concilii Tridentini tempora viguisset (cfr. S. R. Roía in *Salutiarum, Iurium,* 1 iul. 1913, ac *Fesulan, Iurium,* 9 iul. 1915) attamen virtute maxime praescripti Sacrosanctae Synodi Sess. VII c. 7 *De ref.,* determinationem et potestatem obtinuisse. Cuius praescripti sensus et finis huc redit, ut, ad praecavenda mala, quae ex gesta animarum cura per personam moralem deplorabantur, Episcoporum esset, hanc gestionem physicis personis, et satius uni, concredere. Hic finis seu scopus diversa plane ratione attingi poterat: quae latius obtinuit ratio haec fuit, ut curae exercitium concederetur cuidam vicario, etiam perpetuo, a persona morali, seu collegio, sive Capitulo, sive Monasterio, simpliciter deputando, reservatis Episcopo iudicio super idoneitate et consequenti approbatione absque tamen ullo concursu; alias, in Italia praesertim, opportunior etiam suppetiit via et ratio, nempe ut cura animarum concederetur *praevio concursu,* sicut in ceteris paroecialibus, et ita quidem ut per talem concursum electus, adlegeretur in ipsum collegium seu Capitulum; alibi visum est stabili quodam modo curam huiusmodi, vel ex integro duobus aut etiam pluribus Capituli membris credere, vel saltem ex parte, reservatis nonnullis universo Capitulo. In hac rationum varietate, haud facile evasit in singulis casibus inspicere an et quaenam prostet divisio seu separatio curae habitualis ab actuali; super quo recentissima iurisprudentia non parum, nec modica cum utilitate adlaboravit: cfr. S. R. Rota m *Salutiarum, Iurium,* d. 2 sept. 1911; 1 iul. 1913; 15 iul. 1915, et super eadem decisio Supr. Trib. Signaturae, die 13 maii -28 iun. 1916; item S. R. Rota in *Fesulan. Iurium,* 16 febr. 1911, 17 mart. 1914, 9 iul. 1915.

Ex his decisionibus atque pronuntiatis, ad rem nostram quod attinet, in comperto iam positum esse videtur « quando cura administratur « per vicarium, cum absoluta certitudine concludendum esse vicarium « non obtinere nisi curam actualem, habituali remanente penes colle- « gium; si autem per unum ex obtinentibus praebendam vel dignitatem, «tum, etsi concludi nequeat cum absoluta certitudine et omnibus in « casibus, curam habitualem esse penes capitulum, tamen adhuc militat

« favore capituli *praesumptio* quoad curam habitualem » (Rota, cit. Fesulan., 9 iul. 1915); quae praesumptio, quamvis, iuxta pronuntiatum Signaturae, in *Salutiarum* cit. ad I, « urgeri non possit quoad ecclesias « cathedrales - attenta harum peculiari origine ac constitutione, - *eadem* « generali ratione atque in ecclesiis collegiatis » attamen non omnino cessat, quum, ut habet idem pronuntiatum, « *saepissime* in iisdem cathe- « dralibus cura habitualis residet in Capitulo » et praesumptio profecto desumitur ex his quae « saepissime » accidunt, reiecto onere probandi in eum qui contrarium, ideoque raro contingenten! casum obtendit.

Praeter hanc generalenî praesumptionem, militat in casu specialissima: etenim ab an. 1441 ad an. 1781 Capitulum utramque curam, habitualem et actualem penes se habebat, ac tantummodo in parte, iuxta limites a se praefinitos, exercitium curae actualis delegaba! presbyteris mercenariis ad nutum assumptis. Quum igitur an. 1781 erectus fuit canonicatus paroecialis, praesumendum est, nisi contrarium probetur, Capitulum perseverasse in possessione curae habitualis, ac novo parocho non cessisse nisi curam actualem, nonnullis tamen exceptis.

Quod et in facto est: Bulla enim erectionis eiusdem canonicatus, explicitissime mentem suam ad hoc limitat: «ne amplius dicta paro- « chialis ecclesia a ministris mercenariis, sed ab uno tantum pastore « gubernantur » ; ergo huic uni novo pastori attribuit dumtaxat, plus minusve, quod prius a ministris gerebatur, nempe exercitium curae ; ad quem finem non erat necessarium expoliari Capitulum cura habituali. - De hac privatione curae habitualis ne verbum quidem occurrit in Bulla, quae, e contrario, quoties curam animarum parocho attributam recolit, numquam verbum *curae* simpliciter adhibet, sed toties limitat, v. g. « exercitium curae » « onus curae » quae dictiones profecto spectant ad curam actualem dumtaxat.

Gravius est, quod, ut parochus concedit, Capitulo, in vim ipsius bullae fundationis, quaedam reservantur, quae ad curam *actualem* spectant, v. g. nominatio seu electio vice-parochorum, ius decimandi, nonnullae functiones, praesertim in funeribus ; et plura etiam Capitulo adiudicavit consuetudo, ac interpretatio data ab Ordinariis, signanter ex decisione archiepiscopi Della Torre. Porro, si Capitulum partem habet aliquam in ipsa cura actuali, idque vi bullae erectionis, pronum est inferre, veluti a fortiori, eidem Capitulo integram manere curam habitualem. - Quo argumento penitus diluitur quidquid canonicus-parochus deducere satagit ex aliis Bullae locutionibus, ubi dicitur « onus curae ani- « marum huiusmodi ad canonicatum *integre* et principaliter » transferri; « et ad ipsum curae animarum exercitium *privative* quoad ministeria

« parochialia et quasi-parochialia pertinere debeat » ; quae reflectuntur in verba archiep. Della Torre « al can. parroco* fu commessa *privatamente* « la cura delle anime, perchè provvisto di congrua sufficiente ». Nota in primis, adverbio verbum praemitti « onus », « exercitium » ; nota secundo cjm adverbio *integre,* componi debere aliud « principaliter »; sed, hisce etiam omissis, si haec adverbia non impediunt quominus, simul eodemque contextu, tum Bulla, tum decisio, plura adiudicent Capitulo de ipsa cura actuali, quomodo obstabunt, quominus in Capitulo manere dicatur cura habitualis? Ceterum haec adverbia commodissime explicantur per oppositionem ad praecedentem rerum statum, quando curae exercitium, tribus ministris, precario modo, cum limitationibus ad libitum Capituli gerebatur, dum exinde ab uno, stabili titulo, et moraliter integre agenda cura est.

Hisce autem probe perspectis, non exigua vis demonstratur tum consequentis interpretationis ab archiepiscopo Della Torre an. 1794, et in synodo dioec, sub archiep. Marongiu an. 1894 redditae, quae in parocho nonnisi curam *actualem* considerat, deque ea dumtaxat plura decernit; tum secutae consuetudinis, quae, fatente parte adversa, canonicum parochum quasi *vicarium* in curae exercitio habuit. Consuetudo haec, non tantum optima legis interpres in casu est habenda, sed etiam creat per praescriptionem novum ius favore Capituli. Ex laudata enim decisione Signaturae in *Salutiarum* plane habemus tamquam incensurabile principium posse iura parochialia praescriptione acquiri; unde nihil reprehensum est in Rotali in qua, in specie quae agebatur haud a nostra dissimili, concludebatur « competere canonico-parocho (seu archi- « presbytero) curam actualem universam, salvis tamen iuribus et officiis «a Capitulo *vi consuetudinis* immemorabilis praescriptis »; illo attento praesertim, quod etiam in casu nostro obtinet, quaestionem non fieri de « exercitio curae actualis tali, quod ex se, vel ex modo quo ageretur « frustraneam redderet intentionem Conc. Trid., sess. VII, c. 7, *De ref.;* « sed de tali, quod opportunum, ex adiunctis, adiutorium in bonum « animarum exhibeat » (cfr. *A. A. S.,* VIII, 296).

Adversus haec rem minime conficere videntur argumenta quae canonicus-parochus deduxerat ex *concursu* sub quo paroecia, ex lege erectionis, confertur, atque ex propria *praebenda* quae parocho assignatur. Plane, quando aliae desunt probationes, collatio per concursum argumentum est paroeciam aliquam non esse unitam collegio seu monasterio; sed quando, ut in casu, de hac unione certissime constat, et tantum inquirendum superest an et quaenam facta fuerit divisio seu separatio curae actualis ab habituali, argumentum nihil evincit: sola enim cura

actualis, ut a limine pra enotavi m us, imminere potest non tantum *vicario,* sed etiam *membro* de Capitulo, manente habituali penes Collegium; quod autem membrum Capitulo adlegatur per concursum necne, rem non immutat. - Quod denique *praebendam* spectat, certum est, atque ex Bulla ipsa habetur, eam in casu non consistere nisi in solis *distributionibus quotidianis:* quamobrem liquet Bullam impropria tantum locutione *praebendam* nominare; quin etiam, quum in Capitulo Turritano habeatur unica massa seu communis, consequitur parochi « prae« bendam » quae dicitur, non esse liberam et independentem, sed in administratione Capituli, quod immo proventus parochiales exigit, cano nico-parocho etiam eleemosynam Missae pro populo rependit, sicut complures alias parochiales expensas sustinet, ac iura et rationes paroeciae repraesentat ac tuetur. Quamobrem argumentum ex eo desumptum quod canonicus-parochus, non stipendium seu portionem fructuum, sed liberam praebendam obtineat, caret fundamento facti; at etiamsi plene probaretur, non relevaret tamen: quod enim cura geratur non per *vicarium* extraneum, sed per canonicum, per *membrum Capituli,* non impedit, iterum iuvat repetere, - quominus cura habitualis sit et maneat penes Capitulum.

RESOLUTIO. - Sacra porro Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis, in Palatio Ap. Vaticano habitis, die 17 martii 1917, omnibus attente perpensis, suprascripto dubio respondit: « Curam habitualem spectare ad Capitulum, actualem canonico-parocho « competere, servatis ad unguem Litteris Apostolicis Pianis, decisione « archiepiscopi Della Torre et consuetudine ».

Quam resolutionem Ssmus D. N. Benedictus Div. Prov. PP. XV, in Audientia insequenti dominico die infrascripto Secretario concessa, approbare dignatus est.

1. MORI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

EPISTOLA

AD MICHAELEM S. R. E. CARD. LOGUE, ARCHIEPISCOPUM ARMA CANUM, SUPER NOVO COLLEGIO IN HIBERNIA CONDENDO PRO MISSIONIBUS EXTERIS.

Libenter accepi, faventibus Eminentia Tua caeterisque Hiberniae Episcopis, valde opportunum a nonnullis ecclesiasticis viris initum esse consilium novum in Hibernia condendi pro Missionibus Exteris Collegium, ubi adolescentes, in sortem Domini vocati, ad apostolicum munus apud infideles populos obeundum apta disciplina efformentur. Porro si semper optandum ut ad divinum implendum mandatum docendi omnes gentes apta ministrorum copia Ecclesiae suppetat, his potissimum temporibus, quum tot ac tanta sacris Missionibus obvenerint detrimenta, enixe adlaborandum ut huic tam sancto operi nova subsidia quaerantur. Quum autem de tali proposito Summum Pontificem certiorem fecerim, iussit Sanctitas Sua ut Tibi significarent propensissimam Eius in id voluntatem, Tibique suo nomine animum addendum voluit ad novum opus alacriter inchoandum. Ut autem optati fructus olim inde percipiantur, sedulo curandum ut tum in alumnis deligendis tum in iisdem ad tantum munus solide praeparandis praecipua adhibeatur diligentia. Cum autem huic S. Consilio Christiano Nomini Propagando demandatum sit munus ea providendi quae ad Missionum bonum et regimen spectant, gratum mihi erit de novi Collegii exordiis ac progressu edoceri, ac perspectas habere disciplinae regulas, quae ad adolescentium animos apostolico spiritu imbuendos proponendae videantur.

Multa spero ex novo Instituto promanatura sacris Missionibus commoda. Qua de re auspicem habeas apostolicam benedictionem, quam Summus Pontifex operis huius promotoribus ac benefactoribus ex corde impertitur.

Interim Eminentiae Tuae manus humillime deosculor.

Romae, ex aedibus S. C. de Propaganda fide, die 13 iunii 1917.

Eminentiae Tuae

humus devmus servus

D. CARD. SERAFINI, *Praefectus.*

L. % S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

12 iunii 1917. — *Coadiutor cum iure successionis Vicarii Apostolici Ton-kin maritimi,* R. D. Aloisius Christianus Maria de Cooman, e Societate Parisiensi ab exteris Missionibus.

13 iunii. — *Vicarius Apostolicus de Bahr-ei-Gazai,* R. D. Antonius Stoppani, e Congr. Filiorum S. Cordis.

— *Vicarius Apostolicus Yukonensis et Principis Ruperti,* R. D. Aemilius Bunoz, e Congr. Oblatorum Mariae Immaculatae.

14 iunii. — *Vicarius Apostolicus de Honan meridionali,* R. D. Flaminius Belotti, e Seminario Mediolanensi pro exteris Missionibus.

19 iunii. — *Coadiutor cum iure successionis Vicarii Apostolici Ton-kin Orientalis,* R. D. Franciscus Ruiz de Azua, ex Ordine Praedicatorum.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

DUBIA

DE CANTU LITURGICO GREGORIANO

A Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutio expostulata est; nimirum:

I. An liceat in commodum cantorum, praesertim in ecclesiis ruralibus, adhibere cantum gregorianum notulis musicalibus modernis descriptum?

II. An decretum super editione vaticana eiusque reproductione quoad libros liturgicos gregorianos cum signis rythmicis, uti vocant, privata auctoritate adiectis, quod impressum quidem est sub n. 4263 et die 11 aprilis 1911, inter *decreta authentica* S. R. C. sed non insertum in *Acta Apostolicae Sedis,* maneat adhuc in suo vigore?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, propositis dubiis ita respondendum censuit:

Ad 1. *Affirmative,* iuxta decretum n. 4166 circa libros cantus liturgici gregoriani, diei 11 augusti 1905 ad VII; relatum inter *decreta authentica* S. R. C. et *Acta Apostolicae Sedis.*

Ad II. *Affirmative,* in subsidium scholarum cantorum, iuxta tenorem eiusdem decreti n. 4263.[1]

Atque ita rescripsit et declaravit die 23 iunii 1917.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. $ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

n

ORDINIS S. BENEDICTI

DUBIA

R. P. D. Fidelis de Stotzingen, *Abbas Primas Ord. S. Benedicti, Sacrorum Rituum Congregationi humiliter exposuit solvenda quaedam dubia, a diversis Congregationibus eiusdem Ordinis proposita, quae orta

[1] **DECRETUM SEU DECLARATIO SUPER EDITIONE VATICANA EIUSQUE REPRODUCTIONS QUOAD LIBROS LITURGICOS GREGORIANOS.**

N. 4263.

Cum postulatum fuerit, an Episcopi possint propriam approbationem donare libris cantus gregoriani, melodias Vaticanae editionis adamussim reproducías continentibus, sed cum signorum rythmicorum indicatione, privata auctoritate additorum, Sacra Rituum Congregatio ad maiorem declarationem Decreti n. 4259, 25 ianuarii vertentis anni, respondendum censuit:

Editionibus in subsidium scholarum cantorum, signis rythmicis, uti vocant, privata auctoritate ornatis, poterunt Ordinarii, in sua quisque Dioecesi, apponere *imprimatur,* **dummodo constet, cetera, quae in Decretis Sacrae Rituum Congregationis iniuncta sunt, quoad cantus gregoriani restaurationem, fuisse servata.**

Quam resolutionem Sanctissimo Domino nostro Pio Papae X, per Sacrorum Rituum Congregationis Secretarium relatam, Sanctitas Sua ratam habuit et probavit. Die 11 aprilis 1911.

sunt ex novis Rubricis Lectionarii ad usum militantium sub regula S. Benedicti; nimirum:

I. Habetne Memoria in primis Vesperis veram et proprie dictam concurrentiam, ita ut habere debeat praecedentiam super reliquas commemorationes?

IL Si tempore Adventus vel Septuagesimae, quae sunt privilegiatae III Ordinis Memoria cum feria occurrat, quaenam Missa est dicenda?

[II. Si prima die libera cuiuslibet hebdomadae in Quadragesima occurrat festum duplex tamen simplificatum, licerne Missam de Requie celebrare?

IV. Si feria Quadragesimae occurrat festum duplex simplificatum, lieetne Missam de Sancto celebrare?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. *Negative,* iuxta normas et rubricas in usum Benedictinorum Confederalorum approbatas die 9 iunii 1915, tit. VII, *De Commemorationibus,* 4.

• Ad IL Missae privatae dici poterunt de sancto vel de feria, Missa vero Conventualis dicenda est de feria.

Ad III. *Affirmative.*

Ad IV. *Negative.*

Atque ita rescripsit et declaravit die 23 iunii 1917.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. $ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

SECTIO DE INDULGENTIIS

DE INDULGENTIIS QUOAD FIDELES RITUS ORIENTALIS

Cum quidam Episcopus Ritus Orientalis dubium proposuisset utrum fideles Rituum Orientalium lucrari possint omnes Indulgentias a Summo Pontifice universali decreto concessas, S. Poenitentiaria respondendum censuit: *Affirmative.*

Quod responsum, in Audientia diei 6 vertentis mensis iulii ab infrascripto Card. Poenitentiario Maiore relatum, SSmus D. N. Benedictus divina Providentia Pp. XV approbare ratumque habere dignatus est, ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, in S. Poenitentiaria, die 7 iulii 1917.

GULIELMUS CARD. VAN ROSSUM, *Poen. Maior.*

L. © S.

F. Borgongini Duca, *S. P. Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

NOVARIEN.

RESTITUTIONIS IN INTEGRUM

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 4 augusti 1916, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Iosephus Mori et Fridericus Cattani, Auditores de Tur no,in causa* Novarien. - Restitutionis in integrum, *inter* Sacerdotem Vincentium Bairate, *Parochum S. Agabii Novariensis Dioecesis, seu* Congregationem Parochorum Novariae, *actorem repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et* Sacerdotem Ioannem Pellagatta, *Parochum S. Michaelis Novariensis dioecesis, conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum, interveniente et disceptante in Causa Promotore Iustitiae, Revmo D. Roberto Vicentini, hanc tulerunt definitivam sententiam.*

Extat Novariae, iam inde a saeculo undecimo, quoddam collegium cui nomen *Congregazione dei Parroci urbani e suburbani di Novara.* Huius Congregationis sodales in duas classes dividuntur, eorum nempe qui ius habent ut ad collegium admittantur, et eorum qui tantum *ex gratia* a Congregatione libere, et sine collegii praeiudicio, recipiuntur.

Anno 1913, sac. Ioannes Pellagatta, parochus S. Michaelis, in civitate Novariensi, cooptationem in collegium postulavit. Congregatio sese paratam exhibuit ad eum admittendum ex gratia tantum, non vero *ex iure.* Cum vero parochus Pellagatta instaret ut *ex iure reciperetur,* quaestio in iudicium deducta fuit coram Curia Novariensi, inter parochum Ioannem Pellagatta et Congregationem legitime repraesentatam ab eius praeside, parocho Lino Cassani, et die 5 novembris 1914, Vicarius Generalis, Ioannes Delsignore, utraque parte rite citata et praesente, sententiam tulit, cuius pars dispositiva haec est: « Spetta al parroco «*pro tempore* di S. Michele nell'Ospedale Maggiore di Novara, e con« seguentemente all'attore D. Giovanni Maria Pellagatta, il diritto di « appartenere alla veneranda Congregazione dei Parroci urbani e subur« bani di Novara ».

Porro statim ac sententia pronuntiata fuit, Praeses Congregationis declaravit « di ritenere che la Congregazione dei Parroci urbani e subur- « bani accetterà la sentenza; per il caso però in cui qualcuno lo chiedesse, « domanda quanto tempo sia concesso per interporre appello ». Cui Vicarius Generalis respondit « che per interporre appello si ha il « tempo di dieci giorni, i quali incominciano a decorrere da questo « momento ».

Porro die 14 novembris sac. Vincentius Bairate, parochus S. Agabii, ac unus et sodalibus Congregationis protestationem scripto misit ad Curiam: « Ritenuta detta sentenza gravosa ai diritti della Congrega- os: zione e quindi a quelli suoi proprii e dei suoi successori, compie « colla presente formale atto di protesta, perchè, qualora non si giu- « dichi opportuno il tempo presente per interporre appello, sia riser- « vata la facoltà di farlo in seguito », etc. Die autem 16 eiusdem mensis formaliter appellavit: « Col presente atto intendo formalmente appel- « lare dal giudizio della Ven. Curia di Novara a quello della S. Rota « Romana ».

Curia Novariensis, sententia data die 7 decembris 1914, appellationem e limine reiecit.

Instante vero parocho S. Agabii penes Nostrum Ordinem ut sibi recognosceretur ius appellandi, aut saltem restitutio in integrum concederetur, lis admissa fuit et concordata sub hisce dubiis:

I. *An constet de re iudicata, in casu.*

Et quatenus affirmative:

IÍ. *An sit locus restitutioni in integrum.*

Primum dubium quod spectat, haec advertenda sunt:

In c. 65, *De sentent, et re iudic,* X (II, 27) statuitur: « Cum post « decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat iudicatae, « qui ad provocationis subsidium intra id tempus non recurrit, appel- « landi sibi aditum denegavit, cum per hoc videatur per interpretatio- « nem iuris latae sententiae paruisse, praesertim ubi causa non redditur « appellandi ».

Quare Doctores communiter rem iudicatam definiunt: *sententia definitiva, a qua non fuit appellatum intra decendium ad eam impugnandam constitutum* (Lega, *De iudic;* I, 696; Devoti, lib. III, tit. XIV, n. 12, etc.).

Et haec est propria significatio *rei iudicatae;* nam « sententia post « elapsum spatium decem dierum, si non fuerit appellatum, vocatur res « iudicata proprie et irrevocabiliter, sicque dicitur sententiam transire in « auctoritatem rei iudicatae, iuxta textum *Quod ad consultationem* » (15, h. t., Reiff., II, 27-5).

Tempus igitur ad proponendam appellationem iudicialem est decem dierum, seu decendium, computandum a die recitatae et publicatae sententiae, si partes praesentes sunt editioni sententiae, vel per se, vel per procuratores.

Secus decendium computatur a die denunciatae, seu legitime intimatae sententiae *(Instr. S. G. EE. et RR.,* 11 iun. 1880, art. 38).

Dies autem computantur civiliter, non naturaliter; et dies *a quo computatur **in** termino.* Quare quoad initium est tempus utile, quod ignoranti non currit: at in suo decursu est continuum et peremptorium, etiam dies feriatos comprehendens, quod a iudice neque contrahi, neque prorogari potest (c. 15, *De sent. et re iudic.,* X, II, 27, 8, h. t. in 6°, et Glem. 3, h. t.). Ita Emus Lega, cit., n. 673.

Iamvero cum partes, rite citatae, praesentes fuerint editioni sententiae, ut patet ex relatione, vulgo *verbale,* publicationis sententiae, et sententia publicata fuerit die 5 novembris, appellatio vero interposita non fuerit nisi die 16 eiusdem mensis, appellatio lapsu fatalium perempta fuit.

Nec quaestio fieri potest de die feriato 15 novembris tamquam ultimo die decendii; nam 1) tempus ad appellandum est continuum, etiam dies îeriatos comprehendens; 2) dato etiam et non concesso quod in nostro foro vigeat regula iuxta quam si ultimus dies est feriatus, termini prorogantur in diem sequentem, ultimus dies decendii erat 14, qui feriatus non erat.

Nec relevat quod opponit patronus actoris, nempe apud S. Rotae Tribunal diem a quo non computari in termino; nam in Regula 236 expresse statuitur: « appellatio interponenda est intra decem dies, qui « decurrunt a sententiae aut a decreti notificatione ».

Ceterum in appellationibus a sententiis iudicum inferiorum ad S. Rotam spectatur ius commune, non vero mos, qui apud nostrum Tribunal praetenditur invaluisse.

Neque dici potest cum eodem Patrono in prima parte libelli a Parocho S. Agabii die 14 novembris ad Curiam missi contineri appellationem, in altera vero intentionem appellationis eo tempore prosequendae, quo id sibi opportunum aut utile videretur.

Nam in citato libello Parochus S. Agabii expresse ait: « compio « colla presente formale atto di protesta, perchè qualora non si giu- « dichi opportuno il tempo presente *per interporre appello,* sia riservata « la facoltà di farlo in seguito ». Ergo die 14 novembris appellationem minime interposuit, sed protestationem tantum emisit, postulans ut sibi reservaretur facultas serius appellandi. At protestatio minime aequivalet appellationi, quae est provocatio ad iudicem Superiorem (Voet Comm.,

Ad pandectas, lib. XLIX, tit. IV, ii. 2, etc.); et fatales dies prorogari nequeunt.

Ceterum si die 14 Parochus S. Agabii revera appellationem interposuisset, iam non erat cur die 16 formaliter appellasset. « Gol presente « atto intendo formalmente appellare dal giudizio della Ven. Curia di « Novara a quello della S. Rota Romana ». Quare ipse Parochus S. Agabii suo libello diei 16 novembris fassus est in libello diei 14 appellationem proprie dictam non contineri.

Quum igitur appellatio interposita non fuerit intra decendium, sententia Curiae Novariensis die 5 novembris 1914 transivit in rem iudicatam.

Et consequenter inutile est quaerere an parochus S. Agabii, uti singulus, appellare posset.

Restitutionem in integrum quod attinet, cum Congregatio parochorum adhaeserit parocho S. Agabii, immo parochus S. Agabii ex deliberatione Congregationis diei 4 decembris 1915 repraesentet Congregationem ipsam, iam otiosum est inquirere: an parochus S. Agabii, silente vel etiam contradicente Congregatione, ius habeat postulandi restitutionem in integrum.

Restitutio in integrum definitur a Paulo IV reintegrandae rei vel causae actio (Devoti, *Inst. can.*, lib. III, tit. XVI, n. 1). In casu nostro, proprie est actio ad reintegrandam causam contra lapsum fatalium.

Iamvero ut cum communi docet idem Devoti (loc. cit., n. 2), non temere ac sine delectu, sed iustis tantum de causis restitutio in integrum conceditur.

Ut igitur breviter recolamus *iuris communis* principia, quibus regitur restitutio in integrum:

1) Causae iustificati vae restitutionis in integrum reducuntur ad invaliditatem aut ad iniustitiam sententiae. Iniustitia autem, est potissima causa restitutionis; nam indubitate continet laesionem (Innoc, in cap. *Cum ex litteris: De in integr. restii.;* Oddo., *De rest. in integr.*, qu. 34, art. 7, n. 37; et qu. 36, n. 10; S. Rota, Rec. dec. 672, n. 1, p. 2; dec. 786, n. t, p. 3; dec. 99, n. 1, p. 4; cor. Crescentio, dec. 16, n. 3, 98, n. 24, tom. 1; decis. 232, n. 18, tom. 2, etc.).

2) Quod si ad restitutionem in integrum adversus rem iudicatam plerique Doctores requirunt laesionem gravem, facile res componitur si distinguatur inter restitutionem in integrum adversus rem iudicatam a restitutione in integrum adversus actus seu negotia iuridica.

Si enim agitur de re iudicata, laesio resultare debet ab iniustitia sententiae, sine qua nulla laesio adesse dicitur (De Luca, *De iudic,*

disc. 38, n. 10) seu, aliis verbis, iniustitia sententiae indubitate continet laesionem (S. Rota cit., Rec. dec. 672, n. 1, p. 2).

3) Quod si item quaeratur quonam ordine se habeant invaliditas et iniustitia quoad restitutionem in integrum, dicendum est invaliditatem sententiae proprie esse causam nullitatis, eius vero iniustitiam causam esse restitutionis in integrum. Causae igitur restitutionis in integrum adversus rem iudicatam potissimum reducuntur, ut supra dictum est, ad iniustitiam sententiae (Dig. IV, I, 3; S. Rota cor. Crescent., dec. 16, n. 3, tom. 1, etc.).

4) Quemadmodum invaliditas vel iniustitia rei iudicatae viam aperit restitutioni in integrum, ita eius validitas et iustitia restitutioni in integrum viam praecludit (S. Rota, Rec. dec. 660, n. 1, p. 4; decis. 329, n. 1, p. 2; cor. Crescentio, decis. 22, n. 3, 95, n. 1; 110, n. 1; 124, n. 1, tom. 1; decis. 161, n. 1, tom. 2, etc.).

• 5) Iniustitia vero sententiae non praesumitur sed ab allegante probari debet (De Luca, loc. cit., n. 10). Quare petens restitutionem in integrum, quum sit actor, tenetur probare causam, ex qua ei competat restitutio. Quia igitur iniustitia probari debet, ea certa esse debet, seu aliis verbis de ea debet constare, S. Rota (Rec. dec. 329, n. 1, p. 2): « Non '« constare de causis restitutionis in integrum fuit resolutum quia Con- « ventus S. Isidori non docet de suo bono iure, quod est fundamentum « restitutionis in integrum. Nam si bonum ius non iustificatur ex lae- « sione, docendo de iniustitia prolatae sententiae, non videtur esse locus « restitutioni in integrum». Et decis. 660, n. 1, p. 4: « Fuit resolutum « non constare de causis restitutionis in integrum, quia Ferdinandus «non docet de invaliditate "aut iniustitia prioris sententiae, per quae « solent causae restitutionis in integrum iustificari ».

Concludendum igitur est ad obtinendam restitutionem in integrum probandam esse ab actore iniustitiam sententiae.

6) Valde disputatum est inter partium patronos et Promotorem Iustitiae utrum necessaria sit iniustitia notoria an vero sufficiat iniustitia simplex et ordinaria, et num, iuxta tradita a Card. De Luca (cit. n. 19 et seqq.) iniustitia notoria requiratur quidem si restitutio petatur adversus tres conformes, sufficiat vero iniustitia simplex et ordinaria adversus rem iudicatam ex neglecta appellatione.

Cum autem doctrinam communiorem amplexi simus, iuxta quam ad obtinendam restitutionem in integrum requiritur et sufficit ut probetur iniustitia sententiae, nulla distinctione facta inter iniustitiam notoriam et simplicem, ac inter rem iudicatam ex neglecta appellatione et tres conformes, iam hoc ipso hae quaestiones otiosae sunt in casu nostro.

Nec obest quod restitutio in integrum facilius concedatur cum agitur de unica sententia, ex S. Rota decis. 169, p. 9, tom. 1, inter Rec.

Nam 1) haec facilitas procedebat non ex lege, sed ex stylo Curiae, quem commendabilem non dicit ipse De. Luca (cit. n. 12); «cum ita « inanis et elusoria remaneat legis dispositio, ut per rem iudicatam vel «tres conformes lites finem habere debeant, quoties iniustitia plus * « quam clara et certa vel nullitas contrarium non suadeant ».

2) Esto quidem quod adversus unicam sententiam facilius concedenda sit restitutio in integrum, vel largius ex quadam aequitate iudicandum sit de causis restitutionis, at etiam in hoc casu de iniustitia sententiae constare debet.

Nec relevant ea quae opponit patronus actoris, nempe sufficere ut doceatur de bono iure etiam semipiene, immo sufficere ut constet de bono fumo causae, et quod sufficiat ut disputetur de iniustitia et meritis negotii principalis, summarie, pro gustu scilicet iustitiae vel iniustitiae, quae praetenditur.

Nam 1) haec procedebant de antiquo stylo Signaturae Gratiae vel Iustitiae ad effectum audientiae, et ad effectum regulandi formam rescribendi, ut expresse docent De Luca cit. n. 18 et decisiones Rotae 105, n. 10, p. 6, 1. n. 5, p. 6, inter Rec, etc.

2) S. Rota nunc non agit de restitutione in integrum ad solum effectum audientiae, sed ad effectum eam concedendi necne, seu ad effectum concedendi actionem ut causa reintegretur necne.

Neque ad probandam iniustitiam sententiae necesse est disputare de causae meritis per ápices iuris, perinde ac si causa esset nova et integra; nam hunc antiquum stylum Curiae iam carpebat De Luca cit. n. 11. Quomodocumque igitur actor probet iniustitiam sententiae, id satis erit ad concedendam restitutionem in integrum, modo iniustitia sententiae probetur.

Videndum igitur est an Parochus S. Agabii et Congregatio Parochorum probaverint iniustitiam sententiae.

Et primo quidem assumunt distinctionem inter sodales *ex iure et ex gratia* ita accipiendam esse, ut sodales ex iure ii habiti sint qui cum Paroecias regerent, quas fundatores Congregationis obtinebant, essent quodammodo, ad societatem quod spectabat, fundatorum heredes; ii vero a saeculo septimodecimo sodales *ex gratia*, qui, quamvis successionis titulum sibi vindicare non possent, in consociationem ex sodalium arbitrio recipiebantur.

Nam Congregatio iam a saeculo undecimo existit. Ei originem dederunt Sacerdotes Novarienses aliquarum ecclesiarum regimini propositi, qui iuxta morem aevo illo communem, coaluerunt in collegium.

Cum Ecclesiae illae postea in Paroecias erectae fuerint, collegium vocatum fuit: *Congregazione dei Parroci urbani e suburbani di Novara.*

« La Congregazione dei Parroci, aiunt, come sorse, così sempre si «mantenne quale associazione affatto libera, privata, indipendente; e « come tale fu ritenuta e rispettata dalle Autorità ecclesiastiche . . . Ciò « premesso l'attuale parroco dell'Ospedale Maggiore, nella sua assunta « qualità di successore degli antichi Parroci di S. Michele, non può pro- « vare di essere successore di una delie Parrocchie dei fondatori, perchè « i Parroci di S. Michele non vi furono ammessi che a congregazione «formata». Parochia enim S. Michaelis erecta fuit saeculo circiter septimodecimo; non potest igitur eius Parochus ius habere ut in Congregationem recipiatur.

Verum 1) ante omnia concedi nequit Congregationem esse societatem independentem, si de absoluta independentia agatur eaque intelligatur respectu ad auctoritatem ecclesiasticam. Nam hoc in iure est absurdum. Et quoad factum, anno 1618, die 8 aprilis Vicarius Generalis Curiae Novariensis *auctoritate sua facultatem,* esto quidem per modum provisionis et sine praeiudicio Parochorum, tribuit Sacerdoti Bernardino Tornotti, Curato S. Michaelis, quamvis non pertineret ad Congregationem, ut posset processionaliter incedere etiam cum almutia sub Cruce ipsius Congregationis « donec aliud à nobis fuerit super praemissis declaratum ». Et anno 1663, die 12 martii, Parochus S. Crucis receptus fuit in Congregatione et ius tam ei quam suis successoribus ut in Congregationem admitterentur.-« Con Decreto delia S. Congrega- « zione e con Decreto dei Vicario Generale ... ».

2) Eoque minus admitti potest illos tantum esse sodales ex iure qui Paroecias regunt, quas fundatores obtinebant; nam anno 1663, die 12 martii, a Congregatione tributum fuit Parocho S. Crucis eiusque successoribus ius pertinendi ad Congregationem « quale successore e sur- « rogato da una delle due porzioni curate della Chiesa d'Ognissanti... » ; et idem ius anno 1732, die 12 ianuarii, tributum fuit Parocho S. Mariae vulgo *della Bicocca* eiusque successoribus, scilicet: « fu stabilito che il « Curato della Bicocca debba succedere al Parroco di S. Giacomo; la « cui Chiesa era stata unita al Collegio degli oblati... ». Distinguendum igitur est inter titulum originarium et acquisitum seu concessum, et titulus ad cooptationem in Congregationem potest quoque esse successio in portionem aliquam antiquarum Parochiarum, aut decretum Vicarii Generalis acceptatum a Congregatione, vel simplex deliberatio Congregationis, sive Parochus cooptatus succédât in aliquam portionem antiquarum Parochiarum sive alia de causa.

Opponit quoque Patronus, actoris observantiam, in qua fundatur sententia Curiae Novariensis, esse ambiguam, tum quia Parochus seu Curatus Tornotti, quem primum inter Parochos S. Michaelis sodalem invenimus, *ex gratia* fuit admissus; tum quia factum utique habetur, quod plures ex Parochis S. Michaelis in sodalitatem sunt cooptati, at hoc factum nihil probat, quum non liqueat, an ipsi ex iure an vero ex gratia Cooptati fuerint, vel facile in sensum contrarium retorquetur cum gratiae mentio in cooptatione Sacerdotis Tornotti expresse adiecta sit; tum denique quia ministeria quibus Parochi S. Michaelis in sodalitate functi sunt, nihil probant, cum etiam sodales ex gratia munus ministrans ex. gr. obtinere possint.

Verum admitti nequit ex actis constare Parochum Tornotti receptum fuisse in sodalem, idque ex gratia, eoque minus concedi potest gratiae mentionem in eius admissione expresse adiectam fuisse. Nam quoad Parochum Tornotti agebatur tantum de facultate interveniendi processionaliter cum Sodalibus, quamvis praedictus Parochus non esset de Congregatione, quam facultatem Vicarius Generalis tribuit sine praeiudicio Congregationis et per modum provisionis : « donec aliud a nobis « fuerit super praemissis declaratum ». Quoad ceteros vero Parochos S. Michaelis, non tantum plures ex iis, sed quotquot fuerunt Parochi S. Michaelis a Ioanne Baptista Degli Agostini usque ad ultimum Parochum Portigliotti, nempe Ioannes Baptista Degli Agostini, Franciscus Gallo, Iulius Ferrari, Dominicus Delle Donne, Antonius Portigliotti, sodales fuerunt Congregationis, ut patet ex actis Congregationis vel ex manuscripto Frasconi: nullibi autem fit mentio gratiae. At gratia difficulter concipitur concessa omnibus Parochis S. Michaelis, eoque minus concipitur concessa quia de ea numquam mentio fit, dum e contra quoad alios Parochos, ex. gr. Petrum Besozio Parochum S. Crucis anno 1602, et Carolum Luino Parochum S. Mariae vulgo *Della Bicocca*, ea expressa fuit. Quoad tertium denique non est confundenda sententia iudicis cum deductionibus Parochi Pellagatta; sententia enim Curiae Novariensis ex manuscripto Frasconi deducit ius Parochorum S. Michaelis non quia munera in Congregatione obtinuerint, sed alio prorsus ex capite, ut cuilibet legenti patet.

Denique quod potissimum est, ea quae Patroni disputant de observantia in casu, aequivocatio ne non carent. Nam Patronus actoris observantiam ducit ab anno 1707 ad annum 1782, vel potius tantum ad annum 1736, quo in casu, concludit, observantia non solum non est centenaria, sed ne quadragenaria quidem.

Patronus vero Parochi Pellagatta gratuito eam ducit ab anno 1660.

At observantia seu pacifica possessio, vel recognitio iuris Parochorum S. Michaelis, de qua agit sententia Curiae Novariensis, ea est quae deducitur ex actis Frascone, Bertone, Croce et Marucco.

Ait enim sententia: « Gli atti Bertone, Croce e Marucco non sono « prodotti principalmente quali atti costitutivi del diritto del Parroco « dell'ospedale, ma quali atti comprovanti che al tempo in cui vivevano, « era unanime presso la Congregazione la convinzione sul diritto indi**ce** scusso pacifico avente validità del Parroco dell'ospedale, ed attestano, « specie coi manoscritto Frascone, o suppongono il godimento del legit- « timo e pacifico possesso del diritto ; ed è un fatto costitutivo del quasi « possesso più che centenario, che presume il miglior titolo del mondo « e dispensa dalla produzione del titolo ».

Et concludit: « Le sopra esposte considerazioni sugli atti prodotti ... « producono nel giudice il convincimento della spettanza del diritto del « Parroco di S. Michele all'Ospedale Maggiore ... di appartenere alla « Congregazione, convincimento che è il convincimento ininterrottamente « constatato nel manoscritto Frasconi, nell'atto Bertone, prima del Ì806, « e dopo il 1806 negli atti Croce e Marucco ».

Et primo quidem iure merito sententia tenet manuscriptum Frasconi recognoscere penes Congregationem ius pacificum, incontroversum, et vigens iam ante annum 1731, Parochi S. Michaelis, idque recte concludit tum ex eo quod ibi de acceptationibus *pro gratia* expresse mentio fit, dum quoad Parochum S. Michaelis de gratia non fit mentio, eo praesertim quod immediate ante Parochum S. Michaelis indicatur acceptatio Parochi S. Mariae vulgo *Della Bicocca* anno 1731, *ex gratia,* tum ex eo quod in numero duodecim Parochorum « componenti la Congregazione » necessario includendus est Parochus S. Michaelis, ut colligitur quoque ex scripto Croce.

Nec relevant quae Patronus actoris apponit contra vim probandi manuscripti « Frasconi » nempe 1) manuscriptum non manare a sodalitate; 2) gratiae mentionem quoad Parochum Portigliotti fuisse omissam, quia non erat primus ex Parochis S. Michaelis, qui admitteretur in sodalitatem, ut confirmatur ex exemplis Parochi S. Crucis et S. Mariae *delia Bicocca;* 3) in illo numero duodecim Parochorum « componenti la Congregazione » referri quoque Parochos admissos pro gratia, uti Parochum S. Crucis et Parochum S. Mariae vulgo *della Bicocca.*

Nam quoad primum, sententia non dicit sodalitatem recognoscere ius Parochi S. Michaelis, sed manuscriptum recognoscere ius illud penes Congregationem.

Quoad secundum argumentatio procedit ex falso supposito quod

Parochus Tornotti expressa gratiae mentione admissus fuerit. Quod si de successoribus Petri Besozio, Parocrli S. Crucis admissi *pro gratia* die 23 iulii 1662, et Caroli Luino, Parochi S. Mariae vulgo *della Bicocca,* admissi *pro gratia* die 27 augusti 1731, non fit mentio de gratia ideo est quia, ut colligitur a documentis ab ipso Actoris Patrono postremo adductis, Parochus S. Crucis factus est sodalis ex iure die 12 martii 1663, et idem ius obtinuit Parochus S. Mariae vulgo *della Bicocca* die 12 ianuarii 1732. Quoad tertium denique notandum est quod Parochus S. Crucis, ut supra dictum est, admissus fuerat ex iure anno 1663, et quamvis Parochus S. Mariae vulgo *della Bicocca* admissus fuerit de iure tantum anno 1732, non tamen inde concludi potest manuscriptum Frasconi anno 1731 illum ex errore inclusisse in numero duodecim Parochorum « componenti la Congregazione ».

In actu autem Visitationis Pastoralis, quam Episcopus Balbis Bertone fecit die 5 martii 1769 Congregationi, legitur quod vocati comparuerunt Parochus vulgo *della Bicocca deputatus;* et Parochus S. Andreae *ministrans* Congregationis, qui exhibuerunt nonnulla *documenta et iura...* quibus per praedictum Episcopum *visis, examinatis et recognitis, compertum fuit:* componitur a nonnullis R. R. Parochis Urbanis et suburbanis, nempe Parochus Ecclesiarum S. Petri, S. Crucis, S. Eufemiae, S. Stephani, S. Andreae, S. Agabii, S. Mariae *della Bicocca* ... et quamvis *Parochi praedictarum ecclesiarum habeant ius quod in fratres recipiantur, cogi tamen non possunt.* Et exinde iure merito sententia concludit quod « qualche atto costitutivo certo è supponibile sia stato dal Vescovo esa« minato fra i documenti esibitigli. In ogni caso il verbale di visita « Balbis Bertone attesta essere stato allora presso la Congregazione indi« scusso, pacifico, da tempo vigente, il diritto di far parte della Congre« gazione dei Parroci enumerati nell'elenco ».

Denique ius Parochi S. Michaelis sententia deducit ex scripto Parochi Croce, Decani Congregationis 1 aprilis 1839, et ex relatione Parochi Marucco nomine Congregationis facta anno 1902.

Quae autem opposuit Patronus actoris contra actum Visitationis Pastoralis Episcopi Balbis Bertone, nempe Parochos S. Crucis et Sanctae Mariae vulgo *della Bicocca* fuisse sodales ex gratia, nunc ne locum amplius habent post documenta "ultimo producta, ex quibus patet ius acquisitum fuisse a Parocho S. Crucis anno 1663 et a Parocho S. Mariae vulgo *della Bicocca* anno 1732.

Nec item cogit argumentum contra scriptum Parochi Croce, ex eo desumptum quod Parochus S. Eustachii hodie quoque ex gratia tantum admittitur.

Nam potior vis probandi huius documenti non pendet ex supputatione Parochorum conflantium numerum novem titulorum parochialium ius habentium ad Congregationem, sed ex eo quod: « Tra i titoli « superstiti enumera il titolo vacante di S. Michele, e aggiunge che « avendo il Card. Morozzo Vescovo rimesso la Parrocchia di S. Michele, « venendo in essa istituito un sacerdote secolare, questo ritornerà nel « suo primo diritto di chiedere ed ottenere l'ammissione alla detta Con- « gregazione ».

Quare vi sua destituta sunt ea quoque quae opponit idem Patronus contra novam Parochiam S. Michaelis, nempe Parochiam Nosocomii Maioris Novariae esse noviter erectam, et non successisse in omnibus iuribus antiquae Parochiae S. Michaelis praesertim quoad Congregationem Parochorum.

Nam, ut patet ex decreto Episcopi Morozzo collato cum Brevi Pii VIII ecclesia S. Michaelis est erecta, *seu melius de novo excitata ac in pristinum restituta.* Et in Brevi Pii VIII expresse legitur: Paroeciam S. Michaelis *restituere* ... in Paroecia *restituenda* ...

Et quod restituta fuerit quoque in suis iuribus adversus Congregationem, patet non solum ex citato documento Parochi Croce, producto ab ipsa Congregatione, sed etiam ex relatione Parochi Marucco, quae adservatur in Archivio Congregationis, et contra quam, iura Parochiae S. Michaelis quod spectat, nullam protestationem aut reservationem emisit Congregatio. Quod argumentum maiorem vim obtinet si considerentur cum sententia quod « la Congregazione, la quale aveva nel « suo archivio tali atti (Croce et Marucco) sarebbe certo insorta se « avesse ritenuto non competere ii diritto di cui si tratta, come fece « nel caso dell'ammissione dei curati della Cattedrale, di S. Gau- « denzio e di S. Martino...».

Quum igitur non constet de iniustitia sententiae, non est cur inquiramus de laesione gravi, nam sine iniustitia nulla laesio adesse dicitur (De Luca cit. n. 10). Ceterum ubi gravis laesio in casu, si fatente ipso patrono actoris, admissio licet ex gratia id efficit, ut sodales nisi expressam, ut aliquando evenit, iurium terminationem praestituat, sua omnia iura cum admissis communicent? Quodsi Congregatio conqueritur a sententia Curiae Novariensis aboleri regulam, quae inde a fundatione plura per saecula in Collegio viguerat: neminem ex iure admitti, qui uni ex fundatoribus non succederet; huic, quae praetenditur, regulae extremam plagam inflixit Congregatio ipsa, allegando duo documenta 12 marti 1663 et 12 ianuarii 1732.

Quibus rite tum in facto, tum in iure perpensis, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes, Christ^ nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, ad proposita dubia respondemus: ad I. *Affirmative, seu constare de re iudicata in casu;* ad II. *Negative, seu non esse locum restitutioni in integrum.* Expensas vero compensatas inter partes volumus.

Ita pronunciamus, et definitive sententiamus mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Sacrorum Canonum et praesertim sess. XXV, c. 3, *de ref.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis existimaverint.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani Amadori.

Ex Cancellaria, 18 augusti 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

AVVISO DI CONCORSO

È aperto presso la S. C. di Propaganda Fide il concorso.per la provvista di un ufficio di minutante nella Segreteria latina.

I sacerdoti che desiderassero prendervi parte dovranno esibire alla Segreteria stessa, entro un mese dalla data del presente avviso, la domanda corredata delle opportune generalità e del « nulla osta » del relativo Ordinario.

È richiesta per l'ammissione al detto concorso la laurea in S. Teologia o in Diritto Canonico.

Ê poi in facoltà dei concorrenti presentare quei titoli che possono comprovare la loro capacità all'ufficio in parola.

A suo tempo verranno stabiliti i giorni in cui avrà luogo il concorso.

A titolo di informazione per i sacerdoti che volessero concorrere, si avverte :

1) che il concorso consisterà in due prove scritte, delle quali una in lingua latina, l'altra in italiano;

2) che i temi verseranno specialmente sulla Teologia Morale e sul Diritto Canonico;

3) che si terrà in particolare considerazione la conoscenza delle lingue estere.

1 concorrenti non dovranno eccedere l'età di 45 anni compiuti.

Roma, dalla S. C. di Propaganda Fide, 12 luglio 1917.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 3 luglio 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione Particolare dei sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali ed i Rmi Prelati componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1. Intorno alla validità ed al rilievo dei Processi costruiti nel Vicariato Apostolico della Nyanza Settentrionale sopra il martirio, la causa del martirio,

i segni e prodigi dei Venerabili Servi di Dio Carlo Luanga, Mattia Murum ba e 20 Compagni, che si asseriscono uccisi neh'Ouganda, in odio della Fede, nel 1888: ed intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato ai medesimi Ven. Servi di Dio;

2. Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Napoli sopra la fama di santità della vita, delle virtù e dei miracoli in genere della Ven. Serva di Dio Maria Rosa Carafa, dei Baroni di Traetto, dell'Istituto delle Ancelle del Sacro Cuore di Gesù nella città di Napoli;

3. Intorno al culto, in ossequio ai decreti di Urbano VIII, non mai prestato ai Venerabili Servi di Dio Giacomo Sales, sacerdote, e Guglielmo Saltamoch, coadiutore, ambedue della Compagnia di Gesù, che si asseriscono uccisi in odio alla Fede nel 1593 in Aubenac, della diocesi di Viviers ;

4. E parimenti intorno al culto non mai prestato, come sopra, al Venerabile Servo di Dio Gaspare Bertoni, sacerdote, fondatore dell'Istituto dei Preti delle Sacre Stimmate di N. S. Gesù Cristo;

5. Ed infine intorno al culto non mai prestato, come sopra, al Servo di Dio Carlo Domenico Albini, sacerdote, della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata.

Martedì 17 luglio 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto degli Emi Prelati Officiali e Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione dei Riti *Preparatoria* per discutere quattro miracoli, che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Ven. Ludovica de Marillac, vedova Le Gras, Confondatrice delle Figlie della Carità: i quali miracoli vengono proposti per la beatificazione della stessa Ven. Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NUNZIATURE APOSTOLICHE

Con dispacci della Segreteria di Stato, in data 20 luglio 1917, la Santità di Nostro Signore, nella fausta ricorrenza delle feste centenarie dell'indipendenza nazionale del Perù, si è degnata di elevare la Rappresentanza Pontificia presso l'anzidetta Repubblica dal grado di Interaunziatura a quello di Nunziatura Apostolica, e di nominare simultaneamente *Nunzio Apostolico del Perù* Mons. Lorenzo Lauri, arcivescovo titolare di Efeso.

Parimenti con dispacci della Segreteria di Stato in data 20 luglio 1917, la Santità di Nostro Signore, prendendo occasione della ricorrenza anniversaria dell'indipendenza nazionale della Colombia, si è degnata di elevare la

Rappresentanza Pontificia presso la detta Repubblica dal grado di Internunziatura a quello di Nunziatura Apostolica, e di nominare simultaneamente *Nunzio Apostolico di Colombia* Mons. Enrico Gasparri, arcivescovo titolare di Sebaste.

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

7 *luglio 1917.* L'Emo signor cardinale Aristide Rinaldini, *Protettore della Congregazione delle Figlie di Maria, di Gerona* (Spagna).

9 » » L'Emo signor cardinale Giulio Tonti, *Protettore delle Suore della Provvidenza, di Portieux.*

» » » Mons. Benedetto Melata ed i Revmi PP. Pasquale Brugnani dei Minori, Gioacchino Maria Dourche dei Servi di Maria, Raffaele di S. Giuseppe dei Carmelitani Scalzi e Giuseppe Drehmanns dei Sacerdoti del Ssmo Redentore, *Consultori della Sacra Penitenzieria per la Sezione delle Indulgenze.*

20 » » L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore dell'Istituto di S. Giovanni Battista.*

22 » » Il Rev. sac. D. Federico Fioretti, *Segretario di Nunziatura di seconda classe.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

14 maggio 1917. Mons. Michele Tommaso Labrecque, vescovo di Chicoutimi.
10 luglio » Mons. Giuseppe Gamba, vescovo di Novara.
13 » » Mons. Giuseppe Maria Koudelka, vescovo di Superior.

Prelati Domestici di S. S.:

27 giugno 1917. Mons. Carlo Barbarulo, dell'archidiocesi di Salerno.
» » » Mons. Francesco Santucci, della medesima archidiocesi.
17 luglio » Mons. Colino Chisholm, della diocesi di Antigonish.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 luglio 1917. Al sig. comm. Giovanni von Reiizenstein, ciambellano e cerimoniere della Corte di Baviera.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 luglio 1917. Al sig. Francesco Donoso Carvallo, sotto-segretario di Stato agli Esteri in Baviera.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

4 luglio 1917. Al sig. marchese Adriano de Bertier Pinsaguel, dell'archidiocesi di Tolosa.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 luglio 1917. Al sig. Umberto Luigi Leicester, dell'archidiocesi di Birmingham.

15 » » Al sig. Alvaro Baeza-Yavar, capo della Sezione Diplomatica, del Protocollo e Cerimoniale al Ministero degli Esteri in Baviera.

19 » » Al sig. Maurizio Schneemann, della diocesi di Münster.

// Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 luglio 1917. Al sig. Cristiano Jordan, segretario di legazione, addetto al Ministero degli Esteri in Germania.

21 » » Al sig. Emilio Arri, della diocesi di Santander.

23 » » Al sig. dott. Carlo Giuseppe Reginaldo 0'Reilly, dell'archidiocesi di Westminster.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

2 aprile 1917. Al sig. avv. Pier Umberto Giaj-Levra, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

ê luglio 1917. Al sig. Benedetto Baroli, della diocesi di Novara.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Riha Mona. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

5 luglio 1917. Mons. Maurizio Lartigue, della diocesi di La Rochelle.
» » » Mons. Gabriele Jeandeau, della medesima diocesi.
» » » Mons. Alessio Meneau, della medesima diocesi.
» y- » Mons. Eugenio Cloutour, della medesima diocesi.
» » » Mons. Alberto Levarne.
19 » » Mons. Adriano Giovanni Holiërhoek, della diocesi di Harlem

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

19 gennaio 1917. Il sig. Mariano Sobolewski, dell'archidiocesi di Leopoli.

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S.:

2 luglio 1917. Mons. Agostino Hoeller, dell'archidiocesi di Colonia.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

19 gennaio 1917. Mons. Michele Mudri, della diocesi di Crisio.
» » » Mons. Giovanni Simrak, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

21 giugno 1917. Mons. Giacomo Browne, vescovo di Ferns (Irlanda).
1 luglio » Mons. Giovanni Mangan, vescovo di Kerry (Irlanda).
2 » » Mons. Giuseppe Giustiniani, arcivescovo di Sorrento.
8 » » Mons. Gioacchino Giuseppe Vieira, arcivescovo tit. di Cirro.
» » » Mons. Antonio Maria Duran, vesc. di Guayana (Venezuela).
» » » Mons. Teodoro Messajeh, vescovo di rito caldeo, della diocesi di Kerkuk nel Kurdistan.
10 » » Mons. Arsenio del Campo y Monasterio, dei Romitani di S. Agostino, vescovo titolare di Epifania.
28 » » Mons. Pasquale Trosksi, vescovo tit. di Nacolea.

Annus IX - Yol. IX Die 1 Septembris 1917 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

QUARTO INEUNTE BELLORUM ANNO, NOVA PONTIFICIS SUMMI AD MODERATORES POPULORUM BELLIGERANTIUM ADHORTATIO, QUA CERTAE QUAEDAM CONSIDERATIONES SUGGERUNTUR, COMPONENDIS DISCIDIIS ET PACI RESTITUENDAS IDONEAE.

AUX CHEFS DES PEUPLES BELLIGÉRANTES.

Dès le début de Notre Pontificat, au milieu des horreurs de la terrible guerre déchaînée sur l'Europe, Nous Nous sommes proposé trois choses entre toutes : garder une parfaite impartialité à l'égard de tous les belligérants, comme il convient à Celui qui est le Père commun et qui aime tous ses enfants d'une égale affection; Nous efforcer continuellement de faire à tous le plus de bien possible, et cela sans acception de personnes, sans distinction de nationalité ou de religion, ainsi que Nous le dicte aussi bien la loi universelle de la charité que la suprême charge spirituelle à Nous confiée par le Christ; enfin, comme le requiert également notre mission pacificatrice', ne rien omettre, autant qu'il était en Notre pouvoir, de ce qui pourrait contribuer à hâter la fin de cette calamité, en essayant d'amener les peuples et leurs chefs à des résolutions plus modérées, aux délibérations sereines de la paix, d'une paix « juste et durable ».

Quiconque a suivi Notre œuvre pendant ces trois douloureuses années, qui viennent de s'écouler, a pu facilement reconnaître, que, si Nous sommes restés toujours fidèles à Notre résolution d'absolue impartialité et à notre action de bienfaisance, Nous n'avons pas cessé non plus d'exhorter peuples et Gouvernements belligérants à redevenir frères, bien que la publicité n'ait pas été donnée à tout ce que Nous avons fait pour atteindre ce très noble but.

Vers la fin de la première année de guerre, Nous adressions -aux nations en lutte les plus vives exhortations, et de plus Nous indiquions la voie à suivre pour arriver à une paix stable et honorable pour tous. Malheureusement Notre appel ne fut pas entendu; et la guerre s'est poursuivie, acharnée, pendant deux années encore, avec toutes ses horreurs; elle devint même plus cruelle et s'étendit sur terre, sur mer, jusque dans les airs; et l'on vit s'abattre sur des cités sans défense, sur de tranquilles villages, sur leurs populations innocentes, la désolation et la mort. Et maintenant personne ne peut imaginer combien se multiplieraient et s'aggraveraient les souffrances de tous, si d'autres mois, ou, pis encore, si d'autres années venaient s'ajouter à ce sanglant triennat. Le monde civilisé devra-t-il donc n'être plus qu'un champ de mort ? Et l'Europe, si glorieuse et si florissante, va-t-ellei donc, comme entraînée par une folie universelle, courir à l'abîme et prêter la main à son propre suicide?

Dans une situation si angoissante, en présence d'une menace aussi grave, Nous qui n'avons aucune visée politique particulière, qui n'écoutons les suggestions ou les intérêts d'aucune des parties belligérantes, mais uniquement poussés par le sentiment de notre devoir suprême de Père commun des fidèles, par les sollicitations des Nos enfants qui implorent Notre intervention et Notre parole pacificatrice, par la voix même de l'humanité et de la raison, Nous jetons de nouveau un cri de paix et Nous renouvelons un pressant appel à ceux qui tiennent en leurs mains les destinées des nations. Mais pour ne plus Nous renfermer dans des termes généraux, comme les circonstances Nous l'avaient conseillé par le passé, Nous voulons maintenant descendre à des, propositions plus concrètes et pratiques, et inviter les Gouvernements des peuples belligérants à se mettre d'accord sur les points suivants, qui semblent devoir être les bases d'une paix juste et durable, leur laissant le soin de les préciser et de les compléter.

Tout d'abord le point fondamental doit être, qu'à la force matérielle des armes soit substituée la force morale du droit; d'où un juste accord de tous pour la diminution simultanée et réciproque des armements, selon des règles et des garanties à établir, dans la mesure nécessaire et suffisante au maintien de l'ordre public en chaque Etat; puis, en substitution des armées, l'institution de l'arbitrage, avec sa haute fonction pacificatrice,

selon des normes à concerter et des sanctions à déterminer contre l'Etat qui refuserait soit de soumettre les questions internationales à l'arbitrage soit d'en accepter les décisions.

Une fois la suprématie du droit ainsi établie, que l'on enlève tout obstacle aux voies de communication des peuples, en assurant, par des règles à fixer également, la vraie liberté et communauté ctes mers, ce qui, d'un© part, éliminerait de multiples causes > de conflit, et, d'autre part, ouvrirait à tous de nouvelles sources de prospérité et de progrès.

Quant aux dommages à réparer et aux frais de guerre, Nous ne voyons d'autre moyen de résoudre la question, qu'en posant, comme principe général, une cond'onation entière et réciproque, justifiée du reste par les bienfaits immenses à retirer du désarmement; d'autant plus qu'on ne comprendrait pas la continuation d'un pareil carnage uniquement pour des raisons d'ordre économique. Si, pour certains cas, il existe, à rencontre, des raisons particulières, qu'on les pèse avec justice et équité.

Mais ces accords pacifiques, avjec les immenses avantages qui en découlent, ne sont pas possibles sans la restitution réciproque des territoires actuellement occupés. Par conséquent, du côté de l'Allemagne, évacuation totale de la Belgique, avec garantie de sa pleine indépendance politique, militaire et économique, vis-à-vis de n'importe quelle Puissance ; évacuation également du territoire français ; du côté des autres parties belligérantes, semblable restitution des colonies allemandes.

Pour ce qui regarde les questions territoriales, comme par exemple celles qui sont débattues entre, l'Italie et l'Autriche, entre l'Allemagne et la France, il y a lieu d'espérer qu'en considération des avantages immenses d'une paix durable avec désarmement, les parties en conflit voudront les examiner avec des dispositions conciliantes, tenant compte, dans la mesure du juste et du possible, ainsi que Nous l'avons dit autrefois, des aspirations des peuples, et à l'occasion coordonnant les intérêts particuliers au bien général de la grande société humaine.

Le même esprit d'équité et de justice devra diriger l'examen des autres questions territoriales et politiques, et notamment celles relatives à l'Arménie, aux Etats Balcaniques et aux terri-

toires faisant partie de l'ancien royaume de Pologne, auquel en particulier ses nobles traditions historiques et les souffrances endurées, spécialement pendant la guerre actuelle, doivent justement concilier les sympathies des nations.

Telles sont les principales bases sur lesquelles Nous croyons que doive s'appuyer la future réorganisation des peuples. Elles sont de nature à rendre impossible le retour de semblables conflits et à préparer la solution de la question économique, si importante pour l'avenir et le bien-être matériel de tous les Etats belligérants. Aussi, en Vous les présentant, à Vous quii dirigez à cette heure tragique les destinées des nations belligérantes, Nous sommes animés d'une douce espérance, celle de les voir acceptées et de voir ainsi se terminer au plus tôt la lutte terrible, qui apparaît de plus en plus comme un massacre inutile. Tout le monde reconnaît d'autre part, que, d'un côté comme de l'autre, l'honneur des armes est sauf. Prêtez donc l'oreille à Notre prière, accueillez l'invitation paternelle, que Nous Vous adressons au nom du divin Rédempteur, Prince de la Paix. Réfléchissez à votre très grave responsabilité devant Dieu et devant les hommes; de vos résolutions dépendent le repos et la joie d'innombrables familles, la vie de milliers de jeunes gens, la félicité en un mot des peuples, auxquels Vous avez le devoir absolu d'en pro- * curer le bienfait. Que le Seigneur Vous inspire des décisions conformes à sa très sainte volonté. Fasse le Ciel, qu'en méritant les applaudissements de vos contemporains, Vous vous assuriez aussi, auprès des générations futures, le beau nom de pacificateurs.

Pour Nous, étroitement unis dans la prière et dans la pénitence à toutes les âmes fidèles qui soupirent après la paix, Nous implorons pour Vous du Divin Esprit lumière et conseil.

Du Vatican, 1er Août 1917.

BENEDICTUS PP. XV

(Versio italico)

AI CAPI DEI POPOLI BELLIGERANTI.

Fino dagli inizi del Nostro Pontificato, fra gii orrori della terribile bufera che si era abbattuta sull'Europa, tre cose sopra le altre Noi ci proponemmo: una perfetta imparzialità verso tutti i belligeranti, quale si conviene a chi è Padre comune e tutti ama con pari affetto i suoi figli; uno sforzo continuo di fare a tutti il maggior bene che da Noi si potesse, e ciò senza accettazione di persone, senza distinzione di nazio^ aalità o di religione, come Ci detta e la legge universale della carità e il supremo ufficio spirituale a Noi affidato da Cristo; infine la cura assidua, richiesta del pari dalla Nostra missione pacificatrice, di nulla omettere, per quanto era in poter Nostro, che giovasse ad affrettare la fine di questa calamità, inducendo i popoli e i loro Capi a più miti consigli, alle serene deliberazioni della pace, di una « pace giusta e duratura >.

Chi ha seguito l'opera Nostra per tutto il doloroso triennio che ora si chiude, ha potuto riconoscere che come Noi fummo sempre fedeli al proposito di assoluta imparzialità e di beneficenza, così non cessammo dall'esortare e popoli e Governi belligeranti a tornare fratelli, quantunque non sempre sia stato reso pubblico ciò che Noi facemmo a questo nobilissimo intento.

Sul tramontare del primo anno di guerra Noi, rivolgendo ad Essi le più vive esortazioni, indicammo anche la via da seguire per giungere ad una pace stabile e dignitosa per tutti. Purtroppo, l'appello Nostro non fu ascoltato: la guerra proseguì accanita per altri due anni con tutti i suoi orrori: si inasprì e si estese anzi per terra, per mare, e perfino nell'aria; donde sulle città inermi, sui quieti villaggi, sui loro abitatori innocenti scesero la desolazione e la morte. Ed ora nessuno può immaginare quanto si moltiplicherebbero e quanto si aggraverebbero i comuni mali, se altri mesi ancora, o peggio se altri anni si aggiungessero al triennio sanguinoso. Il mondo civile dovrà dunque ridursi a un campo di morte? E T Europa, così gloriosa e fiorente, correrà, quasi travolta da una follìa universale, all'abisso, incontro ad un vero e proprio suicidio?

In sì angoscioso stato di cose, dinanzi a così grave minaccia, Noi, non per mire politiche particolari, nè per suggerimento od interesse di alcuna delle parti belligeranti, ma mossi unicamente dalla coscienza del supremo dovere di Padre comune dei fedeli, dal sospiro dei figli che

invocano Topera Nostra e la Nostra parola pacificatrice, dalla voce stessa dell'umanità e della ragione, alziamo nuovamente il grido di pace, e rinnoviamo un caldo appello a chi tiene in mano le sorti delle Nazioni. Ma per non contenerci sulle generali, come le circostanze ci suggerirono in passato, vogliamo ora discendere a proposte più concrete e pratiche ed invitare i Governi dei popoli belligeranti ad accordarsi sopra i seguenti punti, che sembrano dover essere i capisaldi di una pace giusta e duratura, lasciando ai medesimi Governanti di precisarli e completarli.

E primieramente, il punto fondamentale deve essere che sottentri alla forza materiale delle armi la forza morale del diritto. Quindi un giusto accordo di tutti nella diminuzione simultanea e reciproca degli armaménti secondo norme e garanzie da stabilire, nella misura necessaria e sufficiente ai mantenimento dell'ordine pubblico nei singoli Stati; e, in sostituzione delle armi, l'istituto dell'arbitrato con la sua alta funzione pacificatrice, secondo le norme da concertare e la sanzione da convenire contro lo Stato che ricusasse o di sottoporre le questioni internazionali all'arbitro o di accettarne la decisione.

Stabilito così l'impero del diritto, si tolga ogni ostacolo alle vie di comunicazione dei popoli con la vera libertà e comunanza dei mari: il che, mentre eliminerebbe molteplici cause di conflitto, aprirebbe a tutti nuove fonti di prosperità e di progresso.

Quanto ai danni e spese di guerra, non scorgiamo altro scampo che nella norma generale di una intera e reciproca condonazione, giustificata del resto dai beneficii immensi del disarmo; tanto più che non si comprenderebbe la continuazione di tanta carneficina unicamente per ragioni di ordine economico. Che se in qualche caso vi si oppongano ragioni particolari, queste si ponderino con giustizia ed equità.

Ma questi accordi pacifici, con gli immensi vantaggi che ne derivano, non sono possibili senza la reciproca restituzione" dei territori attualmente occupati. Quindi da parte della Germania evacuazione totale sia del Belgio, con la garanzia della sua piena indipendenza politica, militare ed economica di fronte a qualsiasi Potenza, sia del territorio francese: dalla parte avversaria pari restituzione delle colonie tedesche.

Per ciò che riguarda le questioni territoriali, come quelle ad esempio che si agitano fra l'Italia e l'Austria, fra la Germania e la Francia, giova sperare che, di fronte ai vantaggi immensi di una pace duratura

con disarmo, le Parti contendenti vorranno esaminarle con spirito conciliante, tenendo conto, nella misura del giusto e del possibile, come abbiamo detto altre volte, delle aspirazioni dei popoli, e coordinando, ove occorra, i propri interessi a quelli comuni del grande consorzio umano.

Lo stesso spirito di equità e di giustizia dovrà dirigere l'esame di tutte le altre questioni territoriali e politiche, nominatamente quelle relative all'assetto dell'Armenia, degli Stati Balcanici e dei paesi formanti parte dell'antico Regno di Polonia, al quale in particolare le sue nobili tradizioni storiche e le sofferenze sopportate, specialmente durante l'attuale guerra, debbono giustamente conciliare le simpatie delle nazioni.

Sono queste le precipue basi sulle quali crediamo debba posare il futuro assetto dei popoli. Esse sono tali da rendere impossibile il ripetersi di simili conflitti e preparano la soluzione della questione economica, così importante per l'avvenire e pel benessere materiale di tutti gli stati belligeranti. Nel presentarle pertanto a Voi, che reggete in questa tragica ora le sorti dei popoli belligeranti, siamo animati dalla cara e soave speranza di vederle accettate e di giungere così quanto prima alla cessazione di questa lotta tremenda, la quale, ogni giorno più, apparisce inutile strage. Tutti riconoscono, d'altra parte, che è salvo, nell'uno e nell'altro campo, l'onore delle armi; ascoltate dunque là Nostra preghiera, accogliete l'invito paterno che vi rivolgiamo in nome del Redentore divino, Principe della pace. Riflettete alla vostra gravissima responsabilità dinanzi a Dio e dinanzi agli uomini; dalle vostre risoluzioni dipendono la quiete e la gioia di innumerevoli famiglie, la vita di migliaia di giovani, la felicità stessa dei popoli, che Voi avete l'assoluto dovere di procurare. Vi inspiri il Signore decisioni conformi alla Sua santissima volontà, e faccia che Voi, meritandovi il plauso dell'età presente, vi assicuriate altresì presso le venture generazioni il nome di pacificatori.

Noi intanto, fervidamente unendoci nella preghiera e nella penitenza con tutte le anime fedeli che sospirano la pace, vi imploriamo dal Divino Spirito lume e consiglio.

Dal Vaticano, I° Agosto 1917.

BENEDICTUS PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VISITANTIBUS, CERTIS DIEBUS, ECCLESIAM PAROCHIALEM S. VINCENTII A PAULO IN CIVITATE NANCEYENSI INDULGENTIA PLENARIA IN PERPETUUM CONCEDITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad augendam fidelium religionem animarumque salutem procurandam caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis ac S. Communione refectis, qui Ecclesiam parochialem S. Vincentii a Paulo Civitatis ac Dioecesis Nanceyensis, die festo S. Vincentii a Paulo vel Dominica immediate sequenti singulis annis, a medietate diei praecedentis ad mediam usque noctem ipsius festi diei, devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die id praestiterint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse, misericorditer in Domino concedimus et largimur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die x iulii MCMXVII, **Pontificatus Nostri anno tertio.**

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

ERIGITUR NOVA DIOECESIS DE WAGGA-WAGGA IN AUSTRALIA

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Ut, aucto Pastorum numero, potiore studio dominici gregis custodiae provideretur, id iugiter vigili diligentia Romani Pontifices Nostri Decessores, pro supremi apostolatus munere sibi divinitus commisso, praestare maturarunt. Iamvero cum in Concilio plenario Australiano tertio Venerabiles Fratres Australiae Praesules de nova erigenda dioecesi in Statu Novae Galles Meridionalis

consilium iniverint, atque occasione arrepta novae finium delimitationis pro diocesi Wilcanniensi proponendae, hanc novae dioecesis erectionem iterum examini subiecerint, praeside atque auspice Venerabili Fratre Bonaventura Gerretti in Australasia Apostolico Delegato, Nos collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, post maturum examen, hanc Australiae Praesulum, propositionem probandam ac suprema auctoritate Nostra sanciendam existimavimus. Quare, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, e dioecesi Goulbournensi, annuente illius dioecesis Episcopo, quindecim districtus paroeciales separamus sive dismembramus. Horum nomina sunt *Wagga-Wagga, lume, Goolamon, Ganmain, Narrandera, Leeton, Jerilderie, Berrigan, Lockhart, Tirana, Henty, Balldale, Gorowa, Albury* et *Germanton.* Ex his districtibus paroecialibus, sic separatis, volumus ut constet nova dioecesis, cui *Wagga-Wagga* nomen facimus; pariterque statuimus, ut locus residentiae Episcopi in civitate *Wagga-Wagga* ligatur. Haec autem praecipimus, decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane fieri si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis Constitutionibus ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXVIII iulii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

DUODECIM DISTRICTUS PAROECIALES AB ARCHIDIOECESI SYDNEYENSI DEFUNGUNTUR ET DIOECESI GOULBOURNENSI ADIICIUNTUR. *

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam.— Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus, Nos admonet supremi apostolatus munus, quo in terris, licet

immeriti, fungimur. Iamvero, cum per novae Dioecesis de *Wagga-Wagga* in Australia erectionem, plures amiserit Paroeciales districtus Dioecesis Goulbournensis, Sydneyensis autem archidioeceseos territorium nimis extensum videatur, opportunum visum est consilium, ex voto nonnullorum Australiae Praesulum, atque inspecta propositione a Venerabili Fratre Bonaventura Gerretti in Australasia Apostolico Delegato exhibita, duodecim Paroeciales districtus a territorio archidioecesis Sydneyensis separare, eosque vicissim Goulbournensis dioecesis territorio adnectere. Nos autem, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, inspectis aequis adductis rationibus, propositum consilium in omnibus approbantes, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, assentiente explicite Sydneyensi Archiepiscopo, e territorio ipsius archidioecesis duodecim districtus Paroeciales, quorum nomina sunt *Milton, Braidwood, Araluen, Moruya, Cobargo, Bega, Pambula, Bombala, Cooma, Michelego, Queanbeyan* et *Bungendore,* separamus sive dismembramus, eosque territorio dioecesis Goulbournensis, eadem auctoritate Nostra, adnectimus, adnexosque declaramus. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane fieri si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis Constitutionibus et sanctionibus, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXVIII iulii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

DECERNITUR WILCANNIENSEM DIOECESIM, ADDITIS SEX DISTRICTIBUS PAROECIALIBUS A DIOECESI BATHURSTENSI DISIUNCTIS, NOMEN POSTHAC ASSUMERE WILCANNIA-FORBES, EIUSQUE EPISCOPUM RESIDERE ALTERNIS IN CIVITATE BROKEN-HILL ET IN CIVITATE FORBES PER SEX ANNI MENSES.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum ex Apostolico munere, quo fungimur, Ecclesiarum omnium cura Nobis commissa sit, quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, et quae felici illarum statui idonea magis atque opportuna videantur, sollicito ac paterno studio praestare satagimus. Iamvero cum Wilcanniensis dioecesis in Australia iam ab anno 1887 canonice erecta atque apostolicis curis bo. me. ioannis Dunne concredita, nunc desideratissimo Pastore suo, qui pie obiit die xxv mensis decembris elapsi anni, viduata manserit; et cum, ipso Episcopo Dunne dum in vivis esset testante, experientia docuerit, territorium supradictae dioeceseos ita esse dispositum, ut perdifficilem animarum curam Missionariis redderet, nonnullis Australiae Praesulibus, auctore et auspice Venerabili Fratre Bonaventura Cerretti in Australasia Apostolico Delegato, visum est perutile consilium novam supradictae Dioecesis finium delimitationem Sanctae huic Sedi proponere. Nos autem, omnibus rei momentis mature examinatis ac perpensis cum V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, propositionem hanc Australiae Praesulum ultro probandam existimavimus. Quae cum ita sint, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, annuente Episcopo Bathurstensi, e territorio illius dioeceseos sex Paroeciales districtus separamus atque dismembramus. Hos sex districtus, qui appellantur *Fortes, Condobolin, Parkes, Peak Hill, Narromine* et *Warren,* a dioecesi Bathurstensi sic disiunctos, Wilcanniensis dioecesis territorio adiungimus. Volumus insuper ut eadem dioecesis, supradictis aucta districtibus, nomen sumat dioeceseos *Wilcannia-Forbes;* praecipimusque ut Episcopus residentiam duplicem habeat, alteram in loco veteris residentiae, nempe in civitate *Bröken-Hill,* alteram vero in civitate *Fortes,* et ad commune spirituale bonum Dioeceseos, sex mensibus in *Bröken-Hill,* sex vero mensibus in *Forbes* quotannis commorari teneatur. Haec statuimus, decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces

semper extare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane fieri si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis Constitutionibus et sanctionibus ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxviii iulii MCMxvir, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, a *Secretis Status.*

EPISTOLA

AD RMUM D. IACOBUM OGIER, SACERDOTALIS FOEDERIS « PRO PONTIFICE ET ECCLESIA » MODERATOREM GENERALEM: PRO OBLATA PETRIANA STIPE GRATIAS AGENS, DE PIA SODALITATE ADAUCTA LATIUSQUE PROPAGATA GRATULATUR.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — In maximis sollicitudinibus quae e Summi Pontificatus munere seiungi nequeunt, his praesertim calamitosissimis tempestatibus, haud mediocre solatii argumentum Nobis praebet arcta fidelium cum Apostolica Sede coniunctio. Quum vero ad hanc coniunctionem conservandam augendamque illa potissimum spectet Sacerdotum consociatio quae a Pontifice et ab Ecclesia nomen habuit, esse non potest quin eandem Sodalitatem patria caritate prosequamur. Neque hoc immerito; nobilissima enim sacerdotalis societas, ut libenter ex iis etiam comperimus quae viva voce nuper retulisti, opitulante Deo et operam conferente dilecto filio nostro Cardinali Billot, quo ipsa patrono utitur, uberes usque adhuc fructus tulit, suo ipsius proposito penitus consentaneos, quod in amore Vicarii Iesu Christi fovendo, in Ecclesiae veneratione provehenda, in utriusque iuribus tuendis continetur. Quae igitur tibi coram patefecimus, his confirmare litteris exoptamus, magna scilicet Nos voluptate adfectos fuisse cum per te noverimus ex hoc immani bello nullum Sodalitati, quam ipse moderaris, partum esse detrimentum, quin adeo eandem e sacro ordine in laicum coetum pertinuisse. Is enim, ut ipse referebas, belli fluctibus hinc inde

iactatus ac paene absorptus, ad Petri Solium, tamquam ad ancoram spei et ad portum salutis, confugere studuit, ex eodem uno confisus tranquillitatem, ordinem, pacem populis ac gentibus tanta et tam diuturna perturbatione commotis cruciatisque, esse profectum. Sed aliud, idque non exiguum, argumentum Nobis oblatum est de studio et alacritate quibus pia ista consociatio propositum suum omnibus viribus consectari enititur, conspicuam dicimus petrianam stipem ad sublevandas Apostolicae Sedis necessitates corrogatam et per te Nobis reverenter traditam. Quod quidem venerationis et obsequii testimonium ea qua par est benevolentia complexi sumus, tibique ceterisque oblatoribus debitas gratias reddimus, simulque laetamur nobilem hanc caritatis pietatisque aemulationem non in Galliae tantummodo verum etiam in Italiae aliarumque nationum civitatibus, eiusdem bene meriti foederis navitate ac studio excitatam brevi adolevisse. Hoc, ut Deus fortunare numquam desinat enixe adprecamur, ac vota suscipimus ut per providum institutum christianus spiritus inter fideles reflorescere et magis magisque in dies succrescere possit. Iam vero cum participes Ipsi esse cupiamus explicationis huius sodalitatis, id patefacere non dubitamus, pergratum Nobis fore si omnes qui una tecum foederi praesunt vel eidem velificari contendunt, argumentum hoc anno evolvendum et fidelibus inculcandum ex ipso consociationis nomine deprompserint. Perspicuum autem est nomen istud nihil aliud significare quam pro Pontifice et pro Ecclesia sodalitatem conditam fuisse. Quaenam vero necessitudinis ratio inter Pontificem et fideles, quaenam inter fideles et Ecclesiam nisi *Patris* et *filiorum*, nisi *filiorum* et *Matris* intercedit? Quae cum ita sint, omnes qui societati nomen dederunt vel daturi sunt, rationem istam necessitudinis prae oculis semper habeant neque aliter se gerant in Pontificem et Ecclesiam quam *filii* in *patrem* et *matrem* se gerere solent, videlicet obsequium et venerationem Eisdem fideliter constanterque exhibeant atque, id quod est potissimum, quaecumque Romanus Pontifex, quod est caput Ecclesiae, tradiderit vel traditurus sit, stabili iudicio comprehensa teneant ac palam, quoties res postulaverit, profiteantur. Haec omnia ut prospere fiant, a Deo, supernorum luminum largitore, enixe adprecamur et caelestium auxiliorum auspicem Nostraeque caritatis testem, tibi, dilecte fili, universoque coetui cui praees, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xii maii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

Feria IV, die 18 iulii 1917

In Generali Consessu Supremae huius Congregationis Sancti Officii Eminentissimi ac Reverendissimi DD. Cardinales in rebus fidei ac morum Inquisitores Generales damnarunt ac proscripserunt' opus typis lithographicis exaratum, cui titulus:

R. Università degli Studi di Roma. Professore ERNESTO BONAIÜTI, *Storia del Cristianesimo.* Lezioni raccolte e compilate dal Dott. Alessandro Gaddi. Anno Accademico 1916-1917, Roma, Libreria Editrice Castellani, Via Sapienza, n. 68.

Et insequenti feria v, die 19 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. D. Benedictus Div. Prov. Papa XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, relatam Sibi Eminentissimorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit ac publicari iussit.

Datum Romae in Aedibus S. Officii, die 1 augusti 1917.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

J

PROVISIO ECCLESIARUM

S. C. Consistorialis decretis, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

27 iulii 1917. — Episcopali ecclesiae Tirasonensi praefecit R. P. D. Isidorum Badia y Sarradell, hactenus episcopum titularem Ascalonitanum.

4 augusti. — Titulari episcopali ecclesiae Tricalensi praefecit R. P. D. Natalem Serafino, hactenus episcopum Clavarensem.

24 augusti. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Oxyrynchii R. P. D. Ioannem Mae Intyre, deputatum in Auxiliarem Rmi Episcopi Birmingamiensis.

— Titulari episcopali ecclesiae Adrianopolitanae R. D. Dionysium Matthaeum Lowney, deputatum in Auxiliarem Rmi Episcopi Providentiensis.

II

NOMINATIONES

Decretis S. C. Consistorialis nominati sunt:

10 augusti 1917. — R. P. D. Eugenius Tosi, episcopus Andriensis, *Administrator apostolicus cathedralis ecclesiae Squillacensis.*

18 augusti. — R. P. D. Andreas Carón, archiepiscopus titularis Calcedonen., *Administrator apostolicus cathedralium Ecclesiarum Cornetanae et Centumcellarum.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FEDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

27 iulii 1917. — *Vicarius Apostolicus Sinus S. Laurentii in regione Canadensi,* R. P. Patritius Ghiasson, e Congregatione Iesu et Mariae (Eudistarum).

30 iulii— *Coadiutor cum iure successionis Vicarii Apostolici Ce<-li meridionalis,* R. P. Henricus Lécroart, e Societate Iesu.

31 iulii. — *Archiepiscopus Cherchensis Chaldaeorum,* Rmus D. Stephanus Djibri, iam archiepiscopus tit. Nisibensis.

SACKA CONGREGATIO RITUUM

I

MEDIOLANEN, ET TROIANEN.

DECRETUM INTRODUCTIONIS CAUSAE BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI P. F. LUDOVICI MARIAE CALCO, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS PRAEDICATORUM.

Mediolani, e nobili et vetusta Calcorum familia, die 26 decembris an. 1669, quintus ex natis senatoris Sigismundi et Franciscae Custode in lucem editus statimque in parochiali ecclesia S. Stephani ad Nossigiam sacro baptismate regeneratus est Ludovicus Maria Calco. Ab infantia, piorum parentum cura, virtutis germina excolere coepit. Modestia, pietas, obedientia atque optima indoles eius animi candorem ostendebat, qui pulchrior elucebat ex consuetudine et caritate in pauperes, quibus iuvandis suam industriam et largitatem, quantum poterat, adhibebat. Vix decimum aetatis annum attigit, consilium quod antea con-

ceperat valedicendi mundo, perficere aggressus est. Nactus enim occasionem sibi suisque votis propitiam, domo et patria relictis, Modoetiam petiit et ad coenobium S. Dominici pergens, ab illius praeside suppliciter efflagitavit admissionem in Ordinem religiosum. Praesul, de statu postulantis eiusque familia edoctus, una cum patribus qui aderant, praematuram consilium admiratur, religiosaeque vocationis primitias collaudai; quia tamen leges Ordinis tyrones in ea aetate recipere prohibebant, praesertim insciis invitisque parentibus, Ludovicum Mariam comiter dimittit. Hic, in patriam reversus, propositum suum austero vitae genere et more religiosorum continuo fovit firmiterque tenuit, donec, anno 1684, iam adolescens quindecim annorum, voti compos factus, coenobium dominicanum S. Mariae a Gratiis ingreditur die 24 iunii. Garessum, in pedemontana regione, missus, ibi, tyrocinio rite peracto, anno subsequenti, die 15 octobris, in festo S. Teresiae, seraphicae Garmeli Virginis, quam inter praecipuos suos patronos tunc eligit, religiosum S. Dominici habitum induit, retento nomine in baptismo indito Ludovico Maria. Inde philosophicis ac theologicis studiis addictus, in iis adeo profecit, ut publicum de omni re theologica specimen dederit coram doctis viris cum plausu et admiratione adstantium. Altius tamen in studiorum cursu et labore mentem viresque direxit. Deum enim scientiarum, qui docet hominem scientiam, ante oculos semper habuit, nec quidquam de orandi consuetudine, vivendi austeritate et regularum observantia relaxavit. Hanc religiosae vitae rationem in sodalium aliorumque utilitatem non solum moribus expressit, sed etiam scripto tradidit. Unde superiores Ludovicum Mariam ad coenobia, tunc perfectioris observantiae aestimata, miserunt et prius ad Alexandrinum a Sancta Cruce, dein ad Ravennatense, demum ad Romanum a Sancta Sabina, in quo ipse praefatum doctrinae experimentum fecit et ad sacrum presbyteratus ordinem evectus est. Mox, praesidum iussu, Alexandriae per annum philosophiam docuit et Ferrariae per quadriennium theologiam: qua in civitate simul tyronum magister, in ecclesia et ad moniales confessarius, in pauperes et egenos a largitionibus, ipsique Episcopo Ioanni in dioecesis negotiis gerendis adiutor extitit; eaque munia sibi concredita recte gessit. Theologiae magisterium an. 1701 prosequutus est Caesenae cum eadem animi contentione eodemque discipulorum profectu; et ad fidei morumque integritatem tuendam et vindicandam frequentes ad populum sermones habuisse, uberesque percepisse fructus perhibetur. Anno 1703, Caesenatensi coenobio regendo praepositus, intra et extra claustra, pretiosam ministerii sui operam, approbante Episcopo, impendit; sacris quoque expeditio-

nibus ad Lauretanam et Gingulanam dioeceses peractis. Neque silendum est de peculiari studio quo Dei famulus in asceteriis monialium et sororum utebatur, ut ipsae in perfecta vita communi de virtute in virtutem continuo proficerent. Expleto suae praepositurae tempore, a Vicario Generali Ordinis in coenobiorum convisitatorem eligitur. Deinceps Mediolanum adit, ubi in coenobio S. Mariae a Gratiis et in altero a S. Rosa nuncupato officium praedicationis peculiariter adimplet. Episcoporum auctoritate et consiliis fultus, alias Italiae urbes percurrit, nominatim Neritum, Pisaurum, Neapolim, ubi ad vitae communis consuetudinem sequendam clerum vehementer hortatur multosque ex eo suaviter attrahit. Romam profectus Dei famulus et a Summo Pontifice Clemente XI humanissime exceptus, quum de vita communi in clero propaganda referret, Pontifex eiusmodi consilium, laude dignum, sua auctoritate probavit et apostolica benedictione prosequutus est. Quum urbs Troia in regno neapolitano ad rem idonea visa fuerit, Ludovicus Maria illam petiit et, favente Episcopo Aemilio Cavalieri, plures e clero et seminarii alumnis ad vitae communis institutum congregavit, ferventi habita oratione, ut ipsi in sancto proposito persistèrent. Dei operarius, dum huius quoque messis manipulos cum exsultatione ferebat, lethali morbo afflictus, eoque ingravescente, sacramentis Ecclesiae devotissime susceptis, obdormivit in Domino, vix quadragenarius, die 20 augusti 1709; sepultusque est in templo S. Hieronymi eiusdem civitatis. Interim sanctimoniae opinio, quam Dei famulus sibi in vita acquisierat, post obitum ita in dies usque in praesens inclaruit, ut ad inquisitiones informativas super ea conficiendas deventum sit. Quibus expletis et Romam ad sacram Rituum Congregationem transmissis, quum, ad normam iuris, nihil obstet quominus ad ulteriora procedi possit, instante Rmo P. Ludovico J. Panfani, Ordinis Praedicatorum postulatore generali, supplicia etiam universae dominicanae familiae vota depromente, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiescoporum et Episcoporum, nec non Capitulorum, Ordinum et Congregationum religiosarum atque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, loco et vice Emi ac Rmi Domini Cardinalis Victorii A. Ranuzzi De Bianchi, Causae Ponentis seu Relatoris, in Ordinario sacrorum rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas aejles coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in cçtsu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres, post relationem ipsius infrascripti Cardinalis Pro-Ponentis, audito R. P. D. Angelo Mariam Fidei

Promotore, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 7 augusti 1917.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Servi Dei P. Fr. Ludovici Mariae Calco, sacerdotis professi Ordinis Praedicatorum, die 8, eisdem mense et anno.

ANTONIUS CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Ruf.,
S. R. G. Pro-Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

BONAËREN.

DECRETUM DE INTRODUCENDA CAUSA BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE ANTONIA E A S. IOSEPHO DE PAZ Y FIGUEROA.

In oppido *S. Iacopo de l'Estero,* intra fines Saltensis dioecesis, in Republica Argentina, anno 1730, e nobili familia de Paz y Figueroa orta est ancilla Dei Maria Antonia a Sancto Iosepho. Hic peregrinus flos in sterili solo ut virens palma inter arbuscula succrescebat, corporis venustati animi pulchritudine adiuncta. De vitae initiis pauca noscuntur, tamen compertum est Mariam Antoniam puerilibus ludis solitudinem et orationem praetulisse, et proximos, pauperes praesertim et afflictos, simplicitatis et caritatis sensu et opere sublevasse. Quindecim aetatis annos agens, Deo se devovit, eodemque fere tempore in quadam congregatione selectas puellas collegit, quae absque certa regula, generis nomine demisse, in christianis virtutibus et evangelicis consiliis divino servitio se mancipare nt. Opus incoeptum dum prospere invalesceret, extemplo tristissimus obtigit eventus. Nam sodales Societatis Iesu, qui multo labore diuturnoque tempore illas regiones, sicut ceteras hispani regni colonias in Asia, Africa et America, evangelizaverant, die 5 iulii an. 1767 proscripti fuere cum magno civilitatis et fidei catholicae detrimento. Atta*

men omnipotens et misericors Deus, « qui infirma mundi eligit, ut fortia « quaeque confundat », paterna providentia suscitavit e foemineo sexu Mariam Antoniam. Ipsa, sancti Ignatii a Lojola documentis instructa, eiusque alumnorum spiritualis filia et discipula, quasi altera Ruth spicas in agro remanentes, super messorum vestigia, collegit, electumque cibum bonorum operum religioni ac patriae paravit atque porrexit. Divino enim instinctu impulsa, ut tantae iacturae ob prescriptionem Patrum Societatis Iesu inlatae succurreret, eorum opus collectis viribus, Dei auxilio suffultis, instaurare sibi proposuit. Ad huiusmodi consilium exsequendum, assentiente suae conscientiae moderatore et approbante Episcopo una cum Gubernatore civili, ab iis obtinuit non solum facultates necessarias et opportunas, sed etiam amplissimas litteras commendatitias, ut etiam ecclesiastici et civiles moderatores in piam operam favorem, tutelam et praesidium impenderent. Hinc Dei famula in natali oppido, humili veste induta, nudis pedibus et imaginem crucifixi gestans, populum ad poenitentiam sermone et exemplo hortabatur. A piis sacerdotibus et a devotis mulieribus, quas « Sorores Piarum Gommentatio« num » vocant, adiuta, exercitationum cursus renovavit, apposita quoque domo erecta ad suorum concivium vitam christianam atque perfectam provehendam. Nec praeterire fas est quod acerbis illis temporibus, inter rerum inopiam, animi angores, hostium insectationes, inscientium ludibria et metuentium haesitationes, nec pio operi nec invictae foeminae defuerunt humana et divina subsidia. Adstiterunt etiam fortes viri, qui zelum, virtutem et opus Servae Dei strenue vindicarunt atque hominum repugnantiam et metum in venerationem et admirationem verterunt, inter quos P. Diegus Toro, ex-moderator provincialis Ordinis B. Mariae Virg. de Mercede. Faustis hisce auspiciis confirmata, apostolicas excursiones Maria Antonia persequuta est ab an. 1775 ad an. 1779, vastas regiones peragrando nempe *Tucuman, S. Michel, S. Ferdinando, De Gatamaren, Bivia, Corduba,* ibidem constitutis Piarum Commentationum cursibus, iuxta ordinem a sodalibus Societatis Iesu servatum et in aureo libello eorum Sancti Fundatoris descriptum. Quo temporis spatio, Dei famula, in natale oppidum reversa, potissimum incubuit, ut bonorum morum observantia et christianae pietatis fervor in populares et sodales suos reviviscerent. Inde ad urbem principem Bonaërensem, quae a *S. Iacopo de V Estero* millia et tercentum passuum circiter distat, per loca fere deserta transeundo, obviosque pagorum incolas evangelizando, tamquam ad sui itineris metam pervenit. In hac metropoli opus apostolicum religionis et caritatis, studio et labore Servae Dei, sacerdotibus et laicis coadiuvantibus, potissimum Divinae Providentiae ductu,

ita increvisse fertur, ut tota civitas brevi ad apicem christianae civitatis et pietatis adducta fuerit. Illic, anno 1780, mense augusto, adprobante Episcopo, Maria Antonia recollectionum spiritualium aedem fun davit, quam die 13 ianuarii 1784 amplissimo laudis-et approbationis testimonio cohonestavit idem Episcopus Sebastianus, tunc ad Archiepiscopatum Compostellanum in Hispania promotus. Ex actis Processus informativi plane constat illam domum a sua erectione usque ad an. 1788 recepisse plus quam septuaginta millia personas ad sacras recollectiones agendas, et Dei famulam, divinae gloriae et humanae saluti unice intentam, nec unquam de temporariis bonis, ad sui operis sustentationem, sollicitam, largiter expertam fuisse veritatem et virtutem sententiae Christi Redemptoris: « Quaerite primum regnum Dei et iustitiam « eius; et haec omnia adiicientur vobis ». Postquam Dei famula opus suum in Bonaerensi civitate feliciter progressum aspexerit, illud etiam in orientalem regionis partem, cui nomen *Rio de la Piata*, protendere cogitavit. Quamvis provecta aetate et labore defessa, tamen, de Episcopi et regni Procuratoris licentia, arduam peregrinationem suscepit an. 1784 et primum in Colonia Sanctissimi Sacramenti sistit, postea in urbe *Montevideo* per triennium commorata est; quibus in locis Commentationum cursus aperiri voluit. Instantibus civibus Bonaërensibus, in eorum urbem revocata, consilio et opere adiuvit constructionem domus quae, ex ipsorum civium munificentia, aedificio iam existenti adiecta fuit, ut in sede separata mulieribus a mala via retrahendis et in bonos christianosque mores adducendis destinaretur. Alterum hoc opus primae vi instituti beneficentiam et Servae Dei suarumque Sodalium existimationem in ea civitate cumulavit. De postremis quinque annis, a praedictae domus erectione ad obitum Mariae Antoniae, pauca extant documenta, nisi quod ipsa, sui suarumque aegritudinum veluti oblita, constanti zelo et studio illarum mulierum corporis animique saluti navabat, retributionem misericordibus a Domino promissam fidenter expectans. Quam proximam sentiens, postrema monita et consilia Sodalibus suis materno dedit affectu. Mox, lethali morbo correpta et sacramentis Ecclesiae refecta, piam animam exhalavit die 6 martii an. 1799, aetatis suae sexagesimonono; eiusque exuviae, funere rite persoluto, in apposito sepulcro religiose conditae sunt. Itaque fama sanctitatis, quam Dei famula in vita adepta fuerat, post obitum in dies magis clara et diffusa ad haec usque tempora perdurante, Processus informativus super ea in ecclesiastica curia Bonaerensi constructus et absolutus, Romam ad Sacrorum Rituum Congregationem delatus est. Hinc, iuris ordine servato, quum nihil obstet quominus ad ulteriora procedi possit, instante Rmo P. Camillo

Beccari, Societatis Iesu et huius causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis Rmorum Archiepiscoporum Bonaëren., Montisvidei, S. Iacobi de Chile aliorumque sacrorum Antistitum, plurium Capitulorum, Ordinum et Congregationum religiosarum, necnon supplicibus votis totius Argentinensis Reipublicae cleri ac populi, maxime Bonaërensium civium, Emus et Rmus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Ostien. et Praenestinus, sacri Collegii Decanus eiusdemque Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 7 augusti 1917.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Mariae Antoniae a S. Iosepho de Paz y Figueroa, die 8, eisdem mense et anno.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Pro-Praefectus.

L. £B S. -

Alexander Verde, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DE NOVO IURIS CANONICI CODICE IN SCHOLIS PROPONENDO.

Cum novum iuris canonici Codicem SS. D.. N. Benedictus Pp. XV a die festo Pentecostes proximi anni millesimi nongentesimi duodevicesimi in universa latina Ecclesia vim habiturum esse edixerit, liquet ex eo ipso die Codicem fore authenticum et unicum iuris canonici fontem, proptereaque tum in disciplina Ecclesiae moderanda, tum in iudiciis et in scholis eo uno utendum esse. Quam sit igitur necessarium, clericis praesertim, Codicem probe nosse atque omnino habere perspectum,, nemo est qui non videat.

Itaque Sacra haec Congregatio, ut in re tanti momenti rectae alumnorum institutioni pro officio suo consulat, omnibus ac singulis studiorum Universitatibus et iuris canonici Lyceis quae, ad normam can. 256, § 1, eidem Sacrae Congregationi parent, praecipit ac mandat, ut in schola antehac *textus* aptissime nuncupata, in qua ius canonicum penitus copioseque praelegitur, ita in posterum eiusmodi disciplina tradatur, ut alumni, non modo Codicis sententia *synthetice* proposita, sed accurata quoque uniuscuiusque canonis *analysi,* ad cognoscendum et intelligendum Codicem veluti manu ducantur : debent scilicet doctores iuri canonico tradendo, ipso Codicis ordine ac titulorum capitumque serie religiosissime servata, singulos canones diligenti explanatione interpretari. Iidem tamen magistri, ante quam dicere de aliquo instituto iuridico aggrediantur, apte exponant qui eius fuerit ortus, quae decursu temporis acciderint progressiones, mutationes ac vices, ut discipuli pleniorem iuris cognitionem assequantur.

Nullo ceterum, praeter Codicem, libro alumnos uti necesse erit; quodsi doctoribus placuerit eos unum aliquem adhibere librum, id sancte retinendum, ut non eius libri ordini ordo Codicis, sed huic ille aptetur et accommodetur.

Romae, ex aedibus S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, die VII mensis augusti anni MCMXVII.

CAIETANUS CARD. BISLETI, *Praefectus.*

L. ffi S.

Ioseph Rossino, *Substitutus.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

SECTIO DE INDULGENTIIS

DUBIA

CIRCA ALTARIA PRIVILEGIATA ET MISSAS IN EIS CELEBRANDAS

Propositis S. Poenitentiariae Apostolicae dubiis:

« 1. An privilegium Altaris applicari possit pluribus defunctis, pro quibus Missa celebratur?

«.2. An recipi queant onera perpetua Missarum ad Altare privilegiatum celebrandarum? ».

S. Tribunal, die 3 iulii, anno 1917, respondendum censuit:

« Ad 1m *Negative,* prout iam decisum fuit a S. Congregatione Indulgentiarum, decretis dierum 29 februarii 1864 et 19 iunii 1880;

« Ad 2m Recipi possunt, dummodo numerus Missarum, tam fundatarum quam adventitiarum, sit talis, ut ei commode satisfieri possit».

Et in audientia, subsignata die, infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, SSmus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV, has responsiones in omnibus approbavit, iussitque ut publici fierent iuris.

Datum Romae, in S. Poenitentiaria, die 6 iulii 1917.

GULIELMUS CARD. VAN ROSSUM, *Poen. Maior.*

L. © S.

F. Borgongini Duca, S. P. *Secretarius^*

SACRA ROMANA ROTA

I

MEDIOLANEN.

NULLITATIS MATRIMONII (GARIBALDI-AMBROSIA SPINELLA)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 1 augusti anno 1916, BB. PP. DD. Fridericus Gattani-Amadori, Ponens, *Petrus Rossetti et Raphael Chimenti, Auditores de Turno, in causa* Mediolanen. - Nullitatis matrimonii, *inter* Mariam Ambrosini-Spinella *et* lulium Garibaldi, *repraesentatos per legitimos procuratores advocatos Dominicum Niti, Philippum Pacelli, interveniente et disceptante in causa sacri vinculi Defensore, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Maria Ambrosini-Spinella, divite et honesta familia Mediolani orta, a primis aetatis annis religiose educata et adhuc puella in asceterio, quod a S. Ursula nomen sumit, optimis praeceptis instituta, indolem sortita est ingenuam, valde timidam, domui deditam et ab omnibus prorsus oblectamentis alienam. Patre orbata, matri suae obsequentissima semper fuit, et ita devincta, ut nunquam ab ea posset disiungi. Talis adhuc erat quum, 34 annos nata, a Iulio Garibaldi, in italico exercitu equitum duce (qui tunc quadraginta annos habebat) in matrimonium expetita est. Ideo non illico petitio accepto habita fuit, attamen Mariae mater sivit, ut is domum frequentaret. Interim de Iulio inquirere coepit, sed difficultates creverunt, cum ex anonym is praesertim litteris rescivisset, hunc vitam duxisse liberam, et tantummodo stipendium habere, quod ei, pro servitio in exercitu praestito, obveniebat. Timebat enim valde Maria, ut iulius potius eius dotem, quam illam appeteret; sed angoribus, quibus illa premebatur, occurrerunt nonnullae mulieres, quae matrimonii conciliatrices fuerunt, et ita illam urserunt ad assensum matrimonio praebendum, ut eius reluctantem voluntatem vincerent. Ideo mense octobri, anno 1907, cum annuii traditione, sponsalia inita fuerunt et post quatuor menses, idest die 8 mensis februarii, anno 1908, matrimonium, coram parocho ecclesiae metropolitanae Mediolanensis, celebratum est. Sed Maria, quae semper anceps fuerat, non sine timore matri-

monium contraxit et in ipso nuptiarum die moesta omnibus apparuit. Deinde iter voluptuarium cum marito coepit, cui tamen ab amore ita alienam se exhibuit, ut eius agendi ratio graviter coniugi displiceret. Tandem Mediolanum apud sponsae matrem coniuges reversi sunt et interdum Iulius conducticiam domum pro se sponsaque paravit; sed mulier maritum sequi renuit, nec suasiones nec preces, aliarum etiam personarum, quarum opem Iulius adhibuerat, eam a suo proposito removere potuerunt. Quare coniuges, primo a Tribunali civili Mediolanensi mutuam separationem, quam personalem vocant, obtinuerunt; deinde, concordi consilio, assumpta nationalitate Hungarica, Iulius, apud Urbis Fluminis tribunal, iudicium instituit ut nullum declararetur suum cum Maria matrimonium, eo quod ab ea derelictus fuisset; quod admissum fuit sententia diei 11 mensis novembris anno 1911. Cum autem, nemine recurrente, haec in rem iudicatam transiisset, a Mediolanensi etiam Tribunali pro appellationibus *(Corte d'Appello)*, recognita est pro civilibus effectibus, per sententiam ibi latam die 7 martii anno 1912, adnotata in libro matrimoniorum illius Urbis. Postea Iulius, ut se suamque coniugem a vinculo sacramentali liberaret, recursum habuit ad Emum Card. Archiepiscopum Mediolanensem, suum matrimonium de nullitate accusans, ob metum reverentialem gravem, quem Maria passa esset; cui petitioni ex corde adhaesit Maria, quae non metum reverentialem a matre sua se passam esse dixit, sed ab his mulieribus quae illi matrimonium suaserunt. Mediolanense Tribunal, causa cognita, die 22 augusti anno 1914, sententiam tulit pro nullitate huius matrimonii ob causam metus. Ab illa autem defensor sacri vinculi apud Curiam Mediolanensem appellavit ad hoc S. Tribunal, quod die 8 aprilis 1915, ponente Revmo S. R. Rotae Decano, non constare de nullitate huius matrimonii decrevit. Sua vice appellavit ab hac sententia Maria Ambrosini Spinella et supplementum instructionis petiit. Instructione igitur exacta, causa in tertia instantia Nostro Turno definienda proponitur, sub consueta dubii forma: *Utrum sententia rotalis diei 8 aprilis 1915 sit infirmanda vel confirmanda in casu.*

Quod est in facto. - Modus quo matrimonium inter Mariam Ambrosini Spinella et iulium Garibaldi statutum est, ab ipsa Maria ita enarrata: « Il primo rapporto che io ebbi col sig. Garibaldi fu al mio primo « incontro con lui, allorché egli si presentava, con grande mia sorpresa, « in casa mia, col pretesto di cercarvi la signora donna Elisa Butta- « fava, venuta da noi in visita con altre due signore, da noi non cono- « sciute, e che in seguito seppi essere rispettive madre e sorella del

« signore venuto. Ciò avveniva nel marzo 1907. Ciò premesso, comincio «ad osservare che questo fatto era l'indizio dei propositi e dei tenta- « tivi del sig. Garibaldi, che si era prefisso di sposarmi. A tal uopo egli « si era servito della signora donna Elisa ßuttafava, la quale chiamava « in seguito, a coadiuvarla nell'opera, la signora donna Rina De Capi- « tani vedova Piantamela; e fu in seguito a quella prima visita, che la .« nobile signora Buttafava faceva le proposte di matrimonio a mia « madre, la quale rispondeva che non le pareva F individuo adatto e che « io stessa non pensavo ad accasarmi. Poscia l'insistenza della signora « Buttafava presso mia madre, unita ai grandi elogi fatti del sig. Gari- « baldi, finì per far cedere mia madre, la quale, presente la stessa « signora, mi chiamò annunziandomi la proposta, che mi si faceva. Io « immantinente rispondevo che non ne volevo sapere, sia perchè non « avevo intenzione di accasarmi, sia perchè sentivo repugnanza pei mili- « tari, e poi anche perchè mi avevano descritto il sig. Garibaldi come « uomo molto brillante in società. Donna Elisa Buttafava allora si mise « ad insistere di tutta lena, perchè almeno lo lasciassimo venire in « casa, onde conoscerlo. Alla quale proposta mia madre non seppe « resistere, tanto più che l'avevano persuasa che questo sposo era il più « opportuno per il caso mio. D'allora il sig. Garibaldi cominciò a venire « in casa alla sera. Io non posso dire che vi sia stato fidanzamento « fra noi, perchè date le insistenze continue da una parte e dall'altra, « io mi sono trovata legata senza volerlo. Durante questa specie di « fidanzamento non mancarono dei dissapori, poiché il sig. Garibaldi « diceva che io era fredda e di ghiaccio con lui. Nel mese di ottobre « dello stesso anno il sig. Garibaldi mi fece dono di un anello che io « accettai, non portandolo quasi mai, tanto da esserne rimproverata. È « necessario che io spieghi il mio stato d'animo a questo proposito. « Se io fossi stata più esperta del mondo e meno suggestionata da loro, « non avrei dovuto accettare questo anello, ma devo confessare che « negli ultimi mesi, io mi trovavo quasi in uno stato d'incoscienza. « Capivo che avrei dovuto avere l'energia di troncare tutto, ma il pen- « siero di far parlare di me, e il sentire che continuamente mi dicevano « (le signore Plantanida e la Garibaldi, sorella dello sposo) di guardare « bene a quello che io facevo ritirandomi, perchè ormai tutta Milano « ne parlava, e perchè io inoltre avrei rovinato quel povero uomo « materialmente e moralmente, perchè egli, dato uno scacco, avrebbe « dovuto abbandonare l'azienda ed allontanarsi da Milano; ed infine « avrei cooperato a far morire di dispiacere i vecchi genitori di lui. A « questo punto devo anche ricordare che i suoi lamenti sul mio con-

« tegno e la fretta che egli aveva a procedere al matrimonio fecero « naufragare per un momento le trattative. In tal frangente un giorno « la signora Plantanida mi chiamò d'urgenza dalla mia abitazione nella « sua carrozza, per condurmi a destinazione ignota, preparandomi il « tranello di far entrare in carrozza il sig. Garibaldi, nonostante le mie « proteste, con le parole: " Ma signora, guardi cosa fa! „ al che essa « rispondeva: " Lascia fare a me, che un giorno mi ringrazierai „. In « tal modo mi trovai riallacciata nell'imbroglio peggio di prima. Così « si venne al febbraio 1908, epoca del contratto nuziale. Il contratto fu « steso dal notaio Mario Bordini abitante in via Broletto, n. 39, pre- « senti io, lo sposo e mia madre. Debbo confessare che, dato lo stato « dell'animo mio, io non sapeva più che cosa mi facessi, ridotta anche « a mal partito in salute per questi contrasti, come risulta anche dalle « lettere che allego, dove si parla del malessere. Dico sinceramente che « se mi avessero condotta al patibolo, ci sarei andata con la stessa tran- « quillità, perchè io non capiva più niente. Lo sposo, per affrettare il « matrimonio, ottenne dispensa di una pubblicazione. Furono testimoni, « al consenso, il sig. don Enrico Buttafava e nobile avv. Giuseppe «De Capitani d'Arzago, amici intimi dello sposo.

« Da quanto ho detto risulta evidente l'influenza malefica, che ebbe « sopra tutti gli altri in questo affare la signora Plantanida. Dichiaro « anche che non ho mai potuto spiegare questo eccessivo interesse con «le sue insistenti pressioni, in quella signora, come non so spiegarne « le ragioni e le cause dei suoi progetti col sig. Garibaldi, a tutto suo « favore ».

Deinde eam iudex interrogavit: « Dica la teste se vi furono altre «persone, oltre quelle da lei indicate nell'interrogatorio precedente, « che abbiano esercitata influenza sul suo consenso matrimoniale e « quali siano state ». Cui illa: « Oltre le persone nominate, nessun'altra « ebbe influenza sopra di me ». Defensori autem sacri vinculi eam interroganti, utrum scivisset se matrimonio obstringi ad convivendum, perpetuo cum marito, respondit: « Premetto che degli uffici matrimoniali « io non conosceva nulla, che io era tra l'incudine ed il martello, perchè « da una parte comprendeva la mia obbligazione e dall'altra mi tro- « vavo sotto l'incubo del male che avrei fatto al mio sposo sottraen- « domi. Certo che io conosceva sufficientemente che col mio consenso « io legava la mia vita a quella di mio marito ». Et deinde : « Io sen- « tiva l'obbligazione di adempiere il mio dovere, una volta che l'avessi «sposato, e se non vi fossero state le peripezie successive, io sarei « rimasta con lui, accettando il mio destino ».

Relate autem ad ea quae matrimonio successerunt, actrix refert: « Appena mi trovai sola col mio marito nel viaggio di nozze, mi accorsi « subito di aver a trattare con un uomo strano e prepotente. Senza « una ragione al mondo egli faceva delle scenate inesplicabili, gridava, « ripetendo che "I nostri caratteri non vanno d'accordo „; "Tu a casa tua « ed io a casa mia „ ; " Vado a stare a casa dei miei vecchi „ e simili. Spesso « poi minacciava di saltare dalla finestra... Il viaggio di nozze, che durò « un mese, non fu che un'alternativa di scenate consimili, anzi, dopo « la traversata di mare da Napoli a Palermo, nella quale egli soffrì « moltissimo, il suo carattere peggiorò sensibilmente, così che posso dire «per pura verità, che la mia convivenza con lui, fino alla fine di set- « tembre, non fu che una sequela di prepotenze e scenate; e tuttociò « nonostante che, sia per timidezza di carattere, sia per coscienza di « dovere, io fossi sempre la prima a domandargli scusa e cercassi di « accondiscenderlo in ogni cosa, come lo fui sempre nei miei doveri « coniugali, anche quando ciò mi costava ripugnanza e sofferenze. Verso « la fine di settembre, mentre io mi trovava presso la mia madre, essa «che aveva notato l'assenza del marito e qualche dissapore, m'in- « dusse a rivelare l'animo mio, narrando la dolorosa storia dei di lui « maltrattamenti. Fu allora che io, presa da paura al pensiero di ritornare « con lui, e d'altra parte minacciata continuamente dall' intromissione « della signora Plantanida, la quale ripeteva, che se io non fossi ritor- « nata dal marito, esso si sarebbe suicidato, mi risolsi a portarmi da « Mons. Balconi a domandare consiglio. In seguito, per mezzo di àvvo- « cati, mi rivolsi al Tribunale, il quale decise per la separazione con- « sensuale, con decreto 8 febbraio 1909 ». Concludit autem suum testimonium dicens: «Il marito per me non presentava alcuna repugrianzá « fisica, io me ne stava rassegnata con lui come al mio destino, nella « speranza che cambiasse il suo carattere ed io potessi avere una vita « più tranquilla ».

Actricis testimonio illud consonat matris eius. Haec a iudice interrogata, quomodo pactio matrimonii eius filiae evenisset, respondit: « ... La signora Buttafava venne in casa mia a fare la domanda for- « male di matrimonio per mia figlia, in nome del signor capitano Gari- « baldi. La prima risposta fu negativa, adducendo la ragione che il «signor capitano non mi pareva, per diverse ragioni, adatto per « mia figlia, però soggiunsi: " Non posso decidere della volontà di « mia figlia, perchè ha già i suoi anni e il suo giudizio „. La signora « Buttafava parlò direttamente con mia figlia di tale proposta, ed in « seguito le si mise attorno con un vero assedio, chiamando a Milano

« da Gernobbio anche la signora Plantanida, affinchè l'aiutasse neh" im-
« presa. La signora Plantanida conosceva da 22 anni il capitano e la
« signora Buttafava da 12 anni, e ciò spiega lo zelo da loro dimo-
« strato nel combinare questo matrimonio. Dalla prima proposta fatta a
« mia figlia nel marzo fino al suo accoglimento, dato verso la fine di
« ottobre, mia figlia Maria posso dire che fu sempre negativa, perchè, esi-
« tante, non sapeva risolversi a tale passo. E ciò nonostante le premure
« frequenti di cui era oggetto da parte delle signore intermediarie, non
« ostante e le visite frequenti in casa e le passeggiate, alle quali la con-
« ducevano e le loro continue pressioni, perchè avesse ad accettare. Ho
« detto pressioni, e non senza causa, perchè quelle signore Plantanida,
« madre e figlia, ebbero perfino l'ardimento di andare dal notaio per
« sollecitare l'affare a loro favore. Il consenso di Maria al signor Gari-
« baldi, per il futuro matrimonio, fu dato, credo, il 17 ottobre, alla mia
« presenza, e il giorno dopo il signor capitano venne a consegnare
« l'anello a mia figlia, la quale l'accettò, ma senza entusiasmo ... Queste
« trattative subirono parecchie rotture. La prima in occasione della
« richiesta delle pubblicazioni pel matrimonio civile, determinato dal
« fatto che la signora Plantanida, avendo presa cognizione dell'atto nota-
« rile predisposto secondo le nostre intenzioni, per assicurare, meglio
« che si poteva, la sostanza di mia figlia, di fronte al fatto che il capi-
« tano era nullatenente, si affrettava ad impedire il proseguimento delle
« trattative. In seguito vi furono altri bisticci a me tenuti nascosti, per
« non darmi dispiacere. Del resto io non so più nulla, perchè non assi-
« stetti al matrimonio religioso, nè civile, nè mi portai alla stazione alla
« loro partenza. Questo ricordo, che mi dissero che mia figlia Maria era
«andata all'altare come un condannato. Io non posso dire che la mia
« Maria fosse assolutamente contraria a questo matrimonio, ma devo
« dire, in coscienza, che essa ha subito l'influenza malefica della signora
« Plantanida. Devo anche aggiungere, che la mia Maria non era con-
« traria in genere, nè in progetto, ad un matrimonio di simpatia: ciò
« che mi risultò evidente anche nel caso di altre proposte fattele, che
« poi fallirono, perchè essa diceva in quell'occasione : " To non voglio
« congiungermi con un uomo, che io non conosco, e che non mi entri
« in simpatia „». Deinde sequitur: « Per quanto io desiderassi di vedere
« a posto in un buon matrimonio mia figlia, pure devo dire che io non
« ho mai fatto alcuna pressione, perchè essa sposasse il capitano. Anzi,
« come ho già detto, a me non sembrava l'uomo adatto per mia figlia,
« nè pel suo carattere nè per le sue abitudini, le quali erano quelle di
« un uomo galante e di società. Le persone invece che l'hanno spinta a

« questo matrimonio, non so ancora per quale scopo ed interesse, furono,
« come ho già dichiarato, la signora Buttafava e la signora Plantanida,
.« madre e figlia, le quali approfittavano della sua debolezza e timi-
« dezza. Non credo che le loro pressioni abbiano raggiunta la minaccia,
« ma certo esse dovettero incutere grave timore sull'animo debole e
« timido di mia figlia, allorché, per es., la signora Plantanida madre
« dirigeva a Maria quelle parole: " Se tu senti suonare il campanello,
« preparati, perchè sarà l'avviso che il capitano si sarà suicidato „ ».

Nunc audienda sunt quae relate ad contractum matrimonium refert Iulius Garibaldi: «. . . . mi pare verso l'aprile, io feci la domanda uffi-
« ciale alla signora Carlotta Ambròsini della mano di sua figlia. Ed
« ella, accogliendo molto benevolmente la mia domanda, mi rispondeva
«che ne avrebbe parlato con la figliuola e mi avrebbe poi data la
« risposta. Alla fine di maggio, non avendo ricevuta risposta alcuna,
« nonostante le mie replicate sollecitazioni, ritirai ufficialmente la mia
« parola e partii da Milano, ritirandomi nella Villa Capo di Strada,
« presso Pistoia, dove erano i miei genitori. Incominciarono allora le
« lettere della figlia, che scriveva a nome della madre, essendo questa
« l'abitudine di casa, dirette a mia sorella, onde farmi recedere dal mio
« rifiuto e riprendere le trattative. A poco per volta si ripresero le trat-
« tative con la madre (come apparirà dalle lettere che intendo allegare
« a questo interrogatorio in ordine numerico). (Has tamen literas num-
« quam exhibuit).- Questo periodo di trattative riprese durò due o tre
«mesi e cioè quanto il" mio soggiorno a Pistoia... Ritornato, verso il
« settembre od ottobre, a Milano, credo di essermi presentato in per-
« sona in casa Ambròsini per ripigliare le trattative, e la madre tornò
« a riconfermarmi che avrebbe pensato lei,a far decidere la figliuola.
« Difatti, pochi giorni dopo, avvenne il fidanzamento. Quest'atto fu com-
« piuto presenti la madre, la figlia Maria interessata ed io. La madre
« ingiunse alla ragazza di darmi la mano, altrettanto feci io, che mi
« chinai e la baciai in fronte. La ragazza rimase quella che fu sempre,
« freddissima, molto ritrosa e, meglio dirò, passiva. La madre, Carlotta
« Ambròsini, volle che fosse steso il contratto notarile, rifiutò due notai
« da me proposti, insistendo per avere il suo notaio dott. Bordini. Fu
« steso l'atto che conteneva una clausola delle più umilianti per un
« uomo, cioè la rinunzia all'art, del Cod. Civile che dà i diritti mari-
« tali all'uomo. Quando apparve questo atto, immensa fu la sorpresa
« mia e del cav. Cesare Plantanida (a quo Iulius in contractu matri-
« monii adiuvabatur) e si fu ad un punto di troncare le trattative del
« matrimonio. Ma la madre disse che era un errore del notaio, che

« aveva frainteso. Il cav. Cesare Plantanida accennò ad una nuova « minuta di contratto, che venne accettata. Allora per definire una buona « volta questa controversia ed arrivare all'atto decisivo, si stabilì di «procedere alle pubblicazioni matrimoniali, previa visione dell'atto « notarile così modificato. Presenziavano quest'atto il nob. comm. avvo- « cato Giuseppe Capitani d'Arzago, donna Rina de Capitani d'Arzago «ved. Plantanida, dott. nob. Enrico Buttafava, avv. notaio Eugenio « Ambrosini-Spinella. Alla lettura dell'atto notarile esso apparve una «seconda edizione del primo atto, con qualche cambio di sole parole, « ma nulla sostanzialmente era mutato. Allora fu dichiarato che il matri- « monio non si poteva fare. Corse subito il figlio a riferire alla madre, la « quale lo rimandò subito, perchè ripetesse ancora che lo sbaglio era del « notaio, e che nulla era da ascriversi alla famiglia, e quindi era il caso « di portare a termine il matrimonio. Infatti l'atto venne cambiato e « l'atto definitivo firmato anche dalla signorina Ambrosini, la quale « dal principio alla fine, in tutto questo svolgersi di cose, fu sempre di « una passività impressionante. Era un automa mosso dalla volontà « della madre ». Sequitur autem asserens causam metus, sub quo Maria matrimonium contraxit, fuisse istius matrem; et deinde enarrat ea quae matrimonium sequuta sunt; at ait: « ... Ed in tutto il tempo che con- « visse meco si mostrò così fredda e apata, tanto che un giorno in « Piazza del Duomo num. 21 le dissi che era meglio per un uomo fare « un salto dalla finestra che fare la vita con una persona così apata ».

Quoniam actrix de metu sibi illato accusat tres tantum mulieres, scilicet: dominam Elisabeth Buttafava, Alexandrinam Plantanida et Aloisiam Garibaldi, sponsi sororem, ideo referenda sunt quae duae priores in iudicio testatae fuerunt, circa ea de quibus accusantur; Alexandrina enim Plantanida eiusque filia contumaces extiterunt. Elisabeth Buttafava, a iudice interrogata, quamnam partem sumpserit in tractatu matrimonii inter Mariam et Iulium, ita respondit: « La parte « che io ebbi nelle trattative di matrimonio fu questa: Il sig. capitano « Garibaldi, desiderosissimo di prender moglie, si rivolgeva continua- « mente a me ... Caso volle che il capitano venisse a sapere che il suo « compagno di palco (al teatro) avesse una sorella, ed allora mi assediò, « al fine che io gliela facessi conoscere; al che io rispondeva, in un col « mio figlio, che la signorina Maria Ambrosini non era affatto adatta « per lui, pei suoi gusti e pel suo carattere. Ma le sue insistenze furono « tali da obbligarmi ad accettare l'incarico di farne almeno la proposta « alla signora Ambrosini madre. Mi sono infatti portata da questa, intro- « ducendomi col dire: " ambasciator non porta pena „, e le espressi il

« desiderio e le intenzioni del sig. Garibaldi. La mia proposta fu accolta «abbastanza bene dalla signora Ambrosino perchè lo stesso suo figlio « aveva parlato del capitano anche a lei e con molta simpatia, e le piacque « anche il sapere che il signor Garibaldi era conoscente ed amico di « mio figlio Enrico, che abitava meco. Dopo questo mio passo* mi ritrassi « un poco in disparte, e seppi che il capitano aveva trovato modo d'in- « trodursi in casa Ambròsini e proseguire direttamente la relazione ..... « Nelle visite che ci siamo scambiate in seguito, ricordo che, una volta « o due, la signora Ambròsini, in compagnia di sua figlia, era venuta a « dirmi di essere molto addolorata per diverse lettere anonime, che « aveva ricevute sfavorevolissime al capitano; in questa occasione, allora, «io stessa (che facendole la proposta di tale matrimonio non avevo « mancato di manifestarle che il capitano nell'ordine finanziario non « aveva che la pura pensione), con la stessa franchezza, le dissi che, di « fronte a tali lettere, essa non solo aveva diritto, ma benanco l'asso* « luto dovere di andare in fondo alla cosa; ho soggiunto anche che non «m'importava affatto che essa, parlando della cosa con il capitano, « ripetesse il mio consiglio, in seguito, in altre occasioni, notai che vi « erano degli screzi tra gli sposi per ragioni d'interesse, ed in tale « occasione io ripetei, coi signori Ambròsini, quanto io già aveva loro « detto altra volta, e cioè: che il signor capitano non poteva disporre «che della sua meschina pensione di tremila lire .____In questa occa- « sione ed in qualche altra, io sentii il bisogno di ripetere loro che, « dinanzi a questi screzi e divergenze di gusti, il miglior consiglio che « potevo dare, e che avrei dato anche a una figlia mia, era quello di « troncare tutto. La madre Ambròsini mi rispondeva che ormai le cose « erano troppo avanzate e dopo d'allora mi lasciarono in disparte, con « mia grande soddisfazione. Il sig. capitano però venne da me qualche « volta anche in seguito, e mi raccontava delle sue trattative che con- « tinuavano patrocinate da altre signore, come dalla sig. Plantanida « Alessandrina, alla quale certamente io non avrei sognato mai di affi- « dare tale incarico. Io ho sempre in ultimo mostrato opposizione col « signor capitano al suo matrimonio. Aggiungo che donna Plantanida « ebbe a dirmi: " Tu sei troppo timida, ti fermi troppo alle prime diffi- **« coita,** vedrai che le cose andranno bene dopo „. Io risposi: "• Tu avrai «la mano più felice, ma l'importante è che in seguito poi gli sposi siano «felici „. Poco prima del matrimonio, io ho raccomandato alla sorella « del capitano, signora Luigia Arrigoni, di fare buona opera perchè il «matrimonio non si contraesse, perchè io ne prevedeva del male». Cum autem quaesitum esset a iudice, utrum Maria libere vel sub metu

matrimonio consensum dedisset, respondit: « Io non posso rispondere « se la signora Ambrosini si sia sposata per libero consenso o meïio, « perchè non mi sono più trovata insieme con lei; e perciò non ho «potuto fare alcuna costatazione iri proposito. Posso aggiungere che « dopò il matrimonio la signora Maria Ambrosini, venuta da me una «sera, dopo avuta una scena spiacente con suo marito, alla mia inter- «rogazione, che le rivolgeva in questi termini : " Ma in fine dei conti, «se l'hai sposato, è segno che gli volevi bene; sopporta dunque un «poco anche le sue asprezze di carattere,,, essa mi rispondeva: " Io «l'ho sposato per compassione,,; La mia convinzione personale poi, a «proposito del consenso di Maria Ambrosini, è questa, che essa è «andata avanti per forza di cose è per convenienze sociali ». Deinde ait: « In questa faccenda matrimoniale ho constatato tali diverse con- « traddizioni nel contegno e nelle espressioni, che non oserei dire che « la signorina Maria Ambrosini, sposandosi, non abbia fatta la sua «volontà. Difatti in quelle poche ultime visite, che io ebbi con loro « in occasione di aver ricevute le lettere anonime sfavorevolissime al «capitano, trovai la signorina Maria qualche volta sinceramente affe- « ziònata al suo sposo e qualche volta paurosa di proseguire le tratta- « tive, perle impressioni ricevute dalle lettere anonime... Aggiungo che « non mi consta, che siano state fatte delle pressioni sopra la signora « Maria Ambrosini per spingerla al matrimonio. Non so se, nell'immi- « nenza del matrimonio, si dicesse che il ritirarsi diveniva quasi uno « scandalo pubblico, perchè già tutta Milano parlava di quel matrimonio ; « tuttavia se queste cose vennero dette, sono persuasa che abbiano «potuto avere qualche influenza sopra la signora Maria, perchè di «carattere timido».

Audienda demum est Aloisia Garibaldi vid. Arrigoni, Iulii soror, quae pariter a Maria Ambrosini-Spinella de metu illi incusso accusatur. Haec iudici sciscitanti circa partem quam habuit in matrimonio actri- cis, respondit: « Ho conosciuto la famiglia Ambrosini-Spinella un anno «prima dei matrimonio di mio fratello. Le visite mie in casa Ambro- « sini furono assai frequenti, specialmente durante l'inverno, nella quale « epoca si visitava la famiglia due o tre volte al mese. Io sono stata «sempre bene accolta dalle signore Ambrosini, madre e figlia, le quali « mi ricevevano con grande espansione e cortesia e baci, insistendo «perchè io ritornassi spesso a vederle. La signora Maria Ambrosini, «nell'intimità della nostra amicizia, mi esponeva le sue titubanze in «ordine al matrimonio con mio fratello: sapeva di non essere bella, «temeva di non essere abbastanza interessante per mio fratello ed

«aveva timore perciò che mio fratello la sposasse per interesse. Venute « le vacanze, mio fratello mi scriveva che si era fidanzato e che la signo- « rina Maria si era persuasa ad accettare la sua proposta, per *Y* inter- « vento della madre. Dopo le vacanze, la rividi ancora e la trovai che « essa, ormai fidanzata, si riteneva legata, ma che le sue titubanze rima- « neváno ancora ..... Devo notare che negli ultimi tempi precedenti il « matrimonio, era avvenuto qualche dissidio tra mio fratello e la madre, «signora Ambròsini, e che perciò le perplessità della sposa si accen- «-tirarono, per il dubbio che potessero nascere future discordie ..... La « signora Maria voleva bene a mio fratello, ma aveva paura di fare il «matrimonio. E ci fu un momento in cui le trattative parevano doversi « rompere, tanto è vero che mio fratello, di fronte a tante perplessità «causate da motivi finanziari, disse un giorno alla sposa: "Ebbene, il •< matrimonio lo faremo per Pasqua, intendendo con ciò mandarlo a « monte,,. Fu allora che ella rispondeva: " Va bene, per Pàsqua „. Io « allora ne parlai alla signora Plantanida, la quale si adoperò per riav- « vicinarli. Si intende che a me dispiaceva che il matrimonio non si « effettuasse. Ciò mi mosse a persuadere là signora Maria ad accettare «la mano di mio fratello; persuasione che io cercava insinuare, dicen- « dole che doveva disprezzare i suoi timori, che mio fratello sarebbe « stato un buon marito, anche perchè era affezionato ai suoi genitori: « non ho usato mai con lei modi aspri: soltanto una volta dissi: " Se « non vuoi fare il matrimonio, lascia pur stare, che sei ancora in « tempo „ ».

Cum autem iudex a teste quaesivisset :.« Non ha mai insistito **perr** « che accettasse il matrimonio* lasciando balenare alla signora Maria « gravi conseguenze di un suo rifiuto? », illa respondit: « Ho pensato « tra me alle conseguenze gravi di questo matrimonio se fosse fallito, « e questo era anche uno dei motivi, pei quali io desiderava che il « matrimonio si facesse; ma non ricordo di aver mai detto alcunché «di simile alla signorina. Così pure osservo che mio padre e mia madre « non hanno mai avuti rapporti diretti con la sposa. Non posso dire « chi abbia avuto la maggior influenza per questa decisione della signo- « rina al matrimonio, perchè furono un po' tutti a cercar di persuaderla, «eccetto la signora Buttafava, che venne da me la vigilia del matrim o- « nio, perchè non si facesse, ma io le risposi che era troppo tardi. «Aggiungo infine che le titubanze nella sposa erano sorte anche per «il fatto di lettere anonime ricevute contro mio fratello ».

Actrix praeterea nonnullas exhibuit litteras, sibi, ante matrimonium, missas a praecedenti teste, necnon ab Alexandrina De Capitani vid.

Plantanida, in quibus tamen desunt prorsus vel minae, vel alia, quae possent gravem incutere metum, quamvis non desint benigna verba, quae praesertim Aloisia Garibaldi adhibet ut matrimonium Mariae suadeat. Ita ex gr. Aloisia Mariae scribit: « ... Raccomando ancora calma « e pazienza e sopratutto serenità d'animo: non lasciarti abbattere». Et Alexandrina Plantanida: «...Ti ripeto, mentre so comprendere le « tue lotte, spingi le cose in modo da fare queste pubblicazioni, che «questo stato d'incertezza rovina il morale ed il fisico del G.... Se « non avesse la testa solida e gran cuore ... a quest'ora, credi, un altro « che non ti volesse bene, avrebbe già preso il volo. Dunque ormai sei « tu che devi decidere, non sei più una bambina, mi ringrazierai un « giorno », etc.

Alexandrina de Capitani, vid. Plantanida, eiusque filia Maria Nessi-Plantanida ter in iudicium vocatae fuerunt, ut testimonium redderent circa ea, de quibus a Maria Ambrosini accusabantur, sed utraque contumax fuit.

Praeter testimonia hucusque relata alii undeviginti testes auditi sunt, quorum tamen nemo testatus est aliquid magni ponderis. Omnes quidem conveniunt in laudandis virtutibus Mariae Ambrosini-Spinella, cuius tamen indolem timidam atque debilem asserunt; et omnes confirmant illam, usque ad matrimonii celebrationem, incertam atque haesitantem fuisse et alienis suasionibus ad hoc inductam.

Nullus autem testis scit, matrem actricis vel suasionibus vel precibus vel aliquo modo in filiae matrimonium institisse, imo plures hoc aperte denegant. Ita testis Adelais Bertoletti, vid. Volpi: « La signora Ambrosini, « madre, sul principio favorevole, poi rimase indifferente. Escludo perciò « qualsiasi pressione da parte della madre su l'animo della figlia ». Quam semper haesitantem fuisse testatur: « Alle mie sollecitazioni la « signora mi rispondeva: " Ma poi faccio bene? „. Mi sembrava come « spaurita. Essa mi ripeteva come dubbio di venire sposata per la « dote ». Ita pariter testis Lina Volpi in Broglio, testis Adelais Lacrois-Malerba, testis Flaminius Binda, qui ait: « Per la conoscenza che ho, « ormai da più anni, delle persone e dei fatti che precedettero, credo « poter escludere in modo assoluto che nè la madre nè il fratello avvo- « cato Pietro abbiano esercitato o voluto mai esercitare sulla rispettiva « figlia e sorella una influenza qualsiasi ed assai meno una pressione «sulla stessa, relativamente alla opportunità o meno del matrimonio, « da altri progettato ».

Relate autem ad incitationem, quam Maria se passam fuisse asserit ab Elisabeth Buttafava, ab Aloisia Garibaldi et ab Alexandrina Plan-

tañida, ut matrimonium contraheret, plures testes nihil prorsus sciunt, nonnulli tantum ab ipsa Maria audierunt, nonnulli demum de scientia propria loquuntur.

Maria Brera: «Conosco la signora Maria Ambròsini-Spinella da « quando eravamo entrambe in Collegio dalle Orsoline di S. Ambrogio in « Milano, e quindi da più di una ventina di anni, e d'allora sono sempre « stata in buona relazione con lei... Facilissima (Maria) a credere a tutto « quello che le dicono, bisognosa delia spinta altrui per essere guidata « anche nelle cose piccole. Io credo perciò che essa sia andata avanti « come per fatalità; cosicché a forza di sentirsi dire e ripetere che « bisognava fare questo passo, sia stata trascinata a farlo, per quanto io « non sappia nè da chi n è come ».

Prae ceteris testibus, magis edoctae sunt Adelais Bertoletti, vidua Volpi, eiusque filia Lina, quae, tempore matrimonii, in eadem domo familiae Ambrosini-Spinella inquilinae erant. Mater Adelais testatur: « Io non posso dire che essa abbia dato il suo consenso spontanea- « mente, perchè so che era spinta da tutte le parti ed anche da me. «Essa però sapeva che col suo consenso si legava ad un uomo per « tutta la vita. Io non ho mai notato in tutto il tempo qualche slancio «spontaneo della signorina Maria verso lo sposo, anzi sembrava di « ghiaccio con lui. Io non conosco personalmente nè la signora Butta- « fava, nè la signora Rina Plantanida; però ho sentito più volte dalle « signore Ambròsini discorrere di queste persone, come quelle che com- « binavano le trattative del matrimonio ».

Lina Volpi-Boglio, Adelaidis filia: « La mia impressione è che essa « non fosse contenta di sposarsi, anzi molto titubante ed incerta. Con « me però non ha mai parlato intimamente delle sue disposizioni al « matrimonio; Ad ogni occasione di proposte matrimoniali però, essa « era sempre timorosa che la sposassero per la sua dote e non per la « sua persona. Essa non mi ha parlato di ripulsione verso il capitano « Garibaldi, mentre manifestava sempre il dubbio sopra accennato. Dirò « anche che, la sera prima del matrimonio, venne da me piangendo «per salutarmi e mi lasciò dicendo: ** Ti auguro che la vigilia del tuo « matrimonio sia diversa da quella che è per me „ ». ludici quae- renti: « La teste sa di altri che abbiano fatto pressioni sulla sposa? », respondit: « Io so che vi era la famiglia Plantanida, che cercava ogni «mezzo per convincere la signorina Maria a sposare il capitano Gari- « baldi, assicurandola che l'esito sarebbe stato felicissimo, cercando di « dissipare ogni dubbio e ogni timore. Ho sempre trovata la signorina « Maria incerta nella decisione da prendere, al punto da deperire anche

« in salute; incerta e per il carattere e per le abitudini dello sposo, che «temeva non confacenti alle proprie. Di queste incertezze ne approfit- « tavano la signora Plantanida e gli amici del sig. capitano per insi- « stere sulla convenienza di sposarlo, intimorendola anche col dirle che « il suo rifiuto avrebbe rovinato il capitano per tutta la vita, costrin- gendolo ad allontanarsi da Milano, ed avrebbe arrecato un gran dolore «< ai genitori di lui, già molto vecchi : ciò che, dato t'animo buono della « Maria, bastò per condurla fino all'altare. Anzi aggiungo, che in queste « condizioni di animo, se avesse saputo anche cose gravi circa il capi- « tano, non avrebbe avuto il coraggio di ritirarsi. Tutto quello che ho « detto io l'ho saputo dalle confidenze che mi faceva la signorina Maria ».

Testis Ioannes de Simoni : « Le pressioni esercitate erano nel senso «che si magnificavano le qualità dello sposo e si insisteva, adducendo «la convenienza del matrimonio, in vista della età avanzata della madre, «della probabilità di rimanere orfana e senza appoggio. Io non posso « aggiungere altri dettagli, perchè, durante l'epoca del fidanzamento e « avvenuto il matrimonio, io non frequentavo la casa degli sposi. Ag- « giungo solo che le voci di queste pressioni io le ho sentite al tempo « della scissura avvenuta tra gli sposi dopo il matrimonio ».

Testis arch. Caesar Benito ait: « Sono sicuro che l'avranno ineo- « raggiata in tutti i modi per deciderla ad accettare un partito, che « presentavano come molto opportuno per lei, mentre non lo era; a « me però non consta che le siano state usate pressioni per forzarla al « matrimonio ... ». Addit autem: « Mi ha fatto poi impressione grave il « fatto che il matrimonio fu celebrato in fretta e furia, senza dar tempo « a quegli omaggi, che si usano in simili circostanze. Ciò che, mentre « mi fu di grande sorpresa, mi diede ancora il sospetto di pressione « esercitata, quasi che la sposa scappasse e l'afferrassero ».

Testis doctor Ioseph Terzaghi refert: « Il capitano Garibaldi... mi « disse di trovare nella sua spòsa molta freddezza ed una soverchia « timidezza, ed essere una di quelle anime, che non hanno mai un'idea « propria, ma bensì quella di chi parla più forte. Io credo però che non « si sia trattato di pressioni gravi, delle quali a me in nessun modo « può constare ».

Testis Adelais Lacrois-Malerba testatur: «Ho sentito ... lamentare « l'insistenza con la quale le signore Plantanida e Buttafava cercarono « di deciderla ad accettare il partito, facendo vere pressioni su di lei, per- « suadendola che ormai la cosa era pubblica e non si poteva più ritirare, «senza far delle figure, e standole ai fianchi continuamente, giungendo « perfino ad andare a prenderla in carrozza e poi, in Piazza del Duomo,

« a far entrare il sig. capitano Garibaldi. La signorina Maria mi disse « anche che in queste contingenze essa non sapeva più dove avesse la « testa. Concludendo aggiungo che il carattere di questa famiglia è « affatto singolare. Madre e figli sono gente che hanno paura di tutto e « scappano sempre e perciò le pressioni hanno trovato un carattere «debole, timido, pauroso ed inesperto del mondo ».

Testis Theresia Cattaneo, matértera Mariae Ambròsini, cuius matrimonio adstitit, enarrat: « L'antivigilia del matrimonio sono venuti gli « sposi con mia sorella per pregarmi di far da madrina nel matrimonio ... « L'impressione, che mi rimane ora di quell'abboccamento, è che mia « nipóte fosse n è entusiasta nè repellente in quel punto. Nel frattempo « tra l'annunzio del matrimonio e l'invito a far da madrina, io non vidi « mia nipote che una volta, essendo andata da mia sorella per doman- « dare quale regalo sarebbe stato gradito. In quell'occasione mi sono «fermata pochi istanti, e mia nipote non mi parlò del suo matrimonio « nè pro nè contro. La mattina del matrimonio, poi, mia nipote venne «a prendermi a casa, per andare al municipio ed in seguito alla chiesa. « Mi aspettò ai piedi della scala, scesi ed andammo in carrozza insieme; « in vettura io le faceva i miei auguri di felicità per il suo matrimonio. « Essa era commossa e si mise a piangere ed ai miei auguri rispose « soltanto: " Chissà „, altro non me ne disse. In municipio ed alla chiesa « diede il suo consenso regolarmente, ed io ho sentito chiaramente il *« Sì.* In seguito l'accompagnai al ristorante della stazione, dove fecero « colazione, durante la quale mia nipote era piuttosto malinconica... « Dalla narrazione che ho fatto si capisce come io non possa dire di « pressioni subite dalla sposa sul suo consenso, perchè, per lo meno, « a me non consta di esse ».

Testis adv. Guido Castiglioni ita testificatur: « La mia impressione per- « sonale, quale ho potuto desumerla dalle informazioni posteriori al « matrimonio, si è che ... la signorina Maria ebbe a dare un assentimento « niente affatto libero, ma imposto, a mio avviso, più che tutto, dal fatto « che il mondo si era impossessato di questo avvenimento, che già di « troppo tardava a risolversi, e che essa signorina Maria sacrificò la sua « volontà alle esigenze di uscire da uno stato assolutamente increscioso ».

Testis adv. Flaminius Binda refert :.« Dichiaro innanzi tutto che «dei fatti antecedenti al matrimonio io non ebbi conoscenza alcuna «diretta, perchè nè conosceva le parti, nè mai intesi parlare di loro. « Quanto posso dire ora del come si effettuò quel matrimonio ... è la « conferma avuta dalla conoscenza delle parti e dei loro famigliari ed « amici, e dalla oonstatazione dei fatti, per mé indiscutibili ormai, che

« la signorina Maria si indusse al matrimonio in seguito a pressioni « subite da parte di persone amiche del capitano, le quali, col proposito «di rendere a questo un segnalato servizio, procurandogli una condi- « zione economica molto agiata, della quale egli dimostravasi impaziente, « riconoscendo il carattere mitissimo e suggestionabile della signorina, « si persuasero che il compito doveva essere anche molto facile... In « special modo tali pressioni insistenti vennero esercitate da una sorella « del capitano, ora ved. Arrigoni, e dalla signora Plantanida Rina, delle «quali vennero appunto prodotti diversi scritti allegati alla domanda « di questo processo ».

Sequitur testimonium adv. Petri Ambrosini-Spinella, actricis fratris, qui eidem iudicis interrogationi ita respondit: « Nulla so di scienza mia « di pressioni esercitate su mia sorella per indurla al matrimonio: ciò « si comprende dal fatto che io era lontano dalla famiglia. Il giorno «del matrimonio ebbi l'impressione di assistere ad un funerale, piut- « tosto che ad un matrimonio, per la freddezza di mia sorella, palesemente «abbattuta. In seguito ebbi notizia delle pressioni esercitate, sia per « lettera che a viva voce, da certe signore Plantanida e Buttafava per «indurla a sposare il capitano Garibaldi. Non so però di qual natura « fossero queste pressioni. Ricordo di aver sentito dire da mia sorella che « fra le altre pressioni vi era anche quella che, in caso di un suo rifiuto, « il capitano Garibaldi si sarebbe suicidato. Ciò che mi spiegò come questo «matrimonio si fosse svolto in circostanze tutt'altro che allegre ».

Demum alius frater Mariae, Eugenius, ita testatur: « Veramente io « con mia sorella parlai qualche volta del suo matrimonio, esponendo «le ragioni mie, per le quali si sarebbe dovuto diffidare, ma mi accorsi « che la signora Rina Plantanida le stava attorno per deciderla, dando, « come dissi, perfino appuntamento in chiesa per farla trovare col capi- « tano. Seppi poi in casa che questa signora con Maria insisteva pel «matrimonio, facendole presente il danno, che il suo rifiuto avrebbe «portato al capitano ed alla famiglia di lui, e particolarmente al padre « del capitano, vecchio e malaticcio, per fare così pressione sopra mia « sorella, che era dolènte per la morte recente del nostro padre. A me «è rimasta l'impressione che mia sorella era veramente decisa per il « ho, e perciò, se non vi fossero state le forti insistenze della signora «Plantanida e della signora Buttafava, il matrimonio non sarebbe « avvenuto ».

Hucusque testes qui in priori instructione processus in iudicium fuerunt inducti. In suppletiva vero instructione, Procuratores actricis, quinque novos articulos testibus proposuerunt, quorum tamen quatuor

priores ad meritum causae parvi vel nihili faciunt. Quaerunt enim: 1) utrum rev. d. Franciscus Balconi, Metrop. Eccl. archipresbyter, qui matrimonio Mariae actricis adstitit, colloquium cum ea habuerit de illo ante diem matrimonii, vel saltem utrum in die matrimonii sponsos separatim interroga ver it; 2) vel potius utrum post matrimonium Maria, pro consilio, rev. dominum Balconi invisent, et tunc ille Mariae dixerit, se, quamvis ante matrimonium notitias contra sponsum habuisse, attamen eas non manifestasse ob timorem processus; 3) utrum d. Balconi post matrimonium nonnullis dixerit, se illud pro nullo habere, ob defectum consensus sponsae; 4) utrum adv. Guido Castiglione eidem d. Balconi exhibuerit exemplar petitionis porrigendae Rmae Curiae eccl. ut nullum matrimonium declararet. Quinta autem quaestio, quam Patroni in argumentum ducunt metus gravis in actricem incussi, inquirit utrum matrimonium celebratum fuerit festinanter, quasi secrete, absque ulla pompa,* omissa quavis consanguineorum vel amicorum invitatione; imo ipsius sponsae matre absente; omnesque qui adfuerunt admirati fuerint moerentem adspectum sponsae. Circa quatuor priores quaestiones ipse rev. archip. Franciscus Balconi plane respondit; scilicet: Ad primum: «Un vero e proprio convegno con la signora Maria Ambrosini-Spinella « non ebbe luogo. Ho la reminiscenza di avere espresso i miei dubbi a «riguardo del suo matrimonio. Ricordo che nella prima deposizione « ho dichiarato di averli espressi, i miei dubbi, colla stessa signora Maria « Spinella . . . . Ma ritornato ora sui miei ricordi, non posso dirmi sicuro « di averli espressi alla signora Spinella, o forse ad altri . . . . In « occasione della formalità del consenso non si è fatta, nè da parte mia « nè da parte degli sposi, nessuna parola in merito al matrimonio. Nè «i futuri sposi furono da me interpellati separatamente ». Relate ad secundam quaestionem declarat: «Ricordo che, tanto accompagnata dalla « signora Malerba, quanto sola, la signora Ambrosini-Spinella è venuta « da me più di una volta a lamentare la condizione creatale dal matri- « monio ed il carattere del marito. Ricordo di avere in questa occasione « dichiarato che queste cose si temevano fin da prima, perchè era voce « comune che il sig. cav. Garibaldi tendesse alla dote e non all'amore «della signora, ma escludo nettamente di avere detto che di queste «cose io non ho parlato per paura di processo. Anzi sono persuaso che « sì, ne ho parlato ». Relate vero ad tertiam, repetit in secunda instructione quod iam in priori asseveravit, nempe: « Escludo assolutamente « di aver mai espresso il convincimento che il matrimonio fosse nullo, « perchè questo convincimento non l'ho mai avuto ». Ad quartam quaestionem quod attinet, respondet: « Verissimo, che il signor avv. Guido

« Castiglione venne da me, come già dissi, a domandarmi presso chi e « come avrebbe dovuto iniziare la causa di annullamento, della quale « era incaricato; verissimo anche che mi pregò di rivedere il ricorso dà « lui già steso e che io ritoccai in parti affatto accidentali, come i titoli « da darsi alle autorità ecclesiàstiche, la forma delia conclusione e « simili ». Ad quintam quaestionem respondit: « Nego assolutamente « che il matrimonio sia stato celebrato con fretta. "Ho condotto nell'ar- « chivió parrocchiale il sig. Castiglione e gli ho fatto vedere sui registri «che le pubblicazioni furono fatte tutte e tre regolarmente, e che il « matrimonio fu celebrato otto giorni dopo la terza pubblicazione; questo, « riguardo al matrimonio ecclesiastico; quanto al civile, non so. Laceri- « monia fu davvero modesta per desiderio di entrambi gli sposi; ma « sulle altre circostanze di inviti, intervènto ed aspetto dèlia sposa, io « non posso deporre nulla ».

Quod matrimonium privatim et absque pompa celebratum sit, etiam alii testes confirmant, quos inter testis Maria Reina in Re, testis Francisca Giussani in Puricelli, testis Adelais Bertoletti vid. Volpi, testis Lina Volpi in Broglio, et demum testis Adelais Malerba-Lacrois, quae comitata est Mariam Ambrosini-Spinella, post eius separationem a marito, apud archipresbyterum Balconi, cuius verba, Mariae dicta, ita refert: « Mon- « signor Balconi... rispose queste testuali parole: " Ma lei sa che il *sì che* « ha pronunciato è un sacramento? „. La signora Ambrosini-Spinella in «risposta disse che negli ultimi tempi non sapeva più quello che si « faceva e che fece quel passo sotto pressione delle signore Plantanida- « De Capitani e Buttafava, e che lo aveva fatto per metter fine a tutte « queste pressioni. Soggiunse mons. Balconi: " Se lei ha dei motivi così «seri da mettere in campo, provi pure, lo era lì lì per mandarla « a chiamare prima del matrimonio, perchè anche io avevo sentito correre «delle voci poco rassicuranti „. Interruppe allora la signora Ambrosini- « Spinella: ** Perchè non l'ha fatto? „. " Ma sa, rispose mons. Balconi, « che un processo di diffamazione è subito fatto! „.

Quod est in iure. - Ante omnia excludendus est ab hoc matrimonio metus reverentialis Mariae, quem asserit coniux Iulius Garibaldi; istius enim assertio nullimode probatur, imo contrarium ex actis plane constat. Remanet ergo ut videamus, utrum matrimonium nullum sit èx simplici metu, quem Maria passa esset. Ut recte procedamus, abs re non erit summa iuris principia breviter recolere, quae materiam huius impedimenti moderantur et regunt. Metus gravis, extrinsecus, iniuste incussus a causa libera et ad extorquendum consensum in ordine ad matrimonium, hoc

ipso iure irritat, quum plena securitate gaudere debeat, ne infelices exitus pariat. Hinc matrimonium, sub hoc metu contractum, prorsus invalidum est (cf. cap; 14-15 h. *t.*- C. *% De eo qui duxit in matrim.).* Metus autem dicitur gravis, quando malum, quod timetur, grave sit pro illa persona quae timet, et haec persuasum habeat illud revéra imminere, vel sibi, vel suis parentibus, liberis, fratribus, imo etiam aliis consanguineis et affinibus aut domesticis (cf. Sánchez, lib. IV, disp. IV; Reiff, lib. 1, tit; 11, n. 19; S. Alphons., lib. VII, n. 1047). At quoniam metus non fit nisi adhibitis minis, ideo persona, metum patiens, minitatum malum imminere credat oportet; unde si persona, quae malum minitatur, executioni minas mandare vel non possit vel saltem non soleat, metus non habetur ut gravis. Pariter si persona, cui metus incutitur, possit quodammodo, absque magna difficultate, malum arcere, implorando ex gr. aliorum auxilium, vel si malum, quod timetur, non imminens sit sed remotum, metus non iudicatur gravis, eo quod facilius periculis longe distantibus occurri possit. Si autem gravitas metus non certa est, hic semper uti levis haberi debet. Ab extrinseco vero incussus, seu a causa libera, esse debet, idest ab homine; nam causa naturalis, vel intrinseca timoris, homini iniuriam non irrogat, nec proinde libertatem laedit matrimonii. Matrimonium enim, in hac hypothesi, nullo cogente, eligitur ab illa persona, quae contrahit* quaeque eligit matrimonium, ceu medium quo conscientiae suae consulat (cf. Santi, *Prael. iur. can.,* lib. TV, tit. I). Metus autem, matrimonium irritans, nunquam praesumitur, sed ab allegante plene probandus est (1, *Cum te non solum ff. de iis quae vis metusque causa fiunt).*

Nunc primum quaeramus oportet, utrum metus, ob quem" Maria Ambrosini-Spiñella suum matrimonium nullitate laborare affirmât', revera probetur ex actis; deinde utrum assertus metus omnes habeat qualitates ut impedimentum dirimens constituere possit.

Asserit Maria, metum sibi irrogatum fuisse a tribus mulieribus, scilicet ab Elisabeth Buttafava, ab Aloisia Garibaldi vidua Arrigoni, sponsi sorore, et ab Alexandrina Plantanida; sed quod attinet ad Elisabeth Buttafava et ad Aloisiam Garibaldi ex actis contrarium potius apparet; utraque enim suasiones et consilia adhibuit ut Mariam ad matrimonium induceret, sed neutra usa est minis vel aliis mediis, ut ei metum incuterei Vidimus in his quae factum respiciunt, Elisabeth Buttafava Mariae non semel dixisse: « Dinanzi a questi screzi e divergenze di gusti il miglior con- « sigi io * che potevo dare e che avrei dato anche ad una mia figlia, era « quello di troncare tutto ». Nullo autem unquam usam fuisse verbo non prudenti apparet. Idem fere dicendum de Aloisia Garibaldi, vid. Arrigoni;

huius nonnullae litterae a Maria iudici exhibitae sunt, in quibus tamen nihil invenitur quod minas sapiat; imo ipsa fatetur Mariae quadam vice dixisse: «Se non vuoi fare il matrimonio, lascia pure stare, che sei «ancora in tempo ». Ad Alexandrina m Plantanida quod spectat, quae plus ceteris de incusso metu accusatur, nihil aliud scimus praeterquam quod asserit Maria; testes enim referunt quae ab hac didicerunt et nemo adfuit colloquiis inter Alexandrinam et actricem. Alexandrina vero, eiusque filia Nessi-Plantanida, ter in iudicium vocatae, contumaces fuerunt, et ideo unica testis circa ea, quae hae mulieres dixerunt et egerunt, est ipsa actrix. Haec autem, cum non sit omni exceptione maior (testis est enim in causa propria), fidem facere nequit; eo magis quod etiam ab Elisabeth Buttafava et ab Aloisia Garibaldi sibi metum incussum fuisse asseruit, quod ex actis minime apparet. Metus ergo qui in medium adducitur ad matrimonium infirmandum, nullimode ex actis probatur. At etiamsi probaretur, essetne omnibus instructus conditionibus, quae a iure requiruntur, ut matrimonium posset irritare? Minae, quas actrix, uti causam sui metus adducit, tres sunt: « Mi dicevano (illa ait) di < guardar bene a quello che io faceva ritirandomi, perchè oramai tutta « Milano ne parlava (del matrimonio) e perchè io inoltre avrei rovinato « quel povero uomo materialmente e moralmente, perchè egli, dato uno « scacco, avrebbe dovuto abbandonare l'azienda ed allontanarsi da Milano; « ed infine avrei cooperato a far morire di dispiacere i vecchi genitori « di lui ». Has autem assertiones falsas fuisse atque inanes vel puer cognoscere potuisset. Interruptio enim tractatus alicuius matrimonii res est, quae fere quotidie in urbibus evenit, nec ullam affert sponsis infamiam; ruinam sponsi necnon istius suicidium, nisi matrimonium evenisset, abnorme erat credere, cum ille numquam haec Mariae dixisset, imo pluries ipse matrimonii tractationem perrumpere minitatus fuisset; parentes autem viri Maria nec agnoscebat quidem. Etsi autem assertum malum sibi, Iulio eiusque parentibus revera instare credidisset Maria, non tamen uti causa metus gravis esset admittenda; non quod pro se timebat, etenim causa metus gravis esse nequit, quae nonnisi parvum damnum inducere potest; neque illud quod timebat pro ceteris, etenim illi, nec affines nec consanguinei nec domestici erant Mariae. Ad rem ait Van de Bourgt: « Auctores communiter admittunt, terreri aliquem posse formidine gravi, ratione maiorum, quae imminent consanguineis aut « affinibus ex licita coniunctione ad quartum usque gradum. Eum animi « motum derivant ex naturali affectione, quae intra illos gradus consanguinei et affines facile se complectuntur. Idem inter eos fieri posse « scribunt, qui arcto amicitiae vinculo ligantur, pariterque accidere posse,

« ut domestici terreantur et moveantur ad actum, propter malum, quod « instat dominis suis » *(De matrim.*, p. 102), Ex his sat clare apparet, mala, quae Mariae minitata fuerunt, non talia fuisse, ut eius menti gravem metum incutere possent. Sed etsi, in hypothesi, contrarium concederemus, essetne hic metus a causa extrinseca, vel potius ab intrinseco procedens, ita ut, licet gravis, dirimere matrimonium non posset? Bene notat appellata sententia, quod Maria non de metu sibi incusso queritur, sed de propria opinione: « ti pensiero di far parlare di me . . . il sentire che « continuamente mi dicevano le signore..».». Unde si quis erat metus, si qua mentis trepidatio, erat ab intrinseco, scilicet a propria Mariae phantasia, aut a propriis eius passionibus et scrupulis. Recte proinde dicit Elisabeth Buttafava: « È andata avanti a forza di cose e convenienze « sociali ». Et Maria Brera: « È andata avanti come per fatalità ». « Hinc quantumvis (uti adnotat rev. Def. Vinc. ex off.) damnare datum esset in casu infaustum interventum auctricum matrimonii, quatenus nedum dubia dissipando, sed mala mulieri impendenda indicando, vel iuxta iudicem Mediolanen., proponendo, illius voluntatem ad matrimonium lucraverint, cum tamen ab earum voluntate non pendebat ipsa mala executioni mandare, vel avertere, praetensus metus, iuris ad normam exactus, non concipitur ». '

Insuper, si reapse Maria invita ad matrimonium adacta fuisset, libenti animo omnes arripuisset occasiones, quas ter saltem Iulius ei praebuit illum deserendi; nempe, prima vice, quando sua petitio matrimonii nondum accepta erat, secunda et tertia vice, quando notarius, in matrimoniali contractu, conditiones apposuerat, ad quas Iulius accedere noluit. E contra Maria, prima vice, ei litteras, matris nomine, scripsit, ut disruptam matrimonii tractationem renovaret; aliis autem vicibus, Mariae mater, filia non renuente, contractus conditiones, prout Iulius volebat, notario immutare iussit. Praeterea, concipi nequit metus in persona cuius voluntas aversa non sit vel matrimonio, vel ei quocum illud contrahere debeat; Maria vero a neutro abhorrebat. Non a matrimonio, eius matre testante: «Devo aggiungere che la mia Maria non era contraria in genere hè in «progetto ad un matrimonio di simpatia: ciò che mi risultò evidente « anche nel caso di altre proposte fattele, che poi fallirono, perchè essa « diceva, in quell'occasione: " Io non voglio congiungermi con un uomo «che io non conosco e non mi entri in simpatia „». Neque a viro, ea ipsa testante: « Il marito per me non presentava alcuna repugnanza « fisica, io me ne stavo rassegnata con lui al mio destino, nella speranza « che cambiasse il suo carattere ed io potessi avere una vita più tran- « quilla ». Audivimus quoque Elisabeth Buttafava testificari : « In quelle

« poche ultime visite, che io ebbi con loro, in occasione di aver ricevute « le lettere anonime sfavorevolissime al capitano, trovai la signorina « Maria qualche volta sinceramente affezionata al suo sposo, e qualche «volta paurosa di proseguire le trattative », etc. Et, quando eadem Elisabeth Mariae dixit: « M* in fine dei conti, se l'hai sposato, è segno che «gli volevi bene; sopporta adunque un poco anche le sue asprezze « di carattere, » haec respondit: « Io l'ho sposato per compassione». Pariter audivimus. Aloisiam Garibaldi testantem: « La signora Maria « Ambròsini, nella intimità della nostra amicizia, mi esponeva le sue «titubanze in ordine al matrimonio con mio, fratello; sapeva di non « essere bella e temeva di non essere abbastanza interessante per mio « fratello: ed aveva timore perciò che mio fratello la sposasse per la « dote ». Quibus consonant ea quae audivimus a teste Lina Volpi-Broglio, Mariae amicissima, necnon a pluribus aliis testibus. v

De cetero non ob metum a se passum ante matrimonium Maria post istud* dereliquit Iulium, sed quia male tractabatur ab eo, ut ipsa ait: «Io sentiva l'obbligazione di adempiere il mio dovere, una volta che «l'avessi sposato, e se non vi fossero state le peripezie successive, io « sarei rimasta con lui, accettando il mio destino ». Si ergo haec adversa non accidissent, numquam Maria suum matrimonium, ob metus causam, de nullitate accusasset. Potius ergo quam de metu, agitur in casu de errore circa qualitates morales Iulii; in quem errorem Maria inducta fuit forsitan a domina -Plantanida. At notum est, errorem non gignere nullitatem matrimonii, nisi quando cadat in substantiam vel in qualitates, quae ad substantiam reducuntur, quod, in casu nostro, minime evenit. Ex hoc apparet, cur Maria ad neminem confugerit, etsi facile potuisset aliorum vel consilium vel auxilium petere contra metum, quem sibi incussum fuisse asseruit; nunc autem tam sollicita sit iudicum opem invocare, ut suum matrimonium nullum decernant. Incassum Mariae advocati ex modo, quo eius matrimonium celebratum est¿ arguere contendunt metum ei incussum fuisse, auctoritatem adducentes Goscii (De *separat, thori,* lib. I, cap. VIII, n. 117), necnon Menóchii *(Depraesumpt.,* lib. 3, *praesumpt. 126,* n. 12) ubi habet: « coniecturam metus illati haberi « quando in matrimonii celebratione nec intervenerint, nec vocati fuerint « consanguinei, propinqui et amici, neque adhibita fuerit pompa, quae « conveniens erat loco, tempori et nupturientium conditioni. Sed celebratio « nimis festina fuit, atque humilis », etc... Etenim (praeterquamquod, in casu nostro, nonnulli consanguinei et amici, sive sponsae sive sponsi, interfuerunt matrimonio, sicut Mariae frater et amita, nec matrimonium festinanter celebratum est, imo octo post dies ab ultimo hanno, sicut

archipresbyter Balconi testatur), ipsi doctores Goscius et Menochius factum suppositum indicant, veluti indicium, seu praesumptionem, non sicut certum argumentum. Illud indicium revera aequivocum est, potest enim idem factum ex aliis etiam causis evenire, uti, ex gr., sive ob modestiam familiarum, sive ob superadultam sponsae aetatem, sive ob diversitatem conditionis inter sponsum et sponsam, sive ob recentem luctum alterutrius nupturientis, etc., et ideo, per se, nisi aliis argumentis fulciatur, nihil probat.

Quibus omnibus in iure et in facto sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes : *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam;* seu *sententiam rotalem diei 8 aprilis anni 1915 esse confirmandam.* Expensas autem iudiciales ab actrice esse sustinendas decernimus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribuna* lium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint*

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 1 augusti anno 1916.

Fridericus Cattani-Amadori, *Ponens.*
Petrus Rossetti.
Raphaël Chimenti.

Ex Cancellaria, die 7 februarii 1917.

Sac. Ioannes Ladelci, *Notarius.*

II

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (VERGNE-LEVOYE)

Benedicto XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno tertio, die 11 decembris anni 1916, MB. PP. DD. Seraphinus Manu, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de Turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Marcellinam Vergne, *actricem, repraesentatam per advocatum ex officio Rev. Aloisium Cambini, et* Ludovicum Levoye, *conventum, in gradu appellationis contra sententiam Rmae Curiae Parisiensis, diei 28 septembris 1916, a Defensore Vinculi Parisiensi interpositae, interveniente et disceptante in causa Rev. Substituto Defensoris Vinculi, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Die 2 februarii anni 1894, Marcellina Vergne, e parochia vulgo dicta *S. Georges des Sept Voies,* dioecesis Andegavensis, oriunda, 15 annos nata, et Ludovicus Levoye, 38 annos natus, matrimonium contraxerunt in ecclesia loci dicti *Thoureil,* eiusdem dioecesis. Cum[1] sponsa has nuptias non sponte müsset, infelicem exitum habuerunt; cohabitatio haud pacifica fuit, licet tres inde nati sint liberi; et post sex annos, Parisiis, quo coniuges se contulerant, se ab invicem separaverünt. Postea uxor sic dictum divortium civile obtinuit. Anno tandem 1913, die 8 decembris, Marcellina, conscientiae suae consulere volens, Curiam Parisiensem libello supplici adiit, enixe petens ut suum cum Ludovico Levoye matrimonium ex capite vis et metus nullum declararetur. Quod et factum est sententia diei 28 septembris 1915, qua decisum est constare de nullitate praedicti matrimonii, ex capite vis et metus, salva legitimitate prolis. A qua sententia cum Defensor Vinculi Parisiensis appellasset, in H. S. O., de more solito, concordatum est dubium: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Quod ad ius pertinet - In foro ecclesiastico, frequens esse solet inquisitio de metu reverentiali, praesertim in re matrimoniali, et quaeritur utrum dirimat matrimonium; cui quaesito respondendum est: Metus reverentialis *per se* non dirimit matrimonium; metus enim reverentialis est timor offensionis superioris, v. g., patris, matris, etc. ; quae offensio utique malum est etiam pro inferiore, quatenus ex ea redun-

dare solet aliqua indignatio superioris contra inferiorem; verum hic metus est naturalis et ab intrínseco ; et insuper praefata offensio, indeque superioris indignatio, licet sit malum, attamen in iure non habetur uti malum grave neque pro puella. In iure romano, matrimonium initum ex solo praecepto aut coactione patris, absque minis aut aliis huiusmodi adiunctis, non censebatur invalidum (L. 22, *De Ritu nuptiarum,*, XXIIÍ, 2) : « Si, patre cogente, (filius) ducit uxorem, quam non duceret, si sui arbi- « trii esset, contrahit tamen matrimonium, quod inter invitos non « contrahitur; maluisse hoc videtur ». Pariter, in iure canonico, professio religiosa, emissa ex mero praecepto patris, non censetur invalida (cap. *Insinuante,* 7, *Qui clerici vel voventes).* Revera, cum ex hypothesi, absint minae et verbera, et gravia iurgia, signum est dictam superioris offensionem, non esse malum ita grave, etiam pro puella. Unde metus reverentialis *simplex,* seu *per se,* non dirimit matrimonium. Sed aliud prorsus est, quando, praeter simplicem metum offensionis superioris, indeque sequi natae eius indignationis, occurrunt adiuncta, ex quibus efficiatur etiam virum aut feminam constantem graviter turbari ; inter huiusmodi adiuncta, doctores enumerant minas, gravia iurgia, verbera, importunas et diuturnas preces aut suasiones; quorum omnium adiunctorum ponderatio prudenti aestimatione iudicis relinquitur. In his ergo casibus, metus reverentialis venit ab extrinseco et a causa libera, et iam non est simplex, sed *mixtus* seu *qualificatus;* et si, de facto, etiam virum constantem graviter turbare natus sit, dirimit matrimonium. Et ita communissima doctorum opinio, a qua nefas sit recedere. Sic Sánchez, De *matrimonio,* lib. IV, disp. 6, n. 7 seq.; Pichler, in tit. *De sponsalibus,* n. 108, in fine; Barbosa, *Vota decisiva,* vot. 77, n. 73 seq.; Lessius, *De iustitia et iure,* lib. II, cap. 17, n. 35; Reinffen., in tit. De *his quae vi,* n. 93-101 ; quibus doctoribus assentiuntur recentiores, v. g., d'Annibale, *Summula,* t. I, § 138, not. 16; Vecchiotti, *Instit. can.,* t. III, *De Sacramentis,* § 99, in fine; Rosset, *De matrimonio,* t. II, n. 1278-1285; Santi, in tit. *De sponsalibus,* n. 144; Wernz, *Ius matrimoniale,* n. 264, edit. 1904 ; Gasparri, *De matrimonio,* n. 942, edit. 1904. Haec etiam fuit iurisprudentia S. Cong. Concilii, quae metum reverentialem simplicem nunquam admisit tamquam dirimentem matrimonium, bene vero metum reverentialem mixtum (vide causas indicatas apud Wernz, loc. cit.). Et haec est etiam iurisprudentia S. Rotae, quae, ad dirimendum matrimonium, admittere solet metum reverentialem mixtum, uti fecit, v. g., in *Parisien., diei* 26 februarii 1910; in altera *Parisien.,* diei 13 martii 1911; in *Nicien.,* diei 19 februarii 1916; ex qua ultima sententia, magna ex parte, haec iuris expositio desumpta est.

Quod ad factum spectat. - Cum genitores Marcellinae Ludovicum Levoye, opificem, ex amicorum relatione, cognoyissent, eum domi receperunt; ille autem frequentissime hanc domum adibat, ibique saepe cibos sumebat, imo noctem transigebat. Erat tunc Marcellina puella vix tredecim annos cum dimidio nata; quae in vico propinquo apud Mariam Gharveau artem sarcinatricum addiscebat, et quolibet sabbato in domum paternam redibat, ubi die dominica cum genitoribus remanebat. Ibi igitur Ludovicum cognovit, quem mater ipsi in maritum proposuit.

Porro ad hoc filiae cum Ludovico matrimonium mater valde propensa erat; quibus causis moveretur, sic exponit actrix in suo interrogatorio, ad 6: « Une fois, ma mère me pressait d'accepter la main de « Mr Levoye, disant qu'il avait du bien, de l'argent, que je serais heu- « reuse, que je n' irais plus travailler chez les autres, que je serais chez « moi. Je répondis à ma mère, avec une sorte de colère : " Eh bien, puis- « qu'il te plaît tant, prends-le pour toi! „. Ma mère me répondit: " Si je « le pouvais, je le prendrais volentiers „; et elle me donna un soufflet... « Un jour notre propriétaire, en me parlant, me fit cette réflexion: " C'est « dommage, ma pauvre petite, que ton père ne soit pas mort; car l'homme « qu'on veut te donner conviendrait bien mieux à ta mère qu'à toi „ ». Igitur mater hoc filiae matrimonium vehementer exoptabat, tum quia Ludo vicus dives dicebatur, tum quia matri valde acceptus et gratus erat: de suspicione hinein matrem iniecta nihil iuridice probari potest. Hanc alteram causam etiam alii testes indicant aut insinuant, v. g. Aloisia Cirot, ad 5; Augustus Cirot, ad 19; Felicitas Couturier, ad 5.

E contra Marcellina, puella 13 annorum, a viro sibi in matrimonium proposito, summopere abhorrebat, tum quia Ludovicus, 36 annos natus, ipsam viginti tribus annis superabat ; tum quia vino multum deditus erat, et saepissime ebrius. Ait Marcellina, ad 6: « Quand ma mère, la « première fois, me demanda si je voulais l'épouser, je lui répondis que « cela n'était pas possible, qu'il me déplaisait, qu'il était trop âgé pour « moi, qu'il pourrait être mon père. Mr Levoye était constamment ivre ; « et, une fois, il était dans un tel état, qu'on le mit sur une brouette « et on le conduisit dans notre cour pour le montrer à mes parents. « Je fermai la porte sur lui, en disant à ma mère: " Regarde, quelle «horreur d'homme!,,». Tertiam causam suae contra Ludovicum repugnantiae allegat Marcellina, in suo libello supplici, scilicet quia viduus erat: « De plus il était veuf¿ et cela m'éloignait encore de lui ». Primam repugnantiae causam, scilicet provectam Ludovici aetatem, allegant etiam testes, v.g. Renatus Grégoire, ad 6; Felicitas Couturier, ad 6, etc.-

Itaque Marcellinae mater reluctantem et pertinacem filiae voluntatem ad sua vota flectere aggressa est suasionibus, promissionibus, iurgiis, minis, verberibus. Ait testis Augustus G ir ot, ad 7: « Elle a été « amenée au mariage pas les efforts de ses parents: elle était très jeune, « on venait à bout d'elle par des promesses, des menaces; et elle a « été plusieurs fois battue par sa mère. Je suis certain que des coups « lui ont été donnés pour l'amener à consentir au mariage ». Similia refert Aloisia Girot, ad 7 : « Jusqu'au bout, les impressions de Marcel« line Vergne à l'égard de Louis Levoye sont restées les mêmes. Dès « qu'il a commencé à fréquenter la maison, c'est-à-dire plus d'un an « avant le mariage, peut-être deux, car la fille n'avait guère alors que « treize ans, on a commencé à dire à Marcelline qu'elle devait devenir « sa femme. On l'a menacée, on l'a battue et jusqu'au jour où elle a « eu quinze ans et trois mois; et alors* malgré elle, on l'a mariée ». Ita pariter Maria Char veau, ad 7: « Les parents ont forcé leur fille à « ce mariage. Elle a été forcée tout le temps. Jamais elle n'a voulu de « ce jeune homme. Les parents l'ont forcée; elle pleurait tout le temps; « et ses parents allaient jusqu'à la battre. Oui, il y a eu plusieurs fois «des voies de fait». Sic etiam Maria Charpy, ad 7: «D'après moi,.la «jeune fille a été contrainte par sa mère. La contrainte a été conti« nuetle, depuis l'âge de treize ans jusqu'au mariage. La mère, d'après «ce que la fille me disait alors, battait sa fille; et elle menaçait de la « battre encore, si elle ne voulait pas épouser Levoye. Ces menaces « ont duré jusqu'au mariage ».

Nec dicatur minas et verbera allegari quidem a testibus, taceri autem ab actrice. Nam actrix excludit quidem verbera ex parte patris, non vero ex parte matris; dicit enim in suo interrogatorio, ad 7: « Au « début, mon père n'était pas partisan de ce mariage ; il fit même des obser« vations à ma mère à ce sujet, lui représentant que ce mariage n'était « pas possible, cet homme étant toujours ivre. Ensuite, il fut de l'avis de « ma mère. Bien souvent il me fit remarquer que je devais épouser cet «homme qui avait de l'argent, et qu'ainsi je serais chez, moi, etc., etc. « Mais mon père ne m'a -pas frappée. J'avais environ treize ans et demi, «peut-être quatorze, quand on commença à me parler de mariage avec « L. Levoye; et jusqu'au mariage mes parents n'ont pas cessé de me « tourmenter pour me faire accepter l'homme de leur choix. Ma mère « me faisait des promesses de toutes sortes, d'objets de toilette, de « ménage, que mes sœurs n'avaient pas eus ». Imo, in eodem interrogatorio ad 6, in verbis iam supra relatis, actrix alapam sibi a matre impactam expresse memorat. Quae omnia concordant cum his quae

eadem actrix in libello introductivo refert: « Ce mariage s'est fait contre « ma volonté: ce n'est que contrainte par les instances, et même par «les menaces et les violences, de la part de ma mère principalement, « que j'ai fini par épouser Mr Levoye ».

Porro his genitorum suasionibus et vexationibus filia non flectebatur; imo coactioni sibi illatae semper, uti et quantum potuit, restitit. Coram genitoribus lacrymis et protestationibus resistebat; ait ipsa, ad S: « J'ai toujours dit âmes parents que je ne voulais pas de cet homme, « et bien souvent ils m'ont vue pleurer. Ma mère me disait parfois « qu'elle me ferait punir par mon père si je n'obéissais pas ». Conversationem et praesentiam Ludovici, quantum poterat, vitabat; de quo ait testis Aloisia Cirot, ad 6: « 11 n'était pas possible qu'elle vînt chez elle «sans y trouver cet individu. Elle essayait de l'éviter le plus qu'elle « pouvait, refusant même d'entrer dans la maison, en sorte que sa « mère était obligée de la battre pour la faire entrer. Cela, je l'ai vu de «mes yeux». Insuper recurrit ad vicinos, et praesertim ad patruum sponsi, ut apud suos genitores, ad impediendum matrimonium, interveniant. Ait Marcellina, ad 8: « Oui, j'ai demandé à des voisins d'inter« venir auprès de mes parents pour empêcher ce mariage ». Revera patruus intervenit, sed frustra, ut Aloisia Cirot testatur, ad 8: « La jeune «fille ne pouvait guère résister;tout ce qu'elle pouvait faire,c'était de « faire intervenir d'autres personnes, entre autres défunt mon père, oncle « de Louis Levoye, qui appréciait son neveu à sa juste valeur. Il a « essayé de raisonner les parents de Marcelline, pour les empêcher de « donner ainsi leur fille à Levoye; mais il n'y avait rien à faire». Quin etiam Marcellina ipsi Ludovico repugnantiam suam manifestavit, imo aperte declaravit. Ait testis Augustus Cirot, ad 9: « Marcelline Vergne, « à ma connaissance, a fermé plusieurs fois la porte au nez de Levoye, « en particulier un jour qu'on lui avait amené son fiancé tellement ivre « qu'il était transporté dans une brouette. Je ne sais pas pourquoi celui-ci « n'a pas compris et n'a pas renoncé au mariage ». Pariter Aloisia Cirot, ad 9: « Marcelline a répété sans cesse à Louis Levoye qu'elle ne vou« lait point de lui ».

Et haec fuit agendi ratio Marcellinae per quindecim aut octodecim menses, qui a prima matrimonii propositione usque ad ipsum matrimonium effluxere; nec unquam propositis, aut potius impositis sibi nuptiis acquievit; sed eius repugnantia, simul et coactio matris, usque ad ipsum matrimonium perdurarunt. De quo haec verba iam recitata Aloisiae Cirot, ad 7: « Jusqu'au bout, les impressions de Marcelline Ver« gne à l'égard de Louis Levoye sont restées les mêmes... On l'a me-

« nacée, on l'a battue et jusqu'au jour où elle a eu quinze ans et trois « mois; et alors, malgré elle, on l'a mariée ». Hic notetur, in Gallia, non valere matrimonium civile puellae ante annos 15 completos initum *(Cod. Civ.,* art. 144). Coactionem Marcellinae illatam usque ad matrimonium perdurasse, patet etiam ex eo quod in civili ritu matrimoniali explendo contigit. Coram enim magistratu constituta, Marcellina, interrogata utrum Ludovicum Levoye in maritum acceptaret, ad adstantes se convertit, quasi consilium aut auxilium ab ipsis petens ; cum autem omnes facerent, puella, nihil amplius habens quod ageret, magistratui affirmative respondit. Quod sic refert testis Augustus Cirot, ad 12: « J'étais à la «mairie. Tout le monde a pu remarquer, comme moi, qu'au lieu de « répondre tout de suite aux questions de l'officier de l'état civil, Mar- « celline regarda tout le monde comme pour chercher un secours: elle « attendait que quelqu'un eût le courage de lui dire de répondre : *Non* ». Concinit actrix in suo interrogatorio, ad 12.

Quae omnia confirmationem accipiunt ex iis quae matrimonium subsecuta sunt. ipso die nuptiarum, inter epulas Ludovicus vino obrutus sensi busque destitutus, a propinquis in cubiculum super lectum delatus est, ubi usque ad sequentem diem remansit : Marcellina vero in alio cubiculo per totam noctem flevit; vixque, orto die, nolens virum adire, ad matrem se confugit; haec vero filiam pede expulit, invitamque ad maritum remisit: quod refert testis Aloisia Cirot, ad 16: « La jeune fille, « après une pareille nuit de noces, ne demandait qu'à rentrer chez ses « parents; elle y retourna dès le lendemain matin des noces; sa mère, « qui était très méchante,... ne voulut pas la recevoir: elle l'accueillit « à coup de pied, et la pauvre fille s'en retourna chez son mari, qui, de « son côté, ne lui ménageait pas les coups. Je ne crois pas qu'elle ait « jamais, dans la suite, regretté autre chose que d'avoir accompagné « Levoye à la mairie et à l'église ». Sic infauste incepta, vita coniugalis non fuit pacifica, licet inde tres liberi suscepti sint; post sex annos, cum coniuges Parisios se contulissent, separatio inter coniuges inita est, et divortium civile, a Marcellina petitum, a iudice decretum fuit.

Unde dubium esse nequit, quin Marcellina suum consensum matrimonialem praestiterit sub influxu metus reverentialis, adiunctis suasionibus importunis et diuturnis, iurgiis, verberibus et minis ; unde, secundum ea quae in expositione iuris dicta sunt, matrimonium nullum est.

Nec dicatur praefatum metum reverentialem eiusque adiuncta iuridice non esse demonstrata, deficientibus testibus ocularibus. Nam in causis quae sunt difficilis probationis, et praesertim in metu probando, admittuntur testes de auditu ; imo, ut ait Mascardus *(De probationibus,*

conci. 1052, n. 4-6), in metu probando admittuntur etiam coniecturae et indicia, tum quia metus solet clam inferri, tum quia metus afficit mentem, cum sit, iuxta notissimam definitionem, *instantis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio.* Porro, in praesenti causa, quinque sunt testes de auditu, scilicet Maria Charpy, Maria Fresneau, Augustus Cirot, Aloisia Cirot, Maria Charveau, qui rem audierunt ab ipsa Marcellina in tempore minime suspecto, scilicet ante ipsum matrimonium; insuper duo sunt testes famae seu rumoris publici: scilicet Renatus Grégoire et Felicitas Couturier; cum enim Marcellina puella esset 13 annorum, quibusvis vicinis et notis suam contra propositum matrimonium repugnantiam manifestabat, ut ait Maria Fresneau, ad 9: « Je ne sais « pas si elle a dit à Mr Levoye l'antipathie qu'elle avait pour lui, mais « elle l'a dit à tout le monde ». Unde in totum vicum rumor permanserat, hoc matrimonium a Marcellina coacte iniri. De quo rumore publico testantur praefati Renatus Grégoire, ad 18, et Felicitas Couturier, ad 7. Nec desunt omnino testes oculares; nam supradicta Aloisia Cirot, secundum quod ipsa refert, ad 6, in verbis iam supra recitatis, Marcellinae matrem vidit verberibus filiam caedentem, quia Ludovicum adire detrectabat. Insuper quinque testes de auditu supra nominati, fuerunt etiam testes oculares repugnantiae Marcellinae contra matrimonium, eiusque protestationum et lacrimarum, quae omnia ad metum utique pertinent, utpote eius elementa, effectus et indicia. Nihil igitur deest in iuridica metus probatione. Quod autem in hac, causa non multi testes audiri potuerint, non mirum est, quia de factis agitur quae ad viginti annos, et amplius, retroascendunt.

Solvendae remanent quaedam difficultates.

1) Marcellina per sex annos, cum viro cohabitavit, et, matrimonialia officia non detrectans, tres suscepit liberos; inde metum purgasse, et consensum confirmasse censetur. - Resp.: ex cohabitatione aut copula habita non purgatur metus, nisi quando cohabitatio est pacifica, et copula sponte suscepta, ad normam cap. *Ad id,* 21, *De sponsalibus,* et cap. *Insuper, Qui matrimonium accusare,* etc. Porro, in specie, de indole pacifica cohabitationis et de spontaneitate copulae, ex parte uxoris, nullo modo constat, cum e contra mala agendi ratio viri nunquam mutata sit, nec repugnantia uxoris, unde, post sex annos, separatio coniugum secuta est. Sed, quidquid id est, metus in specie dici nequit purgatus, quia matrimonium contractum fuit in loco, ubi decretum Tridentinum *Tametsi* promulgatum erat: porro, in his locis, quando impedimentum metus publicum est, aut in iudicio probari potest, metus purgari nequit, nisi per renovationem consensus in forma Tridentina:

quod est indubitati iuris, et pluries animadversum est in S. Rota, v. g., in *Veszprimien.,* 2 iunii 1911, et in *Tarvisina,* 11 martii 1912 *(Acta Apostolicae Sedis,* t. IV, pp. 115, 516).

2) Marcellina Curiam ecclesiasticam Parisiensem, ad declarationem nullitatis matrimonii sui impetrandam, non adivit nisi post circiter viginti annos a contracto matrimonio, scilicet die 8 decembris 1913: quod gravem suspicionem contra eius bonum ius ingerit. - Resp. : Marcellina, puella rusticana et prorsus ignara iuris, matrimonium religiosum praedicta materna coactione dirimi posse non putabat; hoc non didicit nisi serius a suo procuratore civili, ut ipsa ait, ad 18: « La première idée de nullité de mon mariage religieux me fut donnée par mon « avoué. J'ai consulté, ensuite, Mr le Premier Vicaire de St-Pierre du « Gros Caillou, qui m'a adressée à Mr Deschamps ».

His ergo omnibus tam in iure quam in facto consideratis et bene perspectis, Christi nomine invocato, nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus : *Constare de nullitate matrimonii inter Marcellinam Vergne et Ludovicum Levoye,* ideoque, confirmata sententia Rrnae Curiae Parisiensis, ad dubium propositum respondemus : *Affirmative.*

Ita pronunciamus et definitive sententiamus mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 11 decembris 1916.

Seraphinus Many, *Ponens,*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

L. ® S:

Ex Cancellaria, 16 decembris 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

III

LONDONEN.

DISMEMBRATIONIS.

DECRETUM DE LITE FINITA.

Ab hoc S. Tribunali, die .5 augusti anni 1914, lata est in prima instantia sententia definitiva, qua decretum est legitimam esse dismembrationem parochiae Dominae Nostrae *du Lac*, in dioecesi Londonensi (Canada), et aequo modo partitioni onerum inter parochiam matricem et parochiam filialem provisum est. Contra hanc sententiam appellarunt Illmus episcopus Londonensis et Rev. parochus Beaudoin, rector parochiae matricis, ille a parte sententiae quae de partitione onerum inter parochias statuit, hic a parte sententiae quae legitimam esse dismembrationem definit. Quod attinet ad Promotorem Iustitiae, qui pars principalis in iudicio fuerat ut leges canonicas de parochiarum dismembratione tueretur, non appellavit; revera sententia ad eius mentem pronunciata fuerat. Cum quaedam difficultates ortae essent utrum Illustrissimus Episcopus Londonensis suae appellationi renunciasset, an illam retinuisse!, ab hoc S. Tribunali, die 28 mensis iulii 1916, sententia interlocutoria decretum est Illmum Episcopum suae appellationi non renuntiasse, ideoque litem in secunda instantia coram S. Rota pendere (hanc sententiam videre est in hoc periodico *Acta Apostolicae Sedis*, in hoc volumine IX, p. 151).

Verum, habita notitia huius sententiae interlocutoriae, et re melius perpensa, Illmus Episcopus Londonensis, die 13 octobris 1916, suam contra Rotalem sententiam diei 5 augusti 1914 appellationem revocavit, uti constat ex eius epistola eiusdem diei 13 octobris. Ex altera parte Rev. parochus Beaudoin, in instrumento authentico diei 22 decembris 1916, haec scripsit: « ... par les présentes nous déclarons que si « Monseigneur Michel François Fallón retire son appel et paye les frais « de cette seconde instance, nous, de notre côté, nous accepterons cette « renonciation et nous retirerons notre appel et nous paierons nos frais « de cette seconde instance. Par les présentes nous donnons à notre « procureur, l'Illustrissime Vincenzo Sacconi, un mandat très spécial qui

« l'autorise à accepter la renonciation de l'appel qui sera faite par Monseigneur Fallón, ou son procureur, et à retirer notre propre appel et « à faire toutes les autres choses qui en rapport avec cette présente « cause exigent un mandat spécial ». Cum ergo, ut dictum est, Illustrissimus Episcopus Londonensis suam appellationem revocaverit, etiam Rev. parochus Beaudoin suam appellationem revocat. Itaque cum Promotor Iustitiae contra sententiam diei 5 augusti anni 1914 non appellaverit, et ambae partes appellantes suae appellationi renuntiaverint, partes litigantes in hoc iudicio deficiunt, et ideo lis finita est.

Quod attinet ad huius secundae instantiae expensas, cum Illustrissimum Episcopus Londonensis prior appellationem deseruerit, eius erat, ad normam § 223 *Regularum S. Rotae,* omnes instantiae expensas solvere. Verum Rev. parochus Beaudoin, ut supra visum est in instrumento diei 22 decembris 1916, sponte consentit ut expensae compensatae inter partes habeantur; quam compositionem acceptat etiam Illustrissimus Episcopus Londonensis, ut patet ex eius mandato speciali diei 9 maii 1917 ad suum in S. Rota procuratorem directo. Igitur huius instantiae expensae compensatae remanent inter partes.

In sua instantia diei 9 ianuarii 1917, D. advocatus D'Alessandri, procurator Curiae Londonensis, praeter renunciationem appellationis factam, petit, nomine Ilhni Episcopi, ut corrigatur error qui irrepsit in praedicta sententia Rotali diei 5 augusti 1914. Dictum est enim in hac sententia *(Acta Apostolicae Sedis,* vol. VII, p. 80) Rev. Sacerdotem Robert, rectorem novae parochiae filialis, esse sacerdotem anglum, cum revera sit gal Ius. Porro ratio iusti et aequi postulat ut huic petitioni procuratoris D'Alessandri fiat satis. Constat enim ex scripta attestatione ipsius sacerdotis Robert, nulli certe suspicioni obnoxia, ipsum civem esse Franco-Canadensem, eiusque patrem et matrem esse cives Franco-Canadenses, eiusque linguam maternam esse gallicam. Insuper procurator alterius partis et Promotor Iustitiae, debite hac de re interrogati, responderunt in scriptis se petitae correctioni non obstare. Cum itaque agatur de errore mere materiali, proculdubio delendus est. Nec obstat § 174, n. 2, *Regularum S. Rotae,* in quo cautum est, ut huiusmodi errores materiales corrigantur a Turno qui sententiam protulit; nam in hoc paragrapho, sicut et in toto titulo V, agitur de sententiis quae nondum a iurisdictione Turni iudicantis subductae fuerunt per appellationem; in nostra autem specie iam a longo tempore, scilicet a die 25 novembris anni 1914, sententia et tota causa *Londonen.-Dismembrationis* in iurisdictionem Turni sequentis transierunt.

His ergo omnibus, tam in iure quam in facto, bene consideratis et

perspectis, et visis omnibus documentis supra indicatis, infrascriptus Ponens:

1. Declarat et decernit, in sententia diei 5 augusti 1914 (*Acta Apostolicae Sedis,* vol. VII, p. 80), legendum esse Rev. Robert esse « sacerdotem gallum », non vero anglum;

2. Declarat et decernit, cum Illmus Episcopus Londonensis et Reverendus parochus Beaudoin appellationem a se contra sententiam Rotalem diei 5 augusti 1914 factam revocaverint, hanc sententiam transisse in rem iudicatam et litem esse finitam;

3. Tandem mandat ut hoc decretum quam primum typis edatur in periodico officiali *Acta Apostolicae Sedis,* statuens praeterea expensas huius secundae instantiae inter partes esse compensatas.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 22 iunii 1917.

Seraphinus Many, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria, 23 iunii 1917.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

DE PRAESCRIPTIS ALIQUORUM CODICIS CANONUM

Episcopi aliive locorum Ordinarii complures a SS. D. N. Benedicto Pp. XV demisse efflagitarunt ut, nulla interposita mora, vigere incipiant praescripta Codicis i. e. quae sequuntur:

1° Canonis 859, § 2;
2° Canonis 1108, § 3;
3° Canonis 1247, § 1;
4° Canonum 1250, 1251, 1252, 1253, 1254.

Beatissimus Pater, in audientia die 19 mensis augusti infrascripto Cardinali data, relatas preces benigne excipiens, decrevit, praescripta canonum, de quibus supra, ex hoc ipso die vim habere; praetereaque, Motu proprio, concessit ut S. R. E. Cardinales iam nunc omnibus ac singulis fruantur privilegiis quae can. 239, § 1, 240, 600, n. 3, 1189, 1401, eiusdem Codicis describuntur. Quae omnia promulgari iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Vaticanis die 20 mensis augusti anni 1917.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 7 agosto 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Ordinaria*, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie: .

1. Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Lodovico Maria Calco, Sacerdote professo dell'Ordine dei Predicatori;
2. Parimente introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria Antonia di San Giuseppe De Paz y Figueroa;
3. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Innocenzo da Berzio, Sacerdote professo dei Minori Cappuccini;
4. Ed intorno alla revisione degli scritti della Venerabile Serva di Dio Anna Maria Lapini, Terziaria Francescana, fondatrice delle Suore delle Sacre Stimmate di Nostro Signore Gesù Cristo.

Martedì 14 agosto 1917, presso *V* Emo e Rino Signor Cardinale Francesco di Paola Cassetta, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Venerabile Servo di Dio Mariano da Rocca Casale, Laico professo de' Frati Minori, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria*, nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù, esercitate dallo stesso Venerabile Servo di Dio.

SEGRETERÌA Di STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

14 agosto 1917. L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore delle Terziarie Francescane della Sacra Famiglia di Dubuque.*

23 » » Mons. Enrico Salvadori, *Consultore della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

7 agosto 1917. Mons. Giovanni Von Euch, vescovo titolare di Anastasiopoli e vicario apostolico di Danimarca.

Protonotario apostolico ad instar participantium :

8 agosto 1917. Mons. Francesco Amato Boull, della diocesi di Quimper.

Prelati Domestici di S. S.:

31 gennaio 1.917. Mons. Ladislao Dvorak, della diocesi di Budweis.
24 febbraio » Mons. Giuseppe Tittel, dell'archidiocesi di Olmütz.
4 maggio » Mons. Guglielmo Luigi Pape, della diocesi di Sioux-City.
Mons. Michele Kolossvary, della diocesi di Vacz.
Mons. Giuseppe Podhoranyi, della medesima diocesi.
16 giugno Mons. Carlo Bancroft Murray, della diocesi di Kingston.
18 luglio Mons. Giovanni Battista Benedetti, dell'archid. di Urbino.
» » Mons. Cesare Gasperini, della medesima archidiocesi.
27 » Mons. Francesco Parrillo, difensore del Vincolo al Tribunale della S. Rota.
29 luglio Mons. Michele Ryan, dell'archidiocesi di Adelaide.
» » Mons. Giorgio Williams, della medesima archidiocesi.
Mons. Tito Pagliccia, della diocesi di Penne.
3 agosto, Mons. Agostino Pieper, della diocesi di Paderborn.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine Piano:

18 agosto 1917. Al sig. marchese Giovanni Pellegrini Quarantotti, Esente Aiutante Maggiore nel Corpo delle Guardie Nobili di S. S.

H Cavalierato dell'Ordine Piano:

22 agosto 1917. Al sig. marchese Pietro Pellegrini Quarantotti, Guardia Nobile di S. S.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

1 giugno 1917. Al sig. Gustavo Eller Vainicher, dell'archidiocesi di Napoli.
26 luglio » Al sig. dott. Carlo Melchiorre Hopmann, dell'archidiocesi di Colonia.
1 agosto » \ Al sig. cav. Giovanni Battista Bavassano, dell' archid, di Bologna.
3 » » Al sig. cav. Massimiliano Siegert, dell'archidiocesi di Monaco.
» » » Al sig. Dedjazmatche Moulou Guiéta, Ministro degli Affari Esteri in Etiopia.
18 » » Al sig. prof. Ottone Fischer, della diocesi di Breslavia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

22 agosto 1917. Al sig. cav. Tito Arcangeli, maggiore della Guardia Palatina d'onore.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 maggio 1917. Al sig. dott. Pietro G. MoyIan, dell'archidiocesi di Filadelfia.
27 luglio » Al sig. Guglielmo Niemann, della diocesi d'Hildesheim.
1 agosto » Al sig. Alessandro Zuccheri, dell'archidiocesi di Bologna.
3 » » Al sig. Gaspare Canisio, della diocesi di Paderborn.
10 » » Al sig. Ottavio Ianni, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. *Gregorio Magno, classe militare:*

22 agosto 1917. Al sig. Vincenzo Orreca, sottotenente della Guardia Palatina d'onore.

*Il Cavalierato **dell**'Ordine di S. Silvestro Papa:*

26 luglio 1917. Al sig. Nicola Bottaro, della diocesi di Sira.
18 agosto » Al sig. Catello Starace, della diocesi di Castellammare di Stabia.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

15 gennaio 1915. Mons. Vincenzo Miossevich, dell'archidiocesi di Zara.
» » » Mons. Angelo Piasevoli, della medesima diocesi.
28 maggio » Mons. Giovanni Dantas Ferreira Lima, dell'archidiocesi di Fortalezza.
4 luglio 1917. Mons. Giuseppe Nunes da Silva Camerro, dell'archidiocesi di Bahia.
» » » Mons. Giovanni Alfredo Furtado, dell'archid. di Fortalezza.
20 » » Mons. Francesco Solinas, della diocesi di Alghero.
» » » Mons. Michele Filia, della medesima diocesi.
24 » » Mons. Mainardo Van Oss, della diocesi di Bois-le-Duc.
1 agosto » Mons. Antonio Corvo, delle dioc. di Corneto e Civita Vecchia.
» » » Mons. Ivo Benedetti, delle medesime diocesi.
2 » » Mons. Alfonso Zagni, dell'archidiocesi di Bologna.
4 » ». Mons. Giuseppe Florczak, della diocesi di Wladislavia.
14 » » Mons. Domenico Maielli, della diocesi di Troia.
» » » Mons. Domenico Marziale, della medesima diocesi.
» » » Mons. Antonio Réboli, della diocesi di Piacenza.
22 » » Mons. Raffaele Chiucchi, della diocesi di Fabriano.
25 » » Mons. Michele Leon Prado, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S.:

16 agosto 1917. Mons. Arturo Quattrucci.
17 » » Mons. Guglielmo Ormond, della diocesi di Auckland.

16 agosto 1917 Mons. Giovanni Floersh, della diocesi di Náskville.
18 » » Mons. Giambattista Bernardini, della diocesi di Tivoli.
» » » Mons. Amedeo Bussi, della medesima diocesi.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

21 agosto 1917. Mons. Bernardo De Felicis.

NECROLOGIO

agosto 1917. Mons. Nicola Matz, vescovo di Denver (Colorado, Stati Uniti di America).
» » Mons. Leone Adolfo Lenfant, vescovo di Digne.
» » Mons. Luigi Enrico Izquierdo y Vargas, vescovo di Concezione (Chili).
» » Mons. Antonio Lamberti, vescovo di Conversano.
» » Mons. Edoardo Tommaso O'Dwyer, vescovo di Limerick (Irlanda).
» » Mons. Tommaso F, Kennedy, arcivescovo titolare di Seleucia d'Isauria.

Annus IX - Yol. IX Die 1 Octobris 1917 Nu ni. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEITIM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE

OPPIDUM BRENTW00D IN EPISCOPALEM CIVITATEM ERIGITUR ET IN EO SEDES EPISCOPALIS CONSTITUITUR NOVAE DIOECESIS IN ANGLIA NUPER ERECTAE.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universalis Ecclesiae procuratio, Romanis Pontificibus credita, illos admovet ut novas in orbe catholico dioeceses constituant, quum id ad maiorem dominici gregis utilitatem cedere videatur.

Cum igitur ad incrementum religionis et ad maius animarum bonum opportunum et necessarium visum sit ut latissima Westmonasteriensis archidioecesis, in Anglia, in duas partes divideretur novaque et distincta dioecesis efformaretur, Nos, de consensu dilecti filii Nostri Francisci tituli S. Pudentianae S. R. E. Cardinalis Bourne, hodierni archiepiscopi Westmonasteriensis, suppleto insuper, quatenus opus fuisset, aliorum, quorum interest vel ^sua interesse praesumeret, consensu, ex consulto quoque Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationis Consistorialis Patrum, Comitatum seu Provinciam civilem, cui nomen *Essex,* a dioecesi Westmonasteriensi distraximus atque divisimus et in propriam ac distinctam dioecesim constituimus et suffraganeam Metropolitanae Ecclesiae Westmonasteriensi statuimus ac decrevimus.

Imminente autem Consistorio diei vigesimae secundae mensis martii currentis anni Domini millesimi nongentesimi decimi septimi, ne res infecta diu remaneret et beneficium differretur, Nos in novae dioecesis Administratorem Apostolicum, usque dum de nova sede et Cathedrali Ecclesia deligenda aliisque determinandis opportuna consilia susciperentur, dilectum filium Bernardum Ward, collata eidem in memorato Consistorio Episcopali dignitate una cum titulari Ecclesia Lyddensi, deputavimus.

In praesenti vero cum iidem Archiepiscopus Westmonasteriensis et Administrator Apostolicus censuerint optimum consilium esse, sedem episcopalem novae dioecesis in civitate *Brentwood* collocare, Cathedralem Ecclesiam in ea constituere, ab eaque nomen novae dioecesis indicare, Nos, omnibus mature perpensis, de Apostolicae potestatis plenitudine, memoratum oppidum *Brentwood* in civitatem episcopalem erigimus et in eo sedem episcopalem constituimus, cum omnibus iuribus et privilegiis quibus ceterae sedes Episcopales in Anglia gaudent.

Quod vero attinet ad novae dioecesis regimen et administrationem, ad novi Episcopi eiusque in Episcopatu successorum potestatem, auctoritatem, attributiones, officia, iura ac munia, item ad clericorum et fidelium iura ac onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus, quae Sacri Canones et praecipue Tridentinum Concilium statuunt ac praescribunt: sartis tectis ceteris declarationibus deinceps a S. Sede editis servatisque de iure servandis, sicut in ceteris omnibus Angliae dioecesibus.

Fines insuper novae Brentwoodensis dioecesis eos volumus et decernimus esse, quos nunc habet Comitatus civilis, seu Provincia, cui nomen *Essex.*

Ad novam denique Cathedralem Ecclesiam Brentwoodensem eumdem Venerabilem Fratrem Bernardum Ward transferimus eique in Episcopum praeficimus et pastorem ipsumque proinde a vinculo, quo titulari Ecclesiae Episcopali Lyddensi tenetur, absolvimus.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis. Ad haec autem exequenda deputamus eumdem Cardinalem Archiepiscopum Westmonasteriensem, eidem necessaria huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione, imposito onere Romam ad Sacram

Congregationem Consistorialem infra sex menses, fidem, authentica forma exaratam, absolutae executionis huius mandati transmittendi. Decernimus denique has praesentes litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini MCMXVII, die XX mensis iulii, Pontificatus Nostri anno tertio.

Loco *Cfr* Plumbi

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *S. B. E. Cancellarium.*

® C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen. *S. C. Consistorialis Secretarius.*

lieg, m Cane. Ap., vol. XV, n. 40.

M. RIGGI, *a tabulario C. A.*

MOTU PROPRIO

COMMISSIO INSTITUITUR AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

BENEDICTUS PP. XV

Cum iuris canonici Codicem, fel. rec. decessoris Nostri Pii X iussu digestum, non multo ante, exspectationem totius catholici orbis explentes, promulgaverimus, Ecclesiae bonum ipsiusque natura rei profecto postulant ut, quantum fieri potest, caveamus, ne aut incertis privatorum hominum de germano canonum sensu opinionibus et coniecturis, aut crebra novarum legum varietate, tanti operis stabilitas in discrimen aliquando vocetur. Quapropter propositum Nobis est utrique incommodo occurrere; quod ut efficiamus, Motu proprio, certa scientia atque matura deliberatione Nostra, haec quae infra scripta sunt statuimus atque decernimus :

I. Exemplum decessorum Nostrorum secuti, qui decretorum Concilii Tridentini interpretationem proprio Patrum Cardinalium coetui commiserunt, Consilium seu *Commissionem,* uti vocant, constituimus, cui uni ius erit Codicis canones authentice interpretandi, audita tamen, in rebus maioris momenti, Sacra ea Congregatione cuius propria res sit, quae Consilio disceptanda proponitur. Idem vero Consilium constare volumus ex aliquot S. R. E. Cardinalibus, quorum unus coetui praesit, Auctoritate Nostra et successorum Nostrorum deligendis; his accèdent tum

vir probatus, qui sacri Consilii erit ab Actis, tum aliquot Consultores ex utroque clero iuris canonici periti, eadem Auctoritate designandi ; sed Consilio ius erit Consultores quoque Sacrarum Congregationum, pro sua quemque re, sententiam rogandi.

II. Sacrae Romanae Congregationes *nova Decreta Generalia* iamnunc ne ferant, nisi qua gravis Ecclesiae universae necessitas aliud suadeat. Ordinarium igitur earum munus in hoc genere erit tum curare ut Codicis praescripta religiose serventur, tum *Instructiones*, si res ferat, edere, quae iisdem Codicis praeceptis maiorem et lucem afferant et efficientiam pariant. Eiusmodi vero documenta sic conficiantur, ut non modo sint, sed appareant etiam quasi quaedam explanationes et complementa canonum, qui idcirco in documentorum contextu peropportune afferentur.

III. Si quando, decursu temporum, Ecclesiae universae bonum postulabit, ut novum generale decretum ab aliqua Sacra Congregatione condatur, ea ipsa decretum conficiat, quod si a Codicis praescriptis dissentiat, Summum Pontificem de eiusmodi discrepantia moneat. Decretum autem, a Pontifice adprobatum, eadem Sacra Congregatio ad Consilium deferat, cuius erit, ad Decreti sententiam, canonem vel canones redigere. Si decretum e .praescripto Codicis discrepet, Consilium indicet cuinam Codicis legi nova lex sufficienda sit; si in decreto res vertetur de qua Codex sileat, Consilium constituat quo loco novus canon vel novi canones sint in Codicem inserendi, numero canonis, qui proxime antecedit, *his, ter,* etc. repetito, ne canon sede sua moveatur ullus aut numerorum series quoquo pacto perturbetur. Quae omnia, statim post Sacrae Congregationis Decretum, in *Acta Apostolicae Sedis* referantur.

Quae Nobis videmur utiliter in hac causa decrevisse, ea omnia et singula, uti decreta sunt, ita rata et firma esse et manere volumus ac iubemus: contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xv mensis septembris anno MCMXVII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XV

EPISTOLAE

I

AD FELICEM S. R. E. CARD. DE HARTMANN, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, AC CETEROS ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS QUI NUPER AD ANNUUM COETUM FULDAM CONVENERUNT.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Graves inter amaritudines quibus animus Noster calamitosis hisce tempestatibus magis magisque in dies angitur, singulare Nos quidem solatium habuimus ex communi epistola quam, ad B. Bonifatii sepulcrum pro annuo coetu congregati, Nobis nuperrime dedistis. Etenim, veluti consultationum vestrarum primitias, ea Nobis aperire studuistis, quibus nihil foret Patris cordi iucundius, nihil filiorum amori magis consentaneum. Ac primum placuit vobis, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, litteris plausum facere quibus populorum bellum gerentium moderatores ad aequam diuturnamque pacem, relictis armis, pertractandam, ineundam, vehementer cohortati sumus; simulque polliciti estis vos operam daturos ut pro viribus, praecipueque vestris vestrorumque fidelium precibus, paciferis conatibus Nostris opem feratis. Iuris deinde Canonici Codicem, qui a Decessore Nostro ven. rec. Papa Pio X, feliciter inchoatus digestusque fuerat, a Nobis absolutum editumque fuisse gavisi estis, eundemque non solum peculiari reverentia e manibus Nostris suscepisse confitemini, verum etiam, id quod est Nobis maxime gratum, omni vos studio acturos ut sacerdotes vestri plenius in dies noscant ac in suos populorumque mores deducant, spondetis. Neque vero ea silentio praetereunda existimastis, quae de sacra praedicatione rite peragenda nuper tradidimus ; cumque litterae vestrae obtestentur vos enixe curaturos ut ea religiosissime observentur, quae de verbi divini praeconio a Nobis praescripta sunt, maximum inde fructum Nos expectare sciatis. Haec autem omnia cum luculenter ostendant voluntatem animumque Nostrum recte vos penitusque comprehendisse, eademque fideliter amanterque prosequi, nihil poterat esse quod magis probaremus. Vobis igitur summopere gratulamur, itemque laetamur quod, Patris beneficiorum vel minimorum memores, de oleo etiam gratias persolveritis, quod pro dioecesibus vestris, ad sacros ritus

explendos, transmitti iussimus; laetamur insimul, animadvertentes quod tenue hoc donum vobis causam suppeditaverit, precum Deo adhibendarum, ut Ipse oleum consolationis ac roboris Nobis rependat, quod et plagas cordis leniat et vires in adversis adiiciat. Praecipuam autem consolationem unde hisce temporibus expectemus facile percipietis. Quam ob rem pergite, una cum populis vestris poenitentia precibusque iram mitigare divinam, atque Nobiscum deprecari ut supra mundum universum, immani bello tamquam igneo cruentoque gurgite absorptum, niveam columbam, olivae ramum ore ferentem, omnipotens Deus de caelo tandem demittere festinet. Haec itaque vota nuncupantes et fausta felicia vobis vestrisque coetibus deprecantes, filialem, cfuo flagratis, amorem paterna dilectione rependimus, vobisque nec non uniuscuiusque vestrum clero ac fidelibus apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII septembris anno MCMXVII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XV

IJ

AD R. P. D. IULIUM MAURITIUM, EPISCOPUM SEDUNENSEM, CETEROSQUE HELVETIAE EPISCOPOS, DE COMMUNI EPISTOLA, OBSEQUII AMORISQUE PLENA, GRATIAS PERSOLVENS.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Redditae sunt Nobis communes Vestrae litterae, quas cum legeremus, amorem in vos Nostrum augeri sensimus, pristina gratificandi proposita magis magisque confirmari, spem denique ali vel uberiorem in posterum beneficiorum segetem tot miseros in Christo filios opera atque industria Nostra percepturos.

Gratias Nobis agentes de multiplici cura, qua captivos milites toto hoc belli tempore complexi sumus, iuvit vos expertem caedis Helvetiam « pacis insulam » nuncupare, venusto sane nomine eodemque meritissimo.

Nos hospitalem terram vestram « pulcherrimum caritatis theatrum » malumus dicere; eamdemque laudem eo libentius tribuimus, quo effusius generosam Helvetiorum virtutem novimus Paternae caritatis Nostrae sese comitem praebuisse.

Ipsos autem grati animi sensus, quos ob nuperrima apostolicae providentiae testimonia diserte peramanterque significastis, vix opus est dictu Nos iucunde admodum affecisse; non quod humanam benefaciendo laudem quaeramus, sed quia certum e plausu vestro testimonium hausimus haud parvos iam hinc fructus labores Nostros consequutus esse.

Id potissimum laetantes, grates de oblatis officiis persolvimus maximas, et ne vestra pietas paternae Nostrae dilectionis pignore careat, apostolicam benedictionem, caelestium auspicem munerum, vobis omnibus, venerabiles fratres, et gregibus unicuique vestrum traditis, perlubenter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x septembris an. MCMXVII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

FLORENTINAE ET FAESULANAE

CIRCUMSCRIPTIO FINIUM DIOECESANORUM AC PAROECIALIUM

DECRETUM

Cura aliquo abhinc tempore exorta sit controversia inter paroeciam florentinam vulgo *Cercina* et paroeciam faesulanam vulgo *Maccioli* ob fines quibus praedictae paroeciae, immo ipsae dioeceses Florentina ac Faesulana ab invicem seiunguntur, Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV, consentientibus hodiernis Florentino et Faesulano Ordinariis, ad omnem dubitationem eximendam et futurae contentionis occa sionem tollendam, certa scientia ac matura deliberatione, de plenitudine apostolicae potestatis, haec, quae sequentur, statuit et decrevit.

Iisdem manentibus finibus, quos utraque dioecesis ex iure vel facto possidet, limites inter archidioecesim Florentinam et dioecesim Faesulanam constituet via vulgo *Strada Bolognese* usque ad initium viae vulgo *Uccellatolo.* Tribuatur tamen seu servetur paroeciae faesulanae loci *Maccioli* iurisdictio in villulas prope oratorium loci *Fontesecca,* et termini signentur ultra quos non extendatur iurisdictio dicti parochi: reliquum territorii, de quo quaestio, tribuatur paroeciae florentinae loci *Cercina;* tum in Curiis episcopalibus, tum in utraque paroecia documenta ad rem serventur, ne contentiones in posterum oriantur.

Ad executioni autem mandanda ea quae in hoc decreto continentur, idem Ssmus Dominus deputare dignatus est Emum ac Rmum D. Alphonsum S. R. E.Card Mistrangelo, archiepiscopum Florentinum, nec non R. P. D. Ioannem Fossa, episcopum Faesulanum, eisdem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, eisque onus iniungens intra tres menses ad hanc S. Congregationem Consistorialem mittendi authenticum exemplar executionis peractae.

Hac denique super re praesens edi iussit consistoriale decretum perinde valiturum ac si apostolicae sub plumbo litterae expeditae fuerint, contrariis non obstantibus quibusvis speciali quoque mentione vel derogatione dignis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die xxiv augusti anni MCMXVII.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Ioannes Bapt. Rosa, *Substitutus.*

II

FLORENTINAE ET FAESULANAE

CIRCUMSCRIPTIO FINIUM DIOECESANORUM AC PAROECIALIUM

DECRETUM

Nota est controversia quae a tempore viget inter florentinam paroeciam *S. Gervasii* et faesulanam paroeciam *S. Dominici,* ob fines quibus ab invicem memoratae paroeciae separantur, eaedemque duae dioeceses *Florentina* ac *Faesulana* secernuntur.

Ad omne itaque dubium e medio tollendum, ad contentiones finiendas, easque, quatenus fieri possit, in posterum praecavendas, Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV, assentientibus hodiernis Florentino et Faesulano Ordinariis, haec quae sequentur, certa scientia ac matura deliberatione, deque apostolicae potestatis plenitudine statuit et decrevit.

Iisdem manentibus finibus, qni hodie habentur pro utraque dioecesi usque ad domum *Tenni* prope viam S. Dominici, ex hoc loco limites utriusque dioecesis constituet ipsa via *S. Dominici* in descensu usque ad ostium parvae fossae quae erumpit in hanc ipsam viam S. Dominici parum ante ingressum diversorii nuncupati *delle lune.*

Ab ostio autem dictae fossae limites inter utramque dioecesim constituet linea quae recto tramite ducatur ad cancellos villae *Modigliani.* Si quae domus vero in posterum aedificentur neque omnino ad dexteram, neque omnino ad sinistram praedictae lineae, idest quae ipsam secent, ad dioecesim faesulanam pertinebunt.

Ad ea vero quae in praesenti decreto continentur executioni mandanda, idem Ssmus Dominus deputare dignatus est Emum ac Rmum D. Alphonsum S. R. E. ßardinalem Mistrangelo, archiepiscopum Fio-

rentinum, nec non R. P. D. Ioannem Fossa, episcopum Faesulanum, eisdem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, eisque onus iniungens intra tres menses ad hanc S. G. Consistorialem mittendi authenticum exemplar executionis peractae. Hac denique super re praesens edi iussit decretum consistoriale, perinde valiturum ac si apostolicae sub plumbo litterae expeditae fuerint, contrariis non obstantibus quibusvis speciali quoque mentione vel derogatione dignis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congr. Consistorialis, die 24 augusti 1917.

✠ C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

Ioannes Bapt. Rosa, *Substitutus.*

III

MUTATIO TITULI DIOECESIS

Quum dioecesis de Alagoas in duas partes divisa fuerit, et alteri parti nomen dioecesis Penedensis, ex oppido « Penedo », assignatum fuerit, dum pars altera vetus nomen de Alagoas, quod proprium est totius status seu provinciae civilis, hucusque servavit, ne confusio oriretur, huius dioecesis tituli mutatio opportuna visa est. Quare SSrhus Dnus Noster Benedictus PP. XV, Ordinario consentiente, statuit ac decrevit, ut dioecesis haec, ex civitate episcopali « Maceiò », Maceiensis, ceu moris est, appellaretur. Hoc itaque consistoriali decreto, ex mandato eiusdem SSmi Dm Nostri, nomen dioecesis de Alagoas supprimitur, ipsaque dioecesis in posterum *Maceiensis* vocabitur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 augusti 1917.

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

S. C. Consistorialis decretis, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

29 augusti 1911. — Cathedrali ecclesiae Cenetensi praefecit R. P. D. Eugenium Beccegato, hactenus episcopum titularem Sinopensem et Administratorem Apostolicum eiusdem Cenetensis dioecesis.

30 augusti 1917. — Titulari episcopali ecclesiae Tipasitanae provinciae Numidiae R. D. Henricum Gray Graham, sacerdotem dioecesis Glasguensis, quem deputavi! in Auxiliarem R. P. D. Iacobi Smith, archiepiscopi S. Andreae et Edimburgi.

1 septembris. — Cathedrali ecclesiae Natalensi R. D. Antonium dos Santos Cabrai, parochum loci vulgo *Propria* et canonicum cathedralis ecclesiae Aracayensis.

15 septembris. — Cathedrali "ccTè^lae S. Marthae in Columbiana Republica R. P. loachim Garcia e Congr. Iesu et Mariae (Eudistarum).

21 septembris. — Cathedrali ecclesiae Denveriensi R. P. D. Ioannem Henricum Tihen, hactenus episcopum Lincolnensem.

— Cathedrali ecclesiae Montereyensi Angelorum R. P. D. Ioannem Cantwell, vicarium generalem dioecesis S. Francisci in California.

V

NOMINATIO

Decreto S. C. Consistorialis nominatus est:

29 augusti 1917. — R. P. D. Iulius Vaccaro, archiepiscopus Barensis, *Administrator apostolicus dioecesis Gonversanensis.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

I

TRANEN.

PARTICIPATIONIS SEU DIVISIONIS SUMMAE

14 iulii 1917

SPECIES FACTI. - In Capitulo cathedrali Tranensi, quum una habeatur massa communis, in hanc reditus quoque congruae curatae immittuntur, ut simul cum aliis reditibus ac proventibus inter capitulares distribuantur. Diem itaque supremum obeunte archipresbytero, mense augusto anni 1908, eadem capitularis communis massa augeri debebat ex summa libellarum 4000, a Gubernio pro quota parte elapsorum iam

anni mensium rependenda. Hanc tamen summam praeoccupaverunt, penes Gubernium intercedendo, defuncti archipresbyteri heredes, ex quorum propterea manibus praefata summa fuit a capitulo per diuturnam litem vindicanda. Ex aula victor tandem Capitulum discessu, ineunte anno 1916, obtenta favorabili sententia in secundo appellationis gradu, cuius vi dicti heredes ad restitutionem summae 4000 libellarum erga Capitulum cathedrale Tranense condemnati sunt, sententia sine mora exsecutioni demandata. Dum autem ita restituta summa inter capitulares, qui anno 1916 de gremio erant, pro rata dividebatur, quidam honorarius canonicus, contendens eamdem vindicatam summam pertinere ad reditus et rationes anni 1908, quo tempore ipse inter beneficiarios *participantes* adnumerabatur, postulavit ut ad divisionem seu participationem eiusdem summae pro quota parte admitteretur. Abnuente Capitulo, recursum interposuit penes hanc S. Congregationem, petens in ea videri ac declarari, *an canonico honorario recurrenti expetita portio tribuenda sit in casu.*

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - Quum in reiicienda canonici honorarii recurrentis petitione Capitulum inniteretur potissimum *consuetudini* ab immemorabili observatae, indistinctim *inter praesentes* distribuendi lucra et proventus per annum *actu perceptos,* etiamsi praecedentibus annis maturi fuissent (seu, ut eius sunt verba « di ripartire fra i presenti le « entrate di esercizio, sia che provengano dalle rendite dell'anno in « corso, sia che si riferiscano a previste entrate di esercizi precedenti »), recurrens totus est in oppugnanda, tum in facto tum in iure, asserta consuetudine.

Universa tamen eius argumentandi ratio procedit ex praevia distinctione quam inducere satagit inter reditus et proventus, ut ita dicam, *communes,* ad ordinariam administrationem pertinentes, ideoque cum summa probabilitate singulis annis obventuros, adeo ut facile quod uno anno forsan amittitur obtineri valeat in altero; et, ex adverso, lucra *eventualia,* extra ordinem certo anno obvenientia, ita ut si semel amittatur, vix ac ne vix umquam in posterum ipsorum faciendorum occasio praebeatur.

Hac praemissa distinctione, facile arbitratur recurrens assertam consuetudinem vel non satis comprobatam in facto, vel iure omnino improbandam in casu evincere.

In facto quidem quia, etsi Capitulum ad consuetudinis probationem afferat ordinariam computandi rationem ab immemorabili observatam, nullum tamen casum in ea demonstrare valet ad *extraordinarios* even-

tus, prout ille fuit qui causam praesenti controversiae dedit, spectantem. Siquidem extraordinarii casus, suagrfe vi ac natura, sicut quamlibet regulam, ita etiam quamvis consuetudinem effugiunt, quae de ordinario contingentibus est et observatur; sed, ut extra ordinem illi emergunt, ita singulares provisiones singulis vicibus expostulant. Ac reipsa, asserit ipse recurrens, quantum meminisse valet, etiam in Capitulo Tranensi, extraordinariis his eventibus semper singulari modo pro casus ratione fuisse consultum.

In iure autem praetensam a Capitulo consuetudinem, indistinctim inter praesentes distribuendi lucra actu percepta, etiamsi, praecedentibus annis matura, ab aliis, iam absentibus, percipienda essent, manifestam iniustitiam redolere, et ideo improbandam esse contendit. Iustitiae quidem summa praecepta sunt unicuique suum tribuere, alterum non laedere: igitur, ad rigorem iuris, quilibet suos actu debet facere fructus qui ab eo percipiendi sunt, idest, quos maturos ante se habet; potest quidem, aliqua iusta intercedente causa, ad eos etsi maturos, successori suo dimittendus obligari, sed salva iustitia id fit tantummodo quando, quod commodum successori suo consentit ipse prius saltem simile persensit, adeo ut quod nunc amittit, antea ex quadam compensatione acceperit: quia in hoc casu, aequalitate servata, nulla adest iurium laesio. Ideo, haec ad casum nostrum trahendo, consuetudo illa quae praetenditur, distribuendi quotannis lucra per annum actu percepta, etsi matura iam essent praecedentibus annis, sustineri dumtaxat potest, si sit de lucris in prima distinctione positis, quae nempe ex ordine quodam contingunt, ac quotannis fere eadem obveniunt, adeo ut *compensationem* admittant inter amissum et perceptum; non autem de his quae in altera, seu de his quae omnino extra ordinem sine ulla lege accidunt, vix semel aut iterum in longissimo temporis spatio: quum enim in his deficiat omnino compensationis remedium, non restat nisi iniusta locupletatio unius cum damno alterius, quam sacri canones et regulae morum plane detestantur.

Nec opponatur laesionem hanc iurium privatam permitti posse propter communem utilitatem quam affert commodior computandorum nominum ratio, dum esset omnino incommodum, absentium iura persequi atque computorum rationes iamdudum plane compositas et obsignatas iterum excutere, evolvere ac in discrimen vocare. Maius enim commodum non est causa sufficiens cur ius cuiusque laedatur, praesertim si *gravis* admodum sit laesio: esto quod leve aliquod privatum detrimentum publicae utilitati praevalere non debeat iuxta adagium *de minimis non curat Praetor\;* sed vera ac gravis iuris laesio est etiam a provisore

universali studiose praecavenda, vel saltem adamussim resarcienda. Hinc etiam, in re de qua agimus, tolerari quidem potest, propter commodiorem computandi rationem, ut summa aliqua levis, etsi extra ordinem proveniat, a ius habente amittatur, ab altero gratis obtineatur, etiam cessante privata compensatione; sed quando agitur de summa quadam conspicua, prouti in casu, adeo ut gravis laesio iurium, seu grave damnum unius cum iniusta alterius iocupletatione sit obventurum, illud quemquam pati aequitas, canonica potissimum, non permittit, sed immo praecaveri iubet, capta aliqua particulari provisione ad casum oppor tuna: quippe quaevis regula suas patiatur exceptiones-. Hucusque canonicus recurrens.

Capitulum vero in primis asseveranter affirmat multisque argumentis probat factum assertae consuetudinis « di ripartire *inter prae-* « *sentes* le entrate di esercizio sia che provengano dalle rendite dell'anno « in corso, sia che si riferiscano alle entrate degli esercizi precedenti », idque probat non tantum in genere, sed etiam ex facto ipsius canonici recurrentis, qui, quousque inter *participantes* fuit, nempe ab anno 1907 ad a. 1914, hanc consuetudinem agnovit, atque ipsius beneficiis usus est absque ulla difficultate aut reservatione; etenim de plurimis fructibus etiam pinguibus participavit, qui tamen maturi erant praecedentibus annis, quin ulla ei cura esset de heredibus aut aliis quibus ius percipiendi fructus spectasset; immo quum nonnulla fuissent postea restituenda, ante a. 1914 a Capitularibus male percepta, onus istud minime sensit, sed a Capitularibus post a. 1914 actu exsistentibus integrum ferri sivit.

Negat propterea Capitulum recurrenti ius interloquendi, quod in casu esset venire contra factum proprium - suspectae videlicet fidei apertum argumentum. Multo magis quod ipse recurrens, quotannis, subscribendo manu propria redditioni rationum, atque in sua discessione e numero participantium, declarando sibi nihil prorsus a Capitulo deberi, quamvis sibi compertissimum esset plura nomina, ac signanter creditum ab heredibus archipresbyteri repetendum, in suspenso adhuc manere, ratam habuisse dicendus est praxim consuetudinari am de qua agitur, ac renuntiasse iis omnibus, de quibus in praesentiarum quaestionem movet.

Sed etiam ad punctum iuris quod attinet, negat omnino Capitulum assertam consuetudinem iniustam esse, laesivam quaesiti iuris, ideoque improbandam. Primum, ex ipsa argumentatione recurrentis, qui tandem aliquando fateri cogitur iniustitiam ac iurium laesionem exsulare quum agitur de modicis nominibus ac ordinariis, atque tantum suam accusationem urget si agatur de conspicuis et extraordinariis. Etenim plus

minusve non mutant speciem: si igitur iniustam facit novorum Canonicorum locupletationem, illis adiudicare non módicas summas quae percipiendae erant ab antiquis capitularibus, nunc defunctis aut discessis, iniustum etiam erit *modica* quaevis lucra illis attribuere, quorum faciendorum ius his erat.

Nec valet quaesitum effugium ex cessante necne compensatione inter amissum et obtentum: compensatio etenim huiusmodi, quae ad aequalitatem .servandam sufficiat, semper habetur, etiamsi agatur de extraordinariis, in tacita quadam conventione quae id genus negociis subest, de parificandis nempe *oneribus* cum *commodis:* ita ut quis, dum renunciat iun suo quoad emolumenta uno anno percipienda nec tamen percepta, pariter relevari se intendit a detrimentis quae de *eodem anno re-et* effectu in sequentes annos prorogantur. Haec autem tacita conventio et consequens compensatio, non minus valet de extraordinariis quam ordinariis eventibus: sicut enim sunt aut esse possunt extraordinaria lucra, ita etiam sunt aut esse possunt extraordinaria facienda detrimenta: qui igitur illis renuntiare cogitur, dum ab his liberatur, iam compensationem in eodem genere sufficientem obtinuisse dicendus est.

Intimius rem perscrutando, quaestio ad hoc adducitur ut statuatur num in casu singulis capitularibus *ius* sit aut quaeratur in proventus seu fructus *percipiendos* aut in massam immittendos, an potius in *perceptos* sive in massam iam illatos dumtaxat. Haec quaestio non est definienda ex iure quod Capitulo, ut tali, seu Massae capitulari, competit in suos debitores; certissimum enim est atque ex terminis ipsis provenit quaestionis, eidem ut tali ius competere in fructus percipiendos; sed, hoc non obstante, communi veluti consensu, in Capitulis saltem quorum massa communis est, singulis capitularibus ius non conceditur nisi in fructus et proventus prout actu sunt in massa, ideoque in iam perceptos. Aliis verbis, prout communiter distingui solet praevisa accipiendorum et expendendorum ratio a ratione effective computata accepti et expensi (ut dici assolet « bilancio preventivo dal consuntivo »), harumque rationum finis seu scopus apprime ita distinguitur, ut alterius sit tantum praevidere futura et praecavere ne plus pecuniae exponatur quam quod redituum speratur, alterius vero *nitidos* demonstrare proventus quos distribuere pro rata sociis liceat; ita etiam in Capitulis quae massae communis regimine utuntur, quod capitularibus distribui debet, atque illud in quo hi ius habent, est quod re et actu, solutis expensis omnibus, in massa continetur. Massa enim communis societatis indolem quodammodo praesefert; in societate autem - ut docet etiam Rota, dec. 66 n. 18 p. X *rec.* -, « conventio dividendi inter socios, intelligitur dumtaxat

« de eo *quod supererit,* calculatis prius rationibus omnium datorum et « impensarum ».

Si contrarium teneas, innumerabilibus et inextricabilibus difficultatibus impedieris: non solum enim quotannis cogeris rationes praeteritorum annorum iamdudum clausas et obsignatas iterum excutere, emendare funditusque evertere, sed etiam importabilia onera et damna tum aestimationis tum rerum successoribus imposueris. Exemplum causa nostra satis perspicuum suppeditat: summam habes 4000 libellarum, percipiendam a. 1908, quae tamen revera percepta et in massam illata est a. 1916; si in eam ius habent hi tantummodo qui a. 1908 de Capitulo erant, non modo ratio accepti et expensi anno 1908 iterum ad examen revocanda est, sed etiam Capitulares discessos evocare, aut si defuncti sint ab his causam habentes exquirere oportebit, ut ius suum tribui cuique valeat; quid autem si heres legitimus v. g., aut heredis heres et ita porro, in exteras regiones discesserit, vel minor interdictusve aut sub tutela curatelave sit? Quod si tanta incommoda praestat vel negocium lucrandae summae, quid dicendum, si, e contrario (nam contrariorum par erit ratio) ageretur de summa exigenda; puta, in casu, de solvendis expensis litis adversus heredes archipresbyteri, per hypothesim, infelici ter promotae? (habent enim sua sidera lites!). Num facile Capitularium heredes, de quibus supra, ad has solvendas expensas adducerentur? Et, si ad hoc officium, quod e regione praetenso iuri respondet, praestandum, essent cogendi, quot maledicta, quot recriminationes, quot etiam scandala et lites inde futurae !

Haec gravissima mala, quibus quaevis rei familiaris administratio impediretur vel etiam impossibilis evaderet, satis superque suadent, vel ex natura rei, vel saltem ex tacita conventione, singulis capitularibus, ubi massa communis viget, *ius* non acquiri nisi in proventus revera in eamdem massam immissos, atque in ea, post solutas expensas, re et effectu residuos. Quum igitur in casu summa 4000 libellarum, quavis Capituli culpa exsulante, in massam non fuerit illata anno 1908, ac propterea non fuerit computata in ratione accepti et expensi illius anni, ab omnibus Capitularibus, non excepto recurrente, rite subscripta ac rata habita, consequitur nullum ius in eamdem acquisitum fuisse recurrenti. Immerito ergo hic conqueritur de iniuria, si praeteritus fuit in distributione facta anno 1916, quando summa revera in massam collata est, sed ipse inter participantes iam a biennio non adnumerabatur.

RESOLUTIO. - Hac praevia disceptatione, quum in plenariis comitiis habitis in Palatio Apostolico Vaticano die 14 iulii 1917, propositum

esset dubium: *An sacerdoti recurrenti expetita portio tribuenda sit in casu.* Emi Patres S. Congregationis Concilii respondendum censuerunt: *Negative.*

Facta autem Ssmo Dno Nostro Benedicto Div. Prov. Papae XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in Audientia diei 16 eiusdem mensis et anni, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

II

CIVITATIS CASTELLI ET ALATRINA

CATHEDRATICI

Die 11 martii 1911

SPECIES FACTI. - Ex parte parochorum dioecesis Civitatis Castelli ad hanc S. Congregationem admotae sunt preces a novo Episcopo commendatae, ut ipsorum favore dimitteretur, ad causas pias erogandum, quidquid cathedratiei titulo ab eisdem parochis solvendum forsan fuisset tempore postremae vacationis sedis Episcopalis. Paulo post Vicarius Generalis Administratoris Apostolici dioecesis Alatrinae, sede vacante, penes hanc eamdem S. Congregationem, datis epistolis, conquestus est nonnullos parochos cathedraticum solvere praefato Administratori Apostolico detrectasse, ea adducta excusatione quod soli Episcopo huiusmodi solutio esset facienda. Utramque expo situationem visum est Emis Patribus subiicere, ut ex eorum sententia decerneretur quid Oratoribus esset respondendum.

ANIMADVERSIONES. - Ad rem vero in antecessum animadvertebatur propositas quaestiones ad iuris communis tramitem esse unice perpendendas ac resolvendas, nullo videlicet respectu habito alicuius adiuncti vel peculiaris circumstantiae, quod iuris canones in re moderari possit. Siquidem, quamvis *didrachma* Cathedraticum tam privilegiatum in iure exsistat, ut nec ab ipso Episcopo in totum remitti, nec contraria consuetudine aboleri possit, consuetudo tamen vel usus non improbatur, quo onus Cathedraticum pensitandi vel minui possit, vel singulis annis non urgeat, prouti scite advertit, cum DD. calculo, Benedictus XIV, *De Syn. Dioec.* lib. V. cap. 7, n. 8. At in themate oratores, sive parochi dioe-

cesis Civitatis Castelli, sive Vicarius Generalis Alatrinus, nihil innuebant de praxi alias servata in Cathedratici solutione, sede Episcopali vacante; quapropter eorum consultatio in id tantummodo videbatur intenta, ut rescire valerent, quid iuris sit circa hoc statutum, quidve retinendum, casu quo id in iure non sit explicite et taxative firmatum.

Praemonebatur etiam, quamvis in cap. 16, *conquerente,de officio indicis ordin.,* et alibi, in iure fuerit cautum, Cathedraticum deberi *Episcopo,* illudque inter iura episcopalia connumeran, nullibi tamen inveniri expressum, num tale pensum, sede vacante, debeatur etiam *Capitulo* huiusve Vicario aut Administratori Apostolico, num vero tale onus ex parochorum vel beneficiariorum parte non urgeat, num tandem ab his sit servandum, futuro ve Episcopo solvendum. Exinde ex *generalibus* iuris principiis desumendas esse propositis quaestionibus responsiones, videlicet examini subiicienda sive naturam et scopum Cathedratici Episcopo debiti, sive naturam officii Vicarii Capitularis et Administratoris Apostolici, ut concludi valeret, num his illud convenire possit.

Enimvero Cathedraticum, prouti communiter penes DD. audit, est « certa pensio, non occasione ordinationis^ sed singulis annis Episcopo « solvi consueta in signum subiectionis, et honorem Cathedrae Episco- « palis, ad eiusdem Cathedrae, seu Episcopalis officii onera susteñtanda » (Bened. XIV, op. c, 1. V, cap. 6, n. 2). Haec pensio quandoque in iure appellatur *Synodatica,* quandoque *Paschalis,* prouti constat tum ex cit. cap. *conquerente,* ubi Honorius III ait: « Synodatici seu Cathedratici « nomine », tum ex cap. 20, *olim, de censibus,* ubi Innocentius III causam definit inter Episcopum Spoletanum et clericos plebis Rupinae super quantitate *Synodatici* exagitatam. At haec nomina non innuunt naturam Cathedratici, quasi esset pensio debita *ob Synodum,* quam quotannis cogere debet Episcopus ; sed talia nomina est sorti tum, quia Cathedraticum *occasione* Synodi, quae ordinario *post Pascha* cogebatur, solvi consuevit, hinc etiam *Synodaticum* vel *Paschale* fuit dictum. Verumtamen scopus, ob quem a iure Cathedraticum fuit invectum, non alius fuit, quam quod singuli beneficiati quotannis profiterentur suam *subiectionem* erga Episcopum eiusque Cathedram, exemplo illorum, de quibus ait Evangelista Lucas, II, 2, « *ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam «civitatem».* Nec difficultatem facessere potest, quod Cathedraticum, auctore ut supra Bened. XIV, Episcopo penditur *ad Cathedrae seuJEpiscopalis officii onera sustentanda ;* nam illis verbis indigitatur finis *practicus,* cui pensio illa inservire debet, quin tamen per hoc scopus ille unicus supra ostensus minuatur vel tollatur. Quod ita est verum, ut etiamsi finis ille practicus in casu aliquo particulari cessaret, prouti in

Episcopo, qui ditiore censu esset cum^latus, onus tamen Cathedraticum pensi tandi non cessaret, prouti eveniretm* subsidio caritativo vel in aliis censibus, ratione necessitatis, Episcopo debitis.

Explicata igitur natura et scopo Cathedratici, iam apparet hoc nonnisi uni Episcopo privative quoad alios convenire posse; etenim arctus ille nexus, qui subditos ligat ad obedientiam Superiori praestandam, in cuius signum Cathedraticum penditur, unice intelligitur relate ad Episcopum, qui est verus sponsus Ecclesiae suae, per matrimonium quoddam spirituale, quod cum ea iniit, et proprius pastor gregis sibi commissi.

Accedit, quod Cathedraticum Episcopo est debitum non solum in signum subiectionis, sed etiam *in honorem cathedrae Episcopalis.* At quid sub hoc nomine **veniat,** docet Gonzales in cap. 9, 1. TU, tit. 34 *De censibus,* ubi ait : « pensitatio haec ita appellatur a cathedra, quia praestatur « Episcopo ob honorem Cathedrae. Cathedra autem in sacris canonibus « significat *principale munus Episcopi* ». Praecipuum vero Episcopi munus consistit in potestate *magisterii,* quae intime est colligata cum divino praecepto Episcopis facto, pascendi gregem sibi commissum.

Nec difficultas ex eo corri vari potest, quod quandoque Cathedraticum a DD. accipiatur tanquam pensio Episcopo debita argumento honoris, qui *Cathedrali Ecclesiae* tribui debet, prouti declaravit S. Carolus Borromaeus in sua Synodo *(Act. Eccl. Medici.,* part. % p. 346): « illud << SS. Canonibus constitutum est, ut a singulis Parochis in Dioecesana « Synodo, Cathedratici nomine, solidi duo exigantur, idque argumento « honoris, qui Cathedrali Ecclesiae tanquam Matri a ceteris Parochia**li;** libus ecclesiis tribui solet ». Siquidem Cathedralis Ecclesia *promiscue* in iure accipitur, ad designandam sive *sedem Capituli,* sive sedem seu *Cathedram Episcopi.* Quod vero in themate sub designatione Cathedralis Ecclesiae, cuius in honorem est Cathedraticum solvendum, veniat Episcopi sedes seu Cathedra Episcopalis, scite docet Francés, *de Eccl. Cathed.,* cap. 15, n. 181. Eodem modo igitur, quo supremum Pontificis magisterium usuvenit appellari Sedes Apostolica vel simpliciter Petri Cathedra, ita Cathedralis Ecclesiae vel Episcopalis Cathedrae nomine, praecipuum Episcopi munus, i. e. magisterium passim, indigitatur.

Ex hucusque disputatis ad liquidum perduci videtur, Cathedraticum, cuius indoles et scopus est, ut in signum subiectionis et honorem Cathedrae Episcopalis pensitetur, unius Episcopi esse proprium, eidemque uni, ceteris aliis exclusis, deberi.

Qua quaestione soluta, modo aliae succedunt, utrum nempe Cathedraticum, ab iis qui tali oneri sunt obnoxii, debeatur etiam Sede Epi-

scopali vacante, et quatenus affirmative, num favore Vicarii Capitularis vel Administratoris Apostolici cedere debeat, num potius futuro Episcopo sit reservandum.

Porro, ex superius recensitis, ad necessariam conclusionem devenitur, quod vacante sede episcopali, Cathedraticum non sit debitum. Siquidem deficiente sponso et pastore Ecclesiae, et hinc subiecto, cui honoris et obedientiae munus sit tribuendum, obligatio ipsa, ex natura rei non urgere censetur.

At difficultatem aliquam facessere potest quod in Clement. 6 legitur, cap. *Statutum,* de elect. et Electi potest. « Statutum super bonis a prae« latis cathedralium regularium et collegiatarum ecclesiarum dimissis, « aut obvenientibus tempore vacationis earum, futuris successoribus « fideliter reservandis editum, locum declaramus liabere in omni emo« lumento quod procedit ex iurisdictione et sigillo curiae ecclesiasticae « vel saecularis, aut alias undecumque, quod ad praelatos (Ecclesiis « non vacantibus) pertineret ». Huius canonis ad tramitem, pluries sancitum fuit ab H. S. O.: « emolumenta tempore vacationis sedis Episco« palis obvenientia ex iurisdictione et sigillo, vel alias undecumque, « neque ad Capitulum neque ad Vicarium spectare, sed libere futuro « successori reservari, si ad Episcopum, Ecclesia non vacante, pertinuis« sent». Ita prae aliis in una Agrigentina 17 novem. 1594,et novissime in una Ianuen. *Emolumentorum,* 23 feb. 1856 *(Thesaurus Resolutionum S. C. G.,* t. CXV, p. 76). Unde deduci posset, Cathedraticum inter emolumenta illajässe recensendum, quae Episcopo sede plena obveniunt sive ex iurisdictione, sive *alias undecumque,* unde etiam tempore sedis vacantis ab obnoxiis exsolvendum, futuro tamen Episcopo reservandum. Sed, hoc non obstante, retinendum videtur Cathedraticum, ob peculiarem suam indolem, de qua hucusque, a tradita norma esse immune, et hinc Episcopo non deberi nisi a die adeptae possessionis suae Ecclesiae, quando nempe ob spirituale matrimonium cum Ecclesia celebratum, effectus est verus sponsus et pastor gregis sibi commissi, quamobrem repetere iure valeat subiectionis et honoris signum. Id deducitur in primis, ex nonnullis resolutionibus H. S. C, quae id, non aequivocis verbis, constabilire videntur. Ita prae aliis in una Amalphitana, *Cathedratici,* 5 nov. 1707, ad dubium: « *a quo tempore Cathedraticum debeatur?* », responsum fuit: « *a die adeptae possessionis* ». Non dissimiliter resolutum fuit in una Camerinen. *Cathedratici,* 18 mart. et 8 iul. 1725. Sequiore vero aetate quaestio videtur magis in terminis definita. Siquidem in una Anglonen. et Tursien., *Iurium,* 31 iul. 1852, praetendente Episcopo, Cathedraticum sibi deberi a Capitulo Collegiatae Ecclesiae loci *Rabatana,* etiam pro tem-

pore, quo Episcopalis vacaverat sedes, Capitulum, prouti legitur in folio citatae causae, « illud solvere non detrectat omnino; sed hoc tan-« tum opponit, excessivam fuisse Episcopi petitionem, dum requisivit « Cathedraticum pro annis 1847, 48 et 49, licet electus fuerit Episcopus « die 20 apr., et Episcopatus possessionem acceperit die 23 iun. eiusdem « anni 1849. Collegiata autem solvere Cathedraticum haud renuit, sed « ad illius solutionem se teneri putat a die tantum captae possessionis « Episcopatus ». Quapropter proposito dubio : « *an et quomodo Capitu-« tum eiusdem Collegiatae teneatur ad solutionem tum subsidii caritativi, «quam cathedratici in casu»,* S. C. respondit: *«quoad Cathedraticum, « affirmative a die captae possessionis;* quo vero ad caritativum subsi-« dium... scribatur Nuntio Apostolico, qui referat de consuetudine dioe-« cesum regni circa exactionem subsidii caritativi » (Cfr. *Thes.* cit., t. CXÍ, p. 318, s.). In hac solutione illud probe attendatur, quod S. Congregatio pro solutione caritativi subsidii, *sede vacante,* de consuetudine voluit, antequam decideret, edoceri, quod tamen haud requisivit in solutione Cathedratici, quod ob peculiarem suam indolem, nonnisi ab Episcopo, *suae Ecclesiae possessione fruente,* exigi potest.

Firmato igitur quod Cathedraticum *uni Episcopo* sit debitum, et insuper quod illud ei non debeatur nisi a die adeptae possessionis dioecesis, iam in his absorpta manet alia quaestio, quae ius Vicarii Capitularis concernit relate ad Cathedratici exactionem, sede vacante. Etenim, illud nec deberi sede vacante, nec Vicario tribuendum, evictum est sive a natura Cathedratici sive ex pluribus H. S. O. decisionibus. Sed ad eamdem devenitur conclusionem si parumper prae oculis habeatur natura *officii* Vicarii Capitularis. Iste enim, quamvis succédât in universam Episcopi iurisdictionem ordinariam, iis exceptis quae ius reservavit, vel limitibus interclusit, dici tamen non potest *Pastor* dioecesis vel Ecclesiae *sponsus,* sed potius propastor et temporaneus administrator vacantis ecclesiae. Eidem igitur minime congruere possunt termini illi, quorum de causa a iure fuit statutum Cathedraticum, i. e. *« in signum subiectionis et in honorem Cathedrae Episcopalis, ad eiusdem « cathedrae onera sustentanda ».*

Insuper, quamvis practici momenti non sit, relate ad Episcopum, distinctio illa, quam Glossa insinuât in cap. 17, *Dilectus,* de officio Ordin., inter legem *iurisdictionis* et legem *dioecesanam,* ad designandam universam Episcopi potestatem, in casu tamen utiliter invocari posse videtur. Etenim, iuxta relatam Glossam, ea quae consistunt in dando, vel conferendo, seu, ut ait Ostiensis, *in actione,* ad legem iurisdictionis pertinent, et haec, saltem generatim, exceptis nempe limitationibus a iure

inductis, Vicario Capitulari competere dignoscantur. E contrario, ea quae consistunt in *recipiendo,* vel ut inquit idem Ostiensis, *in passione dulci,* prouti sunt *Cathedraticum exigere, quartam decimarum, mortuorum et similia,* quaeque legem dioecesanam constituunt, a Vicario Capitulari sunt omnino subducta. Iste enim praeter congruum salarium sibi assignatum aut assignandum, vel ex fructibus vacantis ecclesiae, vel ex alio capite, nullum ius habet in illis emolumentis, quae Episcopo obvenirent, si Ecclesia non vacaret, prouti ex Clement. « *Statutum* » supra relata, deducitur, quaeque futuro Episcopo sunt reservanda.

Quae vero de Vicario Capitulari sunt dicta, applicari quoque debent Administratori Apostolico, sede vacante, in dioecesi constituto ; hic enim ordinario ea pollet iurisdictione, quae Vicario Capitulari competit, exceptis peculiaribus facultatibus fortasse in brevi nominationis indultis. (Wernz, *Ius Decret,* 2, p. 820).

RESOLUTIO. - Porro, propositis in plenariis Emorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 11 martii 1911, tum precibus Parochorum Civitatis Castelli, tum expostulatione Vicarii Generalis Alatrini, super his rescriptum prodiit:

Cathedraticum, sede vacante, non deberi.

Quam Emorum Patrum resolutionem Pius fel. rec. PP. X, in audientia die 13 eiusd. mensis et anni Secretario B. Congregationis concessa, approbare et confirmare dignatus est.,

Datum Romae, ex aedibus S. C. C, die 20 augusti 1917.

I. MORI, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I

VICARIATUS APOSTOLICI CE-LI CENTRALIS

NULLITATIS MATRIMONII LIOU-SHIA

Benedicto PP. XV feliciten regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno tertio, die 10 februarii 1917, BB. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many et Maximus Massimi, Auditores de turno, in causa* Vicariatus Apostolici Ce-li Centralis - Nullitatis matrimonii, *inter* Mariam Liou, *actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio deputatum D. Vincentium Sacconi, advocatum, ei* Iosephum Shia, *interveniente et disceptante in causa Substituto vinculi defensoris ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Maria Liou, vix 15 annos nata, dum propter paupertatem famulatum agebat apud familiam Heoü, a matre fuit desponsata Iosepho Shia iuvene 16 annorum. Peractae desponsationis Maria notitiam habuit biduo ante matrimonii celebrationem, et a nubendo prorsus aliena maternae restitit voluntati. Mater vero ad eius flectendam voluntatem, non tantum suasiones, sed increpationes quoque, verbera ac minas mortis adhibuit. His accesserunt consilia et exhortationes Franciscae Heou, quae die adventante matrimonii eo pervenit, ut Mariam renuentem et reluctantem vi ad ecclesiam adduceret et altare. Celebrato matrimonio, infelix puella ab ecclesia egressa nec per unum momentum manere voluit cum viro; imo timens ne ad instaurandam vitam coniugalem a matre induceretur, de suicidio saepius cogitavit. Quae omnia sacerdos Ioannes B. Heou, de familia, apud quam Maria commorabatur, retulit Vicario Apostolico. Huius auctoritate tribunal rite constitutum fuit, quod post processum ad normam iuris instructum, nullum declaravit matrimonium a Maria Liou cum Iosepho Shia. Ab hac sententia, prouti de iure, appellationem

interposuit ad H. S. Auditorium rev. vinculi defensor, et hodie iterum causa disceptanda proponitur sub consueta formula dubii: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ius quod spectat. Patres adnotarunt matrimonium non concipi sine contrahentium consensu; imo, uti legitur in cap. 14, tit. *De sponsalibus et matrimoniis* « matrimonium solo consensu contrahitur et hoc insi- « gni discrimine differt ab alio quocumque mere civili contractu, quod in « eo genere civili consensus certis de causis interdum per leges supplea- « tur, in matrimonio vero nulla humana potestate suppleri consensus « valeat » (Pius VI ad Episcopum Agriensem 11 iulii 1789). Sed intentio in mente retenta nil in humanis contractibus operatur, hinc necessitas, ut sufficienter et in debita forma manifestetur. Hanc formam Patres Tridentini constituerunt in decreto *Tametsi* praecipientes consensum matrimonialem manifestari debere coram parocho, vel alio Sacerdote ab eodem delegato et duobus aut tribus testibus; « qui aliter contraxerint, « eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit ». Finis praesentiae testium est, ut matrimonium probari possit, quare testium praesentia moralis esse debet, testes nempe aliquo sensu sponsos matrimonium voluisse contrahere, et de facto contraxisse percipere debent. Quare, etiamsi consuetudo sit in unoquoque matrimonio testes designari, si casu, vel quacumque alia ratione testes designati consensum non perceperunt, dummodo alii etiam non designati habeantur testes, qui de consensu testentur, validum est coniugium, uti in *Armerina* apud S. G. Concilii, 12 ianuarii 1715. Haec doctrina canonica quoad praesentiam testium-non fuit immutata per decretum Pii X f. r. *Ne temere,* hinc adhuc hodie viget.

Animadverterunt ulterius Patres consensum debere esse liberum, i. e. immunem a qualibet vi et metu, uti traditur in capitibus 14, 17 « et 28 tit. superius citati. Postremum caput hoc est: Consultationi tuae « breviter respondemus, quod mulieres, quae venient ad valvas Ecclesiae « benedicendae cum sponsis, et ibi reclamantes adfirmant se numquam « in eorum matrimonium consensisse, audiri (sponsis legitime probantibus contrarium) non oportet, cum legitimis et idoneis testibus non « debeat illarum simplex adsertio praevalere. Sane illis, quae, benedictione « accepta, mox a sponsis aufugiunt, ante carnis copulam subsecutam, « adserentes se numquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato « compulsas verba protulisse consensus, licet animo dissentirent, non « statim est audientia deneganda, sed de iilato metu est cum diligentia « inquirendum, et si talis metus inveniatur illatus, qui potuit cadere in

« constantem virum, erunt non immerito audiendae ». Non solum autem metus debet esse gravis, i. e. cadens in constantem virum, relative sal tem ad eum, cui metus incutitur, sed requiritur etiam, ut sit extrinsecus, iniustus et directus ad extorquendum consensum. Quod extenditur quoque ad metum reverentialem, i. e. ad metum, quo reformidamus indignationem eius, in cuius potestate constituti sumus, modo tamen accedat aliquid aliud, v. g. vexationes, minae, iurgia, preces aut suasiones importunae et diuturnae.

Modo ad factum. Quamvis in suo libello litis introductivo actrix petat matrimonii nullitatis declarationem ex capite vis et metus, nihilominus censuerunt Domini Patres proprium munus non excedere, si, attentis iis, quae in tabulis processualibus habentur, aliae duae instituantur quaestiones; videlicet, an in casu adfuerit consensus, et quatenus affirmative, an consensus fuerit debita forma manifestatus.

I. Primo itaque videndum est, an Maria Liou matrimonio consenserit: qua in re attendenda sunt adiuncta omnia matrimonii celebrationem antecedentia, concomitantia et subsequentia. In specie dictum est matrem actricis excogitasse et praeparasse filiae matrimonium cum Iosepho Shia more Sinensium paganorum, scilicet, quin unquam hac de re cum filia verba faceret. Filia non apprehendit agi de suo matrimonio, nisi quia videt illud praeparari, et hoc tantum biduo ante celebrationem. Statim autem absolutam et praefractam contra hoc matrimonium repugnantiam manifestat, quia optabat vivere « more virginum domi paternae « degentium ». Hanc filiae repugnantiam ut vincat mater, adhibet maledictiones, increpationes et verbera, inde gravia inter matrem et filiam iurgia, quin tamen flectatur filia. « Cum resisteret (ait mater) matrice monio sibi nunciato, eam increpavi et verberavi. Filia mea est tenax « consilii sui; post vituperationes et verbera nec dixit se velle matrimo- « monium contrahere. Saepe mecum altercata est et affirmavit se nolle. « Numquam mutavit (consilium) ». Hinc opus est ut vis adhibeatur, ut ad ecclesiam ducatur. Francisca Heou, apud quam Maria hospitabatur, illam invitam cogit, ut ascendat in currum, ut deposuit ipsa Francisca: « Ipsa ego illam coëgi ut ascenderet ad currum nuptialem », illamque pariter nolentem de curru educit et ad ecclesiam quasi portat. In ecclesia, cum nollet ad altare accedere, eadem Francisca illam impellit et ad altare fere rapit; quod confirmant passim testes, qui in ecclesia aderant. Sic ait Petrus Ming-Teu-Ly : « Vidi puellam genuflectere m nimis « longe a viro, et matrem Domini Heou eam amplectentem prope virum « commovisse ». Ita etiam Petrus Chekenn-Eul. « Non flevit puella, sed

« renuebat ad sponsum accedere et matrona Heou illam vi adduxit ad « mensam communionis ». Pariter Petrus Heou-Lao-Mei, qui adhibitus est ut matrimonii testis: «Renuebat puella ad altare accedere, sed « matrona Heou eam impellit ». Tandem Rev. Marecaux, qui matrimonio benedixit: «Animadverti quod matrona Heou pulsavit puellam et ita « duxit ad altare; verisimiliter puella noluit, ita ut matrona Heou eam « portaverit ».

Et haec quidem usque ad ipsius matrimonii celebrationem. Coram autem sacerdote de consensu interrogante nihil ipsa primum respondet, quod impatientiam sacerdotis excitavit; Francisca Heou Mariam ad respondendum urget, ut refert Paulus Gerardus Heou missae nuptialis minister: « Nihil audivi, sed vidi matronam Heou puellam urgendam ad « responsum proferendum ». Maria, coacta ad respondendum, dixit: *Nolo,* prouti fatetur in libello: « Francisca Heou iussit me respondere *Volo;* « respondi: *Non* ». Assertum mulieris admittendum esse uti verum non solum suadet tota ipsius agendi ratio, sed etiam evincitur ex eo quod sac. Heou deposuit a Maria accepisse secunda die post matrimonii celebrationem, tempore videlicet non suspecto, quod renuerit consensum praestare, ac « se sacerdoti matrimonium benedicenti, seque interroganti «respondisse *nolo;* sed errore sacerdotem audivisse *volo*». Affirmationi mulieris videntur contradicere duo testes; primus est sacerdos, qui matrimonio benedixit, quique a iudice interrogatus de responso puellae, reposuit: «In quantum affirmari potest, audivi responsum *volo,* sed, eodem « tempore, christianis recitantibus preces, forsan non distincte omnia « percepì ». Alter est Petrus Che-keun-Eul, qui deposuit: « Primo sacer« doti interroganti nihil respondit (Maria), postea hanc vocem protulit: *« Heung,* quae ordinarie affirmationi aequivalet ». Verum primitus animadvertendum est duos hos testes inter se non convenire; nam primus audivit: *Yuen (volo),* alter *Heung (ita).* Deinde depositio sacerdotis dubia est ex ipsius sacerdotis confessione. Non esse autem attendendum testem Petrum Che-keun-Eul patet ex eo, quod alii testes, qui prope Mariam stabant, nihil audierint. Ita Paulus Gerardus Heou, ait: « Nihil audivi »; ita Francisca Heou, quae Mariam coëgerat ad respondendum, deposuit: « Non clare audivi »; pariter Petrus Heou-Lao-Mei, qui uti matrimonii testis adhibitus est, dicit: « Nihil audivi ». Ipse denique sponsus, Iosephus Shia, qui prope Mariam stabat, dicit: « Non audivi eam dixisse *« volo* ac *nolo ».*

Nec satis: annulum benedictum Maria non recepit nisi coacta; fuit enim Francisca Heou, quae manum eius tenuit, et sic immissus est annulus; prouti refert eadem Francisca: « Illam adduxi ad sacerdotem,

«et, tenendo manum eius, receptus est annulus benedictus ». Régressa autem Maria ab altari annulum irata proiecit in terram, ut ipsa deponit et confirmat Rev. Morceaux: «A christianis audivi dicere puellam « annulum nuptialem abiecisse in terram ».

Haec aperta repugnantia Mariae contra matrimonium clarius adhuc post contractas nuptias manifestata est. Cum enim in proprium pagum reversa esset, mortem sibi inferre pluries tentavit: quod testatur mater: « Postquam domum redierit (Maria) a matrimonio benedicto, intravit « cubiculum, quod est ad meridiem, ut suspendió moreretur, sed per fene- « stram ingressa, illam prohibui ». Hoc referunt alii testes; sic sacerdos Ioannes Bapt. Heou: « Conata est se in puteum iniicere, et suspén- « dere, et gladio occidere ». Pariter testis Heou-Lao-Ming: « Illam vidi « in cubiculum intrasse, et audivi quod vellet sibi mortem adsciscere « forfice ». Quae omnia conveniunt cum his, quae ipsa actrix refert: « Post « celebrationem non cessavi Aere, et conata sum mihi mortem adsci- « scere». Insuper Maria numquam adduci potuit, ut ad domum sponsi deduceretur, nec illum amplius vidit, quod deponit Francisca Heou: « Nullam relationem habuit, tantum tempore benedictionis nuptialis ***forsan*** illum vidit ». Et hoc notorium erat in pago, ubi puella morabatur, uti dicit sac. Heou: « Notorium est in Onang-Ting puellam numquam « ullam relationem habuisse cum desponsato ». Quod pariter refert testis Petrus Fan-Tcheun-Man, et fatetur ipse vir Iosephus Schia: « Non eam « vidi, nec deduxi eam domum meam... Ipsa die qua facta est benedictio « nuptialis, misi illam, ut maturaret venire domum meam, sed noluit « venire ». Omnia igitur adiuncta matrimonii, si insimul sumantur, excludere videntur in Maria consensum.

II. Verum, admisso etiam quod actrix nuptiis consenserit, videndum est an sufficienter et debita forma fuerit consensus manifestatus. Ex his, quae superius diximus, patet nec testes ad matrimonium vocatos, nec alios praesentes in ecclesia audivisse Mariam matrimonio consensisse, si unus excipiatur Petrus Che-Kenn-Eut, cuius depositio saltem ut dubia haberi debet. Hinc desunt testes requisiti a Patribus Tridentinis. Neque dicatur non esse necessarium in matrimonio percipere verba consensus, quando ex circumstantiis, v. g. ex nutibus, signis, aliisque gestis de sponsorum consensu testes certi esse possint. Etenim in specie modus agendi sponsae supra descriptus deponit contra consensum, quare nullo ex capite testes deducere potuerunt Mariam matrimonio consensisse.

III. Tandem, posito quod Maria matrimonium voluerit, propriumque consensum ad normam iuris manifestaverit, certissimum est, dixerunt

Patres, consensum non fuisse liberum. Re quidem vera actrix asserit, se, cum matri respondisset se « nolle ire domum mariti » ab ea verberatam fuisse, et inferius « non solum maledictiones et verbera mihi intulit « mater mea, imo et mortem est minata ». Quod confirmat mater referens « eam increpavi et verbera vi ». Idem testatur Barbara Heou: « Vidi « matrem eius illam verberasse et in crepasse ». Gravem itaque in casu habemus metum saltem reverentialem. Maria enim iram et indignationem maternam, imo verbera et increpationes passa est unice quia matrimonium contrahere nolebat, quod grave est pro puella 15 annorum praesertim si animadvertatur, quod domina Maria Isao Liou solita erat se semper benevolam filiae praebere: « Ordinarie bene tracta vi « illam », ait mater, et filia: « Ordinarie bene me habebant, sive mater « mea, sive parentes sac. Heou ». Hic metus gravis fuit etiam iniustus; parum enim refert, si mater animo filiam cogere non intendebat; nam error inferentis metum a peccato excusare potest, sed obiectivam iniustitiam metus non aufert. Si vero apud Sinenses mos est filios parentem sequi in nuptiis ineundis, hoc tolerari poterit usque dum filii contrariam non manifestant voluntatem, quo in casu mos ille uti iniustus reprobandus est.

Metum Mariae incussum effugere ipsa non poterat, consilia, v. g., exquirendo, fugam arripiendo, etc. Nam brevissimo illo tempore, duorum videlicet dierum, quod intercessit inter habitam notitiam matrimonii et ritum nuptialem, mater curavit, ut familia Heou, penes quam puella vivebat, eam circumveniret hortationibus et compulsionibus. « Rogavi «parentes et sorores sac. Heou, ut ei suaderent». Acta autem referunt matrem sacerdotis non solum suasiones adhibuisse, sed etiam vim; Mariam enim invitam primitus ad currum, deinde ad Ecclesiam et postremo ad altare veluti manuduxit; et durante hac coactione, matrimonium fuit celebratum.. Hinc intelligi nequit in quo solers substitutus vinculi defensoris ex officio fundet suam assertionem, Mariam nuptiis ab exordio coactis, tandem aliquando liberum praestitisse consensum et matrimonio annuisse. Haec mutatio voluntatis esset probanda; neque praesumi potest ex eo, quod puella ecclesiam ingressa confessarium libere adiverit; nam haec duo, voluntaria peccatorum confessio et subsequens matrimonii celebratio non sunt adeo inter se connexa, ut si primum ponatur cum plena voluntate, alterum etiam dici debeat libere positum. Hinc S. C. Concilii, in *Tolentinaten.*, 17 aprilis 1869, nullum declaravit matrimonium ex capite vis et metus, non obstante quod sponsa deposuerit: « Appena entrata in chiesa trovai il Curato ... mi « confessai brevemente ».

Quibus omnibus in iure et in facto diligenter perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno^ pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et sententiamus, *constare de matrimonii nullitate in casu,* videlicet ad propositum dubium respondemus *Affirmative.*

Ita pronunciamus mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni demandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam SS. Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Beform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 10 februarii 1917.

Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens.*
Seraphinus Many.
Maximus Massimi.

L. © S.

Ex Cancellaria, 17 februarii 1917.

Sac. I. Ladelci, *Notarius.*

II

LUGANA

DISMEMBRATIONIS

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno tertio, die 23 aprilis 1917, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Petrus Rossetti et Raphael Ghimenti, Auditores de turno, in causa* Lucana-Dismembrationis, *inter* Ecclesiam parochialem loci Gello, *repraesentatam per tegitimum procuratorem Sac. Carmelum Conte advocatum, et* Parochiam filialem loci Celle, *repraesentatam per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, interveniente et disceptante in causa Rev. Promotore iustitiae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Incolae vici Celle, Lucanae dioecesis, propter difficultatem accedendi, tempore praesertim hyemali, ad parochialem ecclesiam loci Gello et propter animorum aversionem Cellenses inter et Gellenses, an. 1837 quibusdam procuratoribus mandarunt, ut vicus Celle a parochia Gello

dismembraretur et cappella ,in proprio erecta territorio S. Elisabeth dicata in novam parochiam erigeretur. Gellensium votis obsecundandum non esse censuit Ordinarius Lucanus ; tantummodo cappellano in praefata ecclesiola inservienti quasdam concessit facultates curam animarum respicientes. Quod tamen non valuit pacem in utroque pago restituere ; quin imo tales aliquando publici ordinis perturbationes habitae sunt, ut opus fuerit eas manu militari sedare. Anno 1913 Cellenses, collecta pecuniae summa necessaria ad novae parochiae dotem constituendam, iterum preces obtulerunt hodierno Archiepiscopo Lucano, qui die 23 febr. 1915 primum iudicavit adesse in casu « sufficienti motivi per accogliere in «. massima la dimanda degli abitanti di Celle », deinde, sententia diei 30 martii 1916, ad formalem dismembrationem et novae paroeciae erectionem devenit. A qua sententia Gellenses aeque ac Cellenses appellationem interposuerunt; illi negantes verificari in casu causas a sacris canonibus requisitas pro facienda dismembratione]; isti sustinentes novae parochiae deberi certam proventuum fabricae ecclesiae Gelio partem, nec non summam libellarum 56, quae antea cappellano solvebatur, in totum vel saltem ex parte, quod utrumque denegat archiepiscopalis sententia. Hinc nobis hodie causa definienda proponitur sub hisce concordatis dubiis: *I. An constet de legitima dismembratione in casu.* II. *An, et quatenus affirmative, quaenam pars ab opere parochiali loci Gello sit detrahenda favore paroeciae filialis.* III. *An parochus loci Gello solvere debeat rectori paroeciae filialis summam annuam libellarum 56 totam vel saltem ex parte.*

Ius quod spectat. - Patres adnotarunt parochiarum divisionem alienationis speciem inducere, et ideo ad eam, utpote odiosam, decernendam requiri iustas causas et solemnitates a iure praescriptas.

Relate ad primum, iusta causa est, si parochiani ad suam ecclesiam *sine magna difficultate* (ex cap. 3, *De eccl. aedif.)* vel *sine magno incommodo* ex (cap. 4, Ses. XXI, *De reform.*, Concilii Trid.) pro sacramentis suscipiendis et divinis officiis audiendis accedere nequeant. Haec difficultas aut magnum incommodum dérivât: 1) ex loci distantia ab ecclesia parochiali, seu quando parochia ita ampla non sit ut populus, adversis praesertim temporibus, sine magno incommodo illuc horis congruis ad divina officia confluere non possit. Hoc statuunt Patres Tridentini in cap. superius citato : « In iis vero (ecclesiis) in quibus, ob locorum distantiam « sive difficultatem, parochiani, sine magno incommodo, ad percipienda « sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt, novas « parochias, etiam invitis rectoribus, iuxta formam Const. Alexandri III,

« quae incipit *Ad audientiam,* constituere possunt (Ordinarii) ». Verificatur: 2) ex itineris difficultate, loci etiam distantia seclusa, ut cum inter populum alicuius villae et parochialem ecclesiam torrens vel flumen aliquod intercedant, quae nec pontem habeant, nec vado possint transiri, praesertim hyemali tempore, cum pluviae inundant, uti dicitur expresse in cap. *Ad audientiam.* Unde Pignatelli (in tom. IV, Cons. 230, n. 9): « Si constiterit, quod via sit monstruosa, aspera, lutosa, ac ita ardua, « ut parochiani sine magno incommodo, immo etiam periculo, pro reci- « piehdis sacramentis et audiendis divinis officiis ad parochialem eccle- « siam accedere nequeant, praesertim tempore hyemali, propter imbres « et pluvias, reputatur necessaria dismembratio, sive erectio novae paro- « chiae ». Ad decernendam autem dismembrationem non requiritur ut adsit et locorum distantia et difficultas itineris, sed sufficit ut alterutrum verificetur. Hinc dismembrationis causa, de qua agimus, formaliter reducitur ad grave incommodum accedendi ad parochialem ecclesiam. Olim, hac causa etiam concurrente, deveniendum haud erat « ad dismembra- « tionem parochiae ubi prospici posset retentione in aliqua cappella « cappellani, qui praesto esse posset pro necessitatibus spiritualibus pa.ro- « chianorum, qui ecclesiam parochialem, vel prae distantia, vel prae iti- n e r i s difficultate, adire nequeunt». Ita perpetuo respondit Rota, signanter in recent, dec. 578. Et adamussim censuit S. Congregatio Concilii in *Derthonen. - Dismembrationis,* 5 apr. 1732 ... At novissime in diversam abiit sententiam S. Congregatio Concilii in *Gomen.,* 3 dec. 1750. « Censuit enim deveniendum esse ad dismembrationem parochiae, tam- « etsi rector veteris parochiae retinere offerret in aliqua cappella cappel- « lanum, qui occurrere valeret spiritualibus indigentiis parochianorum, « qui iusta de causa instabant pro dismembratione » (Ferraris, *Bibliotheca Gan.* ad v. *Dismembratio,* n. 10 et 19). Hanc mitiorem interpretationem firmavit praefata Congregatio in *Beatina,* 20 sept. 1817; in *TJrbinaten.,* 27 nov. 1852 et 20 nov. 1853; in *Sypontina,* 25 ian. 1850; in *Goncordien.,* 19 ian. 1889 et in *Ianuen., 7* iun. 1907 ; et tenuit H. S. Tribunal in *Bobien.,* coram Lega, 4 martii 1911. Et merito quidem: « nostra « enim aetate, uti scribit Promotor iustitiae in suis animadversionibus, « charitate erga Deum tepescente, moribus in dies magis corruptis, lupis « undique rapientibus oves, opportunum visum fuit veros multiplicare « pastores », tum quia isti magis idonei praesumuntur ac simplices cappellani aut vicarii, maiorique gaudent experientia; tum quia, utpote propriis incardinati ecclesiis, immo propriarum ecclesiarum sponsi, **alar** eriori animo ac diligentia bono spirituali ovium sibi commissarum incumbunt.

Quamvis ad faciendam dismembrationem sufficiat magna difficultas, accedendi ad ecclesiam parochialem, nihilominus in iure sancitum non est, quando in concreto haec magna verificetur difficultas. Proinde Doctores hoc relinquunt determinandum arbitrio iudicis, seu Ordinarii, qui rem definiet ex locorum, personarum factique circumstantiis. Ita Fagnanus (in lib. III *Decret.*, cap. III, num. 4, tit. XLVIII): « Quanta autem « debeat esse huiusmodi distantia, seu parochiae amplitudo, ut paro- « chiani dicantur non posse, sine magno incommodo, ad ecclesiam accendere, cum iure definitum non sit, iudicis arbitrio relinquitur » (cap. *De causis* supra *De Offic. Deleg.)* et tenet Menochius, *De arbitr. iud. cent. 5, casu 407,* n. 4. Et Rota (dec. num. 2 c. Penting): « Ordinarii iudicio « statur circa rationabilitatem causae faciendi similes erectiones ». Conferri possunt etiam Laurenius *(For. Benef.,* tom. I, cap. 3, qu. 159), Reiffenst. (lib. IV, tit. 48, n. 13), Ferraris *(Bibl.,* can. V, *Dismembratio,* n. 42) aliique. Hinc merito card. De Luca parochiarum dismembrationem dicit esse quaestionem potius facti quam iuris, et constituere obiectum iurisdictionis potius voluntariae, quam contentiosae *(De Decimis,* Disc. XII).

Altera causa dismembrationis est parochianorum augmentum, etiamsi numerositati populi possit occurri per unius aut plurium vicariorum deputationem, uti scatet ex pluribus S. Congr. Concilii resolutionibus, quas sequutum fuit nostrum Tribunal in *Sedunen.,* c. Perathoner, 2 apr. 1912, et in *Londonen.,* c. Mori, 3 maii 1914.

Dismembrationem etiam suadent discordiae dissensionesque inter populos eiusdem paroeciae existentes. Ratio est quia, hisce in casibus, non raro contigit, ut pars parochianorum negligat accedere ad ecclesiam, in qua communis rector ministerium suum exercet; quod malum nulla alia ratione vitari potest, nisi per novae parochiae erectionem (cardinalis De Luca, *Adnot. ad Conc. Trid., disc.* XVI, num. 8; Ursaya, *Discept, eccl.,* tom. I, P. T., disc. XIV, n. 58 et 100; Monacelli, *Formul,* III, p. 36). Haec dissidia et antipathias semper noster Ordo consideravit in recentioribus citatis decisionibus et resolutionibus S. Congregatio Concilii, in *Bergomen.,* 11 dec. 1886, et in *Ianuen.,* .7 iunii 1897.

Praeter causam, requiruntur solemnitates. Et 1) instituendus est processus canonicus, non tamen iudicialis, ad facti cognitionem. 2) Requiritur consensus capituli cathedralis. 3) Exquirendus pariter est consensus Rectoris Ecclesiae dismembrandae, eorumque, quorum interest; verum, si iusta habeatur causa, istis etiam invitis, Episcopus potest procedere ad dismembrationem. 4) Constare debet « de erigendae ecclesiae dote « sufficienti, tum ad sustentationem beneficiati, tum ad referenda onera

« fabricae ecclesiae et cultus ^divini » (Vernz, *Ius decr.*, II, num. 242). 5) Tandem cavendum est « ut competens in ea (ecclesia filiali) honor, « pro facultate loci, matrici ecclesiae servetur » (cap. *Ad audientiam*, tit. XLVIII, lib. III). Quod tamen relinquitur statuendum arbitrio Episcopi.

Modo <xd factum. - Relate ad primum dubium Gehendes, circa requisita necessaria, ut dismembratio fieri possit, nullas movent querelas, immo omnia recte processisse fatentur; asserunt vero ex rigore iuris causas desiderari, ut dismembratio cohonestetur. At legitimas adfuisse causas affirmat Archiepiscopus in dismembrationis decreto his verbis: « Considerato che nel fattispecie si verifica un grave incomodo per gli « abitanti di Celle a frequentare in tutte le officiature la chiesa parroc- « chiale di Gello; - constatato pure che fra le due frazioni suddette sono « esistite nel passato e continuano ad esistere tali attriti e dissensioni « che, oltre a turbare la pace di quelle popolazioni, ridondano a danno « dei bene spirituale delle medesime », etc. Prima itaque causa est grave incommodum Gellensium accedendi ad ecclesiam parochialem loci Gello. Hoc grave incommodum fatentur testes omni exceptione maiores. Ita sac. Matteoni, rogatus de indole et natura accessus ad locum Gello, deponit: « È grandemente incomodo, specialmente per i venti e « nella stagione invernale, perchè vi è una strada quasi impraticabile. « La strada è attraversata da acque, specialmente d'inverno; nemmeno « vi sono ponti, dove la via traversa i canali ». Idem testantur sacerdotes Ramacciotti et Cantoni, quorum primus ait: « È una strada fati- « cosa molto, e nella stagione d'inverno diventa anche difficile ». Alter vero: « È una salita molto ripida e pericolosa nell' inverno per la ragione « dei ghiacci. Fra le strade di montagne credo che sia una delle peg- *« glori*, non per fattura, ma per la salita, essendo discretamente man- « tenuta ».

Nec relevat iudicium tecnicum Georgii Cesari, quod Gellenses in contrarium opponunt. Nam peritus viae longitudinem designat, quin difficultates describat: «At magna longinquitas (scribit Fagnanus in « cap. 18, *De eccl. aedif.)* non requiritur, sed solum talis, ut iis paro- « chianis sine magno incommodo non pateat accessus ad maiorem « ecclesiam ». Deinde huiusmodi incommodum aliquo modo peritus ipse admittit, cum affirmat iter magna ex parte parum esse commodum utpote admodum ascendens. « Fra la chiesa di Celle e la parrocchia la « distanza misurata, seguendo la strada ordinaria, è di m. 750, di cui < circa 200 pianeggiante ...la pendenza *media* della salita è del26°j$_0$>;

imo alicubi prorsus molestum esse cum sitgradatum: « Il breve tratto « di maggior pendenza, tratto che porta un discreto spostamento alla « percentuale di cui sopra, è disposto a scala con gradini aventi in media « una pedata di cm. 30 ed un'alzata di cm. 18 ».

Huic rationi in iure expressae et iam sufficientissimae ad decernendam dismembrationem, alia addenda est desumpta ex antipathia, iurgiis ac dissentiç^iibus existentibus inter utriusque pagi incolas, quae dissensiones antiquissimae sunt et fere saeculares; in archivo enim Curiae Lucanae, uti legitur in sententia appellata, « esistono docu« menti atti a dimostrare l'antichità delle divergenze fra le suddette « frazioni ». Neque dici potest quod hodie disparuerint. Nam sac. Ghirardi ait: « So che esistono discordie fra Celle e Gello... sono pubblicis« sime... per me sono quelli di sopra (Gelienses) che cercano d'imporsi ». Et sac. Ramacciotti, rogatus: « se sia notorio che esistono gravi discordie « e rivalità fra gli abitanti della frazione di Celle e quelli della frazione « di Gello », respondit: « Vi sono e vi sono state. Sono pubbliche, se ne « parla anche fra i parrocchiani ». Eadem deponit sac. Matteoni dicens: « È pubblica da per tutto la discordia esistente fra le due frazioni. Di «fatti specifici so soltanto che una volta intervennero i carabinieri per « il trasporto dei defunti. Ho sentito dire che ci sono anche stati dei « picchiamenti ». His accedit declaratio Communitatis seu Municipii Pescaglia, quae ita se habet: « La invocata autonomia richiesta dagli « abitanti di Celle si ravvisa opportuna e necessària sotto ogni punto « di vista, ma più specialmente per motivi di ordine pubblico ».

Recensita dissidia non solum legitimam constituunt dismembrationis causam, sed de medio quoque tollunt difficultatem, quae fit a patrono ecclesiae Gello; incommodo nempe Cellensium ad ecclesiam parochialem accedendi provisum satis fuisse per cappellani deputationem ; praeterquamquod enim facultates cappellano concessae impares erant satisfaciendi spiritualibus necessitatibus et iustis desideriis Cellensium, obstinatae aversioni et antipathiae inter utriusque pagi incolas occurri non poterat nisi per novae parochiae erectionem. Unde recte scribebat Archiepiscopus Lucanus Oeconomo Gellensi die 20 oct. 1900: « Quanto « Ella ci scrive... riguardo alla frazione di Celle ci dimostra sempre più « la necessità di venire a quella determinazione, che ella ci propone, e «cioè l'erezione della medesima frazione in Cura ».

Relate ad secundum dubium, Cellenses vellent, ut in favorem novae parochiae pars detrahentur ab opere parochiali loci Gello, ecclesiae Cellensi tribuenda. Etenim, aiunt: « A memoria d'uomo, secondo la tradi« zione passata di padre in figlio, ha sempre amministrato (l'opera par-

« roechiale di Gello) con i fondùsuoi agli abitanti del Terziere di'Celle « le seguenti prestazioni, cioè una libbra di pane bianco a persona nel « giorno della S. Pasqua, una candela a famiglia nel giorno 2 febbraio, « e provvedeva al mantenimento dell'ombrellino per amministrare in « Celle la S. Communione agli infermi, come pure manteneva un velo « e i lampioncini, a tale effetto somministrando una candeletta ad ogni «persona, che si associava alla funzione». Haec autem omnia non praestabantur Cellensibus ab Opera ecclesiae loci Gello ex titulo aliquo speciali, hoc enim saltem nullo eruitur ex documento; sed quia ipsi Gellensis parochiae partem constituebant. Cum vero, dismembratione sequuta, inter utriusque fractionis incolas huiusmodi relatio fuerit sublata et duae fuerint parochiae constitutae, nulla ratione habita status praecedentis, concludendum est nullam praestationem ab Opera Gellensi esse dandam Cellensibus.

Notandum ulterius est dismembrationem parochiarum duplici modo fieri posse. Vel enim a parochia pars territorii tantummodo divellitur et novae ecclesiae tribuitur, vel etiam et pars territorii et pars aliena reddituum separatur parochiae filiali adsignanda. Utraque dismembratio odiosa est, maxime secunda. Hinc secunda dismembratio, iuxta Doctores, fieri nequit nisi duo verificentur: 1) Si reditus matricis ecclesiae exuberantes existant, ita ut utrique ecclesiae tam antiquae, quam novae provideri possit constitutione dotis novae Ecclesiae. Sed in specie, cum ex una parte satis superque fuit consultum novae parochiae per spontaneam Cellensium oblationem, qui annuum redditum L. 936,42, et forte L. 1000, non comprehensis incertis, pro illius dotatione assignarunt, cumque ex altera matricis ecclesiae Gellensium redditus adeo sunt exigui, ut illius rectoris substentationi vix sufficiant, nulla adest ratio ut ecclesiae filiali pars etiam minima reddituum ecclesiae matricis tribuatur. Haec omnia testatur Archiepiscopus scribens « che le rendite « della chiesa parrocchiale di Gello sono appena sufficienti alla congrua « del parroco e al mantenimento della chiesa medesima... che alla con- « grua dei nuovo parroco di Celle è sufficientemente provveduto... che « la chiesa della erigenda parrocchia di Celle è abbastanza provveduta « di sacri arredi e di entrate speciali per il mantenimento del culto e « delle funzioni parrocchiali ».

Hisce ex rationibus Patres censuerunt secundum dubium dimittendum esse negativa responsione.

Negativo etiam modo solvenda est quaestio proposita in tertio dubio. Etenim in actu fundationis cappellaniae Cellensis legitur « che «il cappellano debba coadiuvare il parroco di Gello nell'esercizio della

« cura delle anime... per il quale onere Mons. Vicario Generale impone « obbligo ai Signori Rettori della Chiesa Parrocchiale di Gello di dare « e pagare ogni anno ai Cappellani della suddetta uffiziatura la somma « di lire 55 ». Non ergo de legato agitur in favorem cappellaniae Cellensis statuto, sed tantum de congrua mercede debita cappellano pro coadiutoria. Hinc cum, sequuta dismembratione, desierit in cappellano onus coadiuvandi Gellensem parochum, et ratio etiam mercedis cessare debuit, unde nulla superest obligatio in parocho loci Gello solvendi praefatam summam. Quod evidens fit si observetur cappellanum Cellensem non solum Cellensibus, sed et aliis incolis parochiae Gello operam suam praestare debuisse, uti affirmat Archiepiscopus in sententia appellata. « U motivo, ait, per il quale il parroco di Gello *ab antiquo* dà ogni « anno al cappellano di Celle la somma di scudi 19 pari a lire 55, sta « nel fatto che detto cappellano presta aiuto al parroco di Gello non solo « nella frazione di Celle, ma anche nel rimanente della parrocchia ».

Quibus omnibus, tum in iure, tum in facto rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, propositis dubiis respondemus : Ad I. *Affirmative.* Ad II. *Negative.* Ad III. *Negative.*

Ita decernimus, declaramus et sententiamus, statuentes expensas esse inter partes compensandas, quoad autem taxam sententiae, pro medietate solvatur ab utraque parte.

Ita declaramus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 23 aprilis 1917.

Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens.*
Petrus Rossetti.
Raphael Chimenti.

Ex Cancellaria, die 4 maii 1917.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SUPREMUM
SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

FLORENTINA

IURIUM D Ei SEPULGRIS, SIVE NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS

In ordinario coetu seu congressu habito in aedibus Emi ac Rñii P. 1). Michaelis Card. Lega, Praefecti, die 12 februarii 1917, intervenientibus, una cum Patre Secretario, nonnullis Praelatis Votantibus et Referendariis, inter alia examini subiectus est recursus Sanctis Binazzi sacerdotis adversus sententiam a S. Rota latam in causa, die 9 iunii anni 1916, ad obtinendam nullitatem dictae sententiae. Fundamento tamen boni iuris destitui idem recursus visus est, atque idcirco iuxta *Legem Propriam,* can. 40, recursus reiectus est. Cum autem adversus hanc Signaturae decisionem interpositus esset novus recursus ad Emorum Patrum eiusdem Signaturae plenarium Coetum, responsum fuit ab Emo Cardinali Praefecto, in Consueto Congressu habito die 11 martii 1917: *In decisis,* addito Emi ipsius Cardinalis Praefecti decreto, ut extenderetur decisio. Decisio autem haec est.

Sanctes Binazzi, sacerdos ac praepositus ecclesiae parochialis suburbanae S. Felicis ab Ema, in dioecesi florentina, die 21 augusti 1871 contractum societatis iniit cum Sodalitate S. Marci, ac SSmae Annuntiatae, quae in eadem ecclesia parochiali erecta est, ad hoc ut in coemeterio ipsius paroeciae sepulcretum in forma columbarii construeretur. Ex ea conventione omnes expensae in constructione sustinendae, nec non omnia lucra ex futuris tumulationibus percipienda in aequas portiones Praepositum inter et Sodalitatem dividenda erant. Anno 1880 sacerdos Binazzi mortuus est, eique successit Angelus Ciuffi, sacerdos, qui cum praefata Sodalitate alias tres iniit conventiones priori similes, annis nempe 1882, 1889 et 1908, pro constructione 2", 3[ae] et 4[ae] sectionis sepulcreti. Anno tamen 1908 non leve dissidium inter partes ortum est, cum Praepositus quodlibet ius ad tumulationum emolumenta participandi Sodalitati agnoscere renueret. Controversia ad Curiam archiepi-

scopalem florentinam delata, haec, decreto diei 8 iunii 1912, pro Sodalitate pronuntiavit.

Cum adversus hoc decretum Praepositus recursum habuerit, causa, praevia pontificia commissione, apud S. Rotam discussa est sub tribus dubiis ita concordatis:

I° *An, quo titulo, quanam mensura, quibusque oneribus, Sodalitas S. Marci et SSmae Annuntiatae participare débeat de emolumentis funerariis veteris et novi coemeterii in casu.*

2° *Utrum Sodalitati an parocho restituenda sint emolumenta in praeteritum percepta, nec non reficienda damna in casu.*

3° *A quo, quomodo, qua mensura, quibusque cum cautelis emolumentorum administratio sit gerenda in casu.*

His dubiis S. Rota, sententia lata die 26 febr. 1915, sic respondit:

Ad 1m *Affirmative, seu Sodalitatem S. Marci et SSmae Annuntiatae participare debere de emolumentis veteris et novi coemeterii in casu, titulo conventionum inter ipsam et parochum S. Felicis ab Ema initarum, atque pari mensura tam in oneribus, expensis operarum et manutentionis ordinariae atque extraordinariae communiter ferendis, quam in proventibus inter sese dividendis.*

Ad 2m *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, seu Sodalitati a parocho restituenda esse emolumenta in praeteritum percepta, nec non reficienda esse damna in casu.*

Ad 3m *Emolumentorum administrationem gerendam esse iuxta normas statutas in conventione, diei 26 aprilis 1908.*

Adversus hanc sententiam Praepositus appellationem interposuit ad secundum turnum S. Rotae, novumque dubium concordatum est, uti fieri solet, his verbis:

An sententia rotalis diei 26 februarii 1915, confirmanda vel infirmanda sit in casu.

Responsio secundi turni, coram Many, data est die 9 iunii 1916 et ita se habet:

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Itaque sententia primi turni confirmata est, ac pariter circa expensas decisum est, sicut et in sententia priore, eas omnes, quae ad utrumque iudicium pertinent, a Praeposito solvendas esse; quoad alterum vero iudicium, etiam expensas ac stipendium advocati adversae partis ab ipso Praeposito esse sustinenda.

Adversus sententiam secundi turni S. Rotae, Praepositus recursum habuit ad Supremum Signaturae Tribunal, pluribus expositis *gravaminis,* uti dicunt, capitibus.

Sepositis iis rationibus, quae evidenter ob earumdem naturam apud Supremum Tribunal deduci nequeunt, motiva, quae aliquam considerationem merentur, ad haec reducuntur.

I SERIES.

Tota haec controversia fundatur in validitate vel nullitate contractuum, qui inter partes intercesserunt. Iamvero hi contractus invalidi dicendi sunt contra ac pronuntiavit S. Rota. Ergo sententia impugnata S. Rotae nulla est ob *per versionem factorum.*

Quod quidem duplici argumento Praepositi nomine ostenditur.

A) Contractus invalidi sunt, quia 'Sodalitas personalitate iuridica, tum civili tum canonica, omnino caret, ideoque incapax est ad contrahendum. Sane Sodalitas communi consilio utriusque potestatis civilis ac religiosae anno 1782 suppressa est, ob nonnulla mala, praesertim ob inordinatam administrationem, ac nunquam - ne canonice quidem - restituta èst. Hinc Sodales ostendere ante omnia debent se, *canonice saltem,* Confraternitatem constituere, ut actoris partes contra Praepositum sustinere valeant.

Gravamen tamen huiusmodi fundamento destituitur. Ante omnia, Sodales minime actoris partes gerunt, sed rei, quia recurrens est Praepositus; ideoque non Sodalibus, sed Praeposito onus probationis incumbit. Nihilominus Sodalitas, coram S. Rota, suas rationes adduxit ut propriam personalitatem iuridicam sensu canonico probaret.

Qua in re animadvertendum est, S. Rotam sedulo rem pertractasse, rite ostendendo, auctoritatem archiepiscopalem decreto 19 aprilis 1793, additamenta nonnulla prioribus Sodalitatis statutis approbasse, sicque, virtualiter saltem, Sodalitatem ipsam rursus agnovisse. Decretum huiusmodi minime impugnat pars recurrens, sed de eo prorsus silet; quod profecto satis ostendit, factorum perversionem S. Rotae tributam longe hinc abesse.

Instat quidem Praepositus adducens - velut si ad argumentum *ex noviter repertis* confugeret - quatuor documenta ex regio Archivo Status, Florentiae, extracta. Ex iis tamen nihil novi reipsa eruitur, uti constat ex compendio ipso, quod a parte recurrente exhibetur his verbis: « Detta Confraternita fu soppressa nel 1782 dietro istanza della popo-« lazione (ali. 1); dopo la minaccia, non ascoltata, dell'Arcivescovo, deter-« minata da cause canoniche (ali. 2); per opera dello stesso Arcive-« scovo, che notifica il provvedimento al governo granducale (ali. 3); e « per opera del governo granducale (ali. 4) ».

Haec omnia probe nota erant S. Rotae, ac minime excludunt Sodalitatem postea canonice restitutam esse, sicut reipsa restituta fuit. Quod si parti recurrenti concedatur, Sodalitatem sub alio nomine aliaque forma instauratam esse, exinde nullatenus concludi posset Sodalitati ipsi canonicam personalitatem esse denegandam. Gorruit ergo quodlibet impugnationis fundamentum.

B) Contractus, de quibus agitur, initi sunt sine beneplacito canonico et civili, quod necessarium fuisset ad eorundem validitatem. Ita quidem obiicit recurrens, remque exponit.

a) Quod spectat veniam civilis auctoritatis, necessitas eiusdem deducitur ex Concordato inter S. Sedem et Magnum Ducem Petrum Leopoldum II, celebrato die 25 aprilis 1851.

Pars recurrens conqueritur, S. Rotam Concordatum vi sua destitutum habuisse, quia a gubernio provisorio Hetruriae denuntiatum fuerat, ideoque veniam civilem, de qua agitur, non amplius necessariam dixisse, ac proinde contractus absque ea initos validos esse declarasse; quae omnia, ex mente partis recurrentis, recta non sunt.

Error, qui ita S. Rotae adscribitur, ex mera facti aestimatione procederet, quae ideo apud Supremum Tribunal censuram non meretur. Criterium enim iuridicum, quod illam facti aestimationem informat, omnino rectum est. Sane S. Rota hoc principium statuit: ex denunciatione nempe alicuius Concordati ex parte tantum civilis potestatis, hanc, indebite utique agendo circa onera assumpta, profecto iis iuribus renuntiare, quae sibi ipsius concordati vi competebant.

Iamvero principium huiusmodi exceptionem non patitur; quod satis est pro munere Supremi Tribunalis ad sententiam Sacrae Rotae firmandam.

Contra haec subdit Praepositus, ex violatione Concordati a gubernio provisorio Hetruriae patrata nullum ius exsurgere posse, cum violatio idem non sit atque abrogatio, eo magis quod violatio ex parte laicae potestatis contigerit, inquit, prout ex verbis decreti denunciationem continentis constat, < per rimettere in vigore in Toscana il diritto pub-
« blico ecclesiastico, osservato costantemente per più di un secolo, senza
« offesa del dogma e dei principi fondamentali della religione cattolica ».
Haec tamen addita ratio nihil valet, quia etsi assertus finis denunciationis admittatur, nihilominus Ecclesia ex ipso facto illegitimo rescissionis seu violationis concordati ex parte Status, integrum ius habet iudicandi eumdem Statum sub iure communi canonico recidisse, amittendo utilitates ipsi Statui ex concordato derivantes (Cavagnis, *Instit.*

Iuris public, eccles., edit. alt., I, n. 639, 2). Ceterum defensio illa Status a Praeposito assumpta immerito in laudem gubernii provisorii cedit, ob iactantiam zeli religiosi, de cuius sinceritate sola Ecclesia iudicare potest.

Animadvertit insuper pars recurrens, una cum denunciatione concordati, nullo modo abrogatas fuisse leges contentas in Motu proprio leopoldino 7 martii 1773, ex quibus parochi contractus onerosos circa beneficii bona inire nequeunt sine expressa venia potestatis civilis. Imo hae leges leopoldinae positive confirmatae sunt in decreto denunciationis Concordati, atque etiam hodie in tota Hetruria adhuc vigent.

Clare patet hunc partis recurrentis sermonem intelligendum esse, quod nostram causam attinet, de vi obligandi earum legum non coram Statu, sed coram Ecclesia. Iamvero, re ita intellecta, dicendum est Praepositi animadversiones nihil novi continere. Omnia, quae ipse nunc profert, iam, licet minus explicite, proposita sunt coram S. Rota. Etiam tunc ipse egit de necessitate veniae civilis ad contrahendum vi earum legum et concordati, sed nunquam causam praedictarum legum ab ipsius concordati causa separare conatus est. Quod etiam egit sententia impugnata, quae satis habuit contra monere, gubernium, ipso facto denunciationis, favoribus quos antea ab Ecclesia obtinuerat, renuntiasse.

Nunc, e converso, pars recurrens, - parum etiam sibi constans, quia coram secundo turno Rotae, defectui veniae civilis fere nullum tribuerat momentum, - sententiam impugnatam confusionem inter concordatum et leges leopoldinas induxisse affirmat, additque leges has acceptatas et approbatas a S. Sede fuisse.

Exprobratio tamen huiusmodi in S. Rotam non sustinetur. Sane, leges illae leopoldinae libertati Ecclesiae infensae, quod spectat ad materiam de qua agimus, adhibitis opportunis correctionibus, nec non data ex parte gubernii, ut fieri solet in similibus conventionibus, aequa compensatione, in ipsum concordatum introductae sunt. Quo factum est, ut etiam ex parte Status quamlibet vim obligandi, quoad veterem ipsarum formam, amiserint, totamque iuridicam efficaciam, annuente Ecclesia, solum uti dispositiones concordatariae acquisierint.

Quod satis aperte etiam legitur in verbis quae concordatum praecedunt, eumque celebratum tradunt: « all'oggetto di porre in armonia « le leggi della Toscana nei rapporti che esse avevano con quelle della < Chiesa ». Nulla igitur aequivocatio aut confusio tribui potest sententiae impugnatae, quae ideo specialem mentionem de legibus leopoldinis omisit, quia hae, sensu explicato, in concordatum insertae sunt. Quod

etiam confirmatur articulo 2 decreti **denunciationis** concordati, qui ita se habet: « Per conseguenza le leggi e le consuetudini del giure pub- « blico ecclesiastico toscano anteriori al 25 aprile 1851 sono *ristabilite* « in pieno vigore »; quod idem est ac dicere, eas antiquas leges amisisse, quatenus tales, ob concordati **Stipulationen!,** suum valorem, quod satis profecto est ad sententiam impugnatam sustinendam.

Verum est, gubernium provisorium eodem articulo, nuper allato, dum concordatum denuntiat ac suis oneribus ex eo erga Ecclesiam contractis se subtrahit, voluisse ac pro libidine declarasse se, in propriam tantum utilitatem, Ecclesiae vincula solidare: ex hoc tamen Status abusu nullum ipsi ius acquiri potuit, quod in foro Ecclesiae invocare liceat.

Concludendum igitur est ex hoc capite defectus veniae civilis, sententiam S. Rotae impugnari legitime non posse.

ö) Pars recurrens aliquid etiam innuit de defectu beneplaciti apostolici, circa quem diutius disseruit in praecedenti iudicio. Quamvis autem in praesens Praepositus breviter de hoc capite agat, Supremum tamen Tribunal rem silentio praeterire non potest.

Sententia impugnata, secus ac sententia primi turni, merito ad examen revocavit memoratum defectum, ac censuit omissionem beneplaciti apostolici quantum ad 2[am], 3[am] et 4[am] conventionem circa tres postremas sepulcreti sectiones, imo potius circa 2[am] et 3[am], quia pro 4[a] conventione beneplacitum apostolicum obtentum est, ipsarum conventionum invaliditatem minime produxisse. Ratio a S. Rota adducta est, quia agitur in casu de exiguis terris, quae comprehenduntur in concessione canonis *Terrulas* (58, caus. 12, q. 2), pro quibus alienandis Episcopi consensus sufficit. Quamvis autem singulae illae parvae alienationes simul collectae efforment unam alienationem non parvi momenti, id tamen nihil in casu obstat, quia, iuxta iudices rotales, prae oculis habendum est principium, quod ita enunciari potest. Locus fit applicationi can. *Terrulas,* ideoque opus non est beneplacito apostolico, etiam in casu plurium venditionem, quae successive habeantur, exiguarum portionum eiusdem fundi maioris, dummodo venditio ab administratoribus sine fraude acta sit, nempe dummodo intentio abfuerit sic eftugiendi necessitatem beneplaciti apostolici. Cum hac dolosa intentione confundendum non est propositum, licet ab initio conceptum, ad eam completam alienationem perveniendi, quoties propositum huiusmodi non firmum et absolutum, sed velut conditionatum et hypotheticum est.

Alienum esta munere Supremi Tribunalis inquirere in applicationem huius principii ad casum particularem, ad hoc nempe ut cognoscatur

utrum *de facto* fraus, sic intellecta, in contractibus de quibus agitur, intercesserit nec ne. Munus tamen Signaturae est ad examen revocare ipsum principium iuridicum a S. Rota enunciatum. - Quod quidem subtiliter compositum aliquid novi forte inducit circa interpretationem extravagantis *Ambitiosae* et can. *Terrulas.* Itaque interpretatio huiusmodi conformis profecto non est rigidiori opinioni quam maior auctorum pars amplexa est, quamque sequitur ipse D'Annibale *(Summ. III,* 79, not. 18), qui in ceteris quaestionibus ad interpretationem nostri canonis pertinentibus interdum uti valde benignus habitus est (cfr. Wernz, *Ius decret.,* III, n. 165, not. 160). Iuxta hanc opinionem quoties terra alienata pars est fundi maioris, eo ipso applicari nequit can. *Terrulas,* etiamsi semel alienatio contingeret. Ad rem adducitur textus eiusdem canonis : « Ter« rulas aut vineolas exiguas et Ecclesiae minus utiles, longe positas « et parvas, Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distra« hendi habeat facultatem »; in quo supponitur praecise de agello quodam separato causam esse. Idque eo magis, quod, uti multi opinantur, prohibitio alienationis, sine debitis conditionibus, cum sit Ecclesiae favorabilis, latae, imo latissimae interpretationi subiiciatur, sicque prohibitio ipsa facile ad casus dubios extendatur (Schmalzg., lib. III, tit. 13, num. 7).

His tamen non obstantibus, negari nequit principium a S. Rota invocatum conforme esse opinioni benigniori, quaeque merito magis consentanea rationi habenda est. Iuxta hanc alteram opinionem locus fit applicationi can. *Terrulas* etiam in casu exiguarum portionum maioris fundi, quoties hae parvae portiones sine fraude audiantur, idest sine proposito ad alienationem maiorem lege prohibitam perveniendi. De hac fraude egregie loquitur Ferraris *(Biblioteca can.,* voce *Alienare,* art. IV, n. 18 et sqq.): «Octavo, sine beneplacito apostolico non pos« sunt bona ecclesiastica sive mobilia pretiosa *dividi* in plura corpora *« ad hoc,* ut minuatur valor et reducantur ad esse terrularum ... *ut « res fiat,* auctoritate episcopi, alienabilis. Hoc enim esset aperte agere « in fraudem legis et absque solemnitate alienare quae sine ipsa sunt «inalienabilia .... et ideo esset totaliter illicita et invalida talis *fraudu« lenta* alienatio ratione *malae fidei* .... Et sic, Clemente VIII appro« bante, declaravit S. Congregatio », etc.

Quae verba profecto explanatione non indigent. At S. Rota ulterius progreditur ac pronuntiare non dubitat, etiam propositum ad maiorem alienationem perveniendi non constituere *fraudem* contra prohibitionem, quoties propositum illud non firmum et absolutum sit, sed restrictionibus et conditionibus subiiciatur, quae efficiant, ut singulae aliena-

tiones de facto patratae in unam maiorem alienationem *non coalescant,* sed separatae maneant atque ita singulae protectione can. *Terrulas* adhuc fruantur. Explicatio haec, uti supra dictum est, elegans videri poterit, minime tamen cavillationi comparanda, cum aliud interpretationis criterium, priori iam recensito oppositum, prae oculis habendum sit, ex quo prohibitio alienationis consideranda est non favorabilis, sed *odiosa,* ideoque strictae interpretationis, tum quia iuri antiquo derogat, tum quia limitat potestatem Episcoporum, tum quia transgressoribus poenam excommunicationis infligit in re, quae ob mutata temporum adiuncta, obiective pretiosa censeri non solet (D'Annibale, *Summ. III,* n. 77, nota 6), quod criterium nunc in ecclesiastica disciplina discrete paullatim praevalere dicendum est.

Omnibus ergo perpensis, negandum est S. Rotam in errorem iuridicum incidisse, ideoque sententia impugnata ne ex hoc quidem capite censuram meretur. Quod valet etiam pro primo contractu, pro quo S. Rota supremum suum iudicium circa factum pronuntians, nullam extitisse alienationem censuit, cum terra in sepulcretum adhibita, iam in coemeterium destinata esset.

II SERIES.

His accedunt alia *gravamina.*

a) Quia, cum, vivente Praeposito Binazzi, divisio emolumentorum inter partes contigerit, quae in contractu 29 augusti 1871 praevidebatur, eo ipso ad normam art. 1729 cod. civ. italici societatis contractus desierat. Sed haec respiciunt circumstantias facti, de quibus Signatura non videt.

b) Quia S. Rota factorum veritatem pervertit, dum voluntatem Praepositi Binazzi sepulcreti constructionem prosequendi uti *hypotheticam* consideravit, dum, iuxta recurrentem, voluntas illa *absoluta* fuit. Haec tamen nullo modo perversio factorum dici potest, sed mera interpretatio verborum alicuius contractus, qui in omnibus suis partibus plane notus fuit S. Rotae, quae interpretatio fuse discussa est, ideoque apud Supremum Tribunal rursus in dubium revocari nequit.

c) Quia omnia quae pars recurrens egit apud Curiam archiepiscopalem, ad conventionem anni 1882 ineundam, ex fraudibus callide a Sodalitate adhibitis posita sunt. Sed pariter ex actuum inspectione constat, agi hic de cumulo circumstantiarum ad factum pertinentium, de quibus Signatura iudicare non potest, quaeque satis considerata sunt a praecedentibus iudicibus.

d) Quia pars recurrens mendax non fuit cum asseruit se solum ***sub conditione*** conventioni 26 aprilis 1908 subscripsisse; et insuper quia eadem conventio inscribenda esset, « avrebbe dovuto essere registrata >, vi consuetudinis in Hëtruria vigentis circa omnes privatas conventiones, quam consuetudinem S. Rota despexit. Sed rursus haec omnia ad factum stricte pertinent, ideoque ad iudicium circa meritum spectant. Ceterum principium iuridicum a S. Rota hac in re enunciatum, quodque pars recurrens respicit, nempe: « inscriptio in regestis publicis vel tra- « ditio exemplaris in manu Sodalitatis non erant conditiones requisitae « ad eius valorem >, principium huiusmodi, inquam, rectissimum est, tum quoad alteram partem, quae evidens est, tum quoad primam, cum notissimum sit, in systemate iuris italici ***transcriptionem*** et ***inscriptionem,*** in casibus in quibus requiruntur, exigi tantum ut actus vim habeat respectu extraneorum ***(di fronte ai terzi),*** minime vero inter partes contrahentes, uti in casu nostro.

Ex his omnibus S. Tribunal Signaturae censuit recursum esse prorsus reiiciendum. Cum autem adversus hanc decisionem Signaturae interpositus esset novus recursus ad Emorum Patrum eiusdem Signaturae plenarium Coetum, responsum fuit ab Emo Cardinali Praefecto, in consueto Congressu habito die 11 martii 1917: « In decisis >, ideoque novus recursus admissus non est.

Datum ex aedibus S. T. die 31 martii 1917.

Iosephus Palica, ***Signaturae Votans.***

VISA

EVARISTOS LUCIDI, ***S. A. S. T. a Secretis.***

L. © S.

Iosephus adv. Fornari, ***Notarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

AVVISO

La Direzione dell' « Annuario Pontificio » presso la Segreteria di Stato interessa vivamente gli Ululi e Rmi Ordinari delle diocesi, i collegi prelatizi, i Superiori generali degli Ordini religiosi, i Rettori dei collegi ecclesiastici e tutti i dignitari appartenenti alla Corte pontificia a volerle trasmettere in tempo utile le relazioni e rettifiche occorrenti per la edizione dell'« Annuario » pel prossimo anno 1918, in conformità della lettera circolare dell'Emo sig. Cardinale Gasparri, Segretario di Stato, in data 15 luglio 1915, e delle particolari istruzioni ricevute al momento delle nomine e promozioni.

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

1 settembre 1917. Il Rev. sac. D. Giuseppe Zaccarella, *Aiutante di Studio della Segreteria dei Brevi ai Principi.*

18 » » L'Emo signor cardinale Tommaso Pio Boggiani, *Protettore della Confraternita del Santissimo Nome di Bio* (S. U. A.).

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

17 agosto 1917. Mons. Giovanni Battista Ricci, arcivescovo di Ancona e Umana.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

4 agosto 1917. Mons. Filippo Abbo, vicario generale della dioc. di Albenga.

27 » » Mons. Vincenzo Solombrino, dell'archidiocesi di Napoli.

7 settembre 1917. Mons: Mattia Pietro Giovanni Möllmann, vicario generale della diocesi di Harlem.

26 » » Mons. Vincenzo Celli, della diocesi di Norcia, vicario del Delegato Pontificio nella direzione ed amministrazione del Santuario di Pompei.

» » » Mons. Francesco Marchetti-Sei vaggian i.

Prelato Domestico di S. S.:

29 settembre 1917. Mons. Benedetto Aloisi-Masella, uditore della Nunziatura Apostolica di Lisbona.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

10 settembre 1917. Al sig. dott. Diego De Castro, già primo segretario della Legazione del Cile presso la S. Secte.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 agosto 1917. Al sig. avv. Raffaele Martinez del Campo, dell'archidiocesi di Messico.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

18 aprile 1917. Mons. Francesco Rogács, della diocesi di Sabaria.

26 maggio » Mons. Andrea Huber, dell'archidiocesi di Vienna.

» » » Mons. Leopoldo Metzger, della medesima archidiocesi.

30 » » Mons. Adolfo Nachbaur, della diocesi di Bressanone.

» » » Mons. Bronislao Karakulski, della diocesi di Premislia (rito latino).

30 maggio 1917. Mons. Giovanni Lanuda, della medesima diocesi.
8 giugno Mons. Giulio Guszich, della diocesi di Györ.
» » Mons. Francesco Reike, della diocesi di Leitmeritz.
» » Mons. Gustavo Buder, della medesima diocesi.
19 luglio Mons. Velimiro Horvath, della diocesi di Vacia (Ungheria).
14 agosto Mons. Angelo Tognoli, della diocesi di Bergamo.
17 » Mons. Giuseppe Pajaezewski, della diocesi di Cracovia.
» » Mons. Oscar Czyzewski.
Mons. Nicola Nagórzanski.
Mons. Giuseppe Schimka.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

14 agosto 1917. Mons. Giacinto Caballero, della diocesi di Teneriffa.

NECROLOGIO

Settembre 1917. Mons. Pasquale Picone, vescovo di Molfetta, Giovinazzo e Terlizzi.
» » Mons. Nicola Rey y Redondo, vescovo di Teneriffa.
» » Mons. Pietro Emanuele Garcia Naranjo, arcivescovo di Lima.

Aanus IX - Yol. IX Die 2 Novembris 1917 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

MOTU PROPRIO

I

DE SACRA CONGREGATIONE PRO ECCLESIA ORIENTALI

BENEDICTUS PP. XV

Dei providentis arcano consilio locum obtinentes beati Petri Apostolorum Principis, quem Dominus Iesus animarum, suo redemptarum sanguine, Pastorem in terris summum perpetuumque constituit, omnem Nos adhibere vigilantiam et curam ut universae ac singulae non modo conserventur sed accrescant ecclesiae, ex quibus compactum et coagmentatum constat *unum corpus Christi mysticum,* seu Ecclesia Catholica, equidem pro apostolici officii conscientia studemus. Cum autem omnes particulares ecclesias paterna caritate complectimur, tum praesertim orientales, quippe quae in vetustiore suorum temporum memoria lumina offerant sanctitatis doctrinaeque tam clara, ut eorum splendore etiam nunc, tanto intervallo, reliquas christianorum regiones collustrari videamus. Iam vero contemplari sine maerore non possumus, quemadmodum- ex florentissimis amplissimasque tam tenues ac miserae sint effectae, postquam scilicet lamentabilium series continuatioque causarum maximum orientalium numerum ab Ecclesiae Matris complexu distraxit.

Utinam dilectis ex Oriente filiis, divino munere, contingat in possessionem pristinae prosperitatis et gloriae aliquando restitui: Nos interea, Nostrarum partium memores, dabimus diligenter operam ut ecclesiarum orientalium afilictas res, quantum est in Nobis, relevemus.

Itaque deliberatum Nobis est pro unitis, qui dicuntur, orientalibus propriam Sacram Congregationem instituere, cuius Nosmet ipsi geramus, Nostrique deinceps successores, praefecturam. Quae enim ***pro negotiis ritus orientalis*** usque adhuc fuit, Pii IX, f .r. decessoris Nostri auctoritate iussuque condita, cum S. Congregationi de Propaganda Fide adiuncta esset, ut huius quasi quaedam accessio posset videri, non ignoramus aliquos fuisse non bene erga Apostolicam Sedem animatos, a cpiibus Romani Pontifices inde arguerentur catholicos Orientales parvi pendere, eosque Latinis velle subiectos. Huiusmodi criminationes etsi quisquis res ex veritate aestimat, videt inanes esse, volumus tamen de huius Apostolicae Sedis in Orientales benevolentia constare ita ut dubitare iam liceat nemini. Et nostri quidem Orientales, cum videant Pontificem. Maximum suis utilitatibus ipsum prospicere, intelligent profecto non posse Apostolicam Sedem se eis amantiorem ostendere. E ceteris autem libet confidere iam non fore qui Latinos in suspicionem Orientalibus adducant, cum vel ex hac re sit manifestum, in Ecclesia Iesu Christi, ut quae non latina sit, non graeca, non slavonica, sed catholica, nullum inter eius filios intercedere discrimen, eosque, sive latinos, sive graecos, sive slavos, sive aliarum nationum, omnes apud hanc Apostolicam Sedem eumdem locum obtinere.

Quare de apostolicae potestatis plenitudine haec Motu proprio statuimus et sancimus :

I. Sacra Congregatio de Propaganda Fide pro negotiis ritus orientalis die xxx mensis novembris huius anni esse desinat.

II. Seorsum" a S. Congregatione de Propaganda Fide, *S.* ***Congregatio pro Ecclesia Orientali*** sit a die i mensis insequentis: cui quidem praeerit ipse Summus Pontifex. Ea compie-

otetur aliquot S. R. E. Cardinales, ex quibus unus Secretarius erit: adiunctus habebit e spectatissimis de Clero viris unum Assessorem et plures tum ex latino tum ex orientali ritu Consultores; praeterea idoneum officialium- numerum ex clericis qui rerum orientalium peritiores sint.

III. Huic Congregationi reserventur omnia cuiusvis generis negotia quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum orientalium referuntur, etiamsi sint mixta, quae scilicet, sive rei sive personarum ratione latinos quoque attingant.

IV. Pro Ecclesiis ritus orientalis haec Congregatio omnibus facultatibus potiatur, quas aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, salvo tamen iure Congregationis S. Officii.

V. Eadem Congregatio controversias dirimat via disciplinari; quas vero ordine iudiciario dirimendas iudicaverit, ad tribunal remittet quod ipsa Congregatio designaverit.

Quae omnia rata et firma esse volumus in perpetuum, contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die i mensis maii, anno MDCCCCXVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV

II

DE INSTITUTO PONTIFICIO STUDIIS RERUM ORIENTALIUM PROVEHENDIS

BENEDICTUS PP. XV

Orientis catholici ad spem veteris prosperitatis excitandi causa, mense maio vertentis anni Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali instituimus. Sed quod habemus propositum certe eveniet facilius uberiusque, si, qui in eo persequendo Nobis navaturi sunt operam, illi optime parati instructique ad laborandum devenerint. Itaque proprium altiorum studiorum

domicilium de rebus orientalibus in hac Urbe, christiani nominis capite, condere decrevimus, idque et omni apparatu, quem huius aetatis eruditio postulat, ornatum, et doctoribus, in uno quoque genere peritissimis Orientisque perstudiosis insigne : in quo quidem Latini primum sacerdotes qui apud Orientales sacrum ministerium obire voluerint, congruenti, quae omnes numeros habeat, institutione formentur. Haec porro studiorum domus pateat etiam Orientalibus tum unitis tum orthodoxis qui appellantur: illis quo ordinarium doctrinae curriculum harum disciplinarum accessione perficiant ; hi vero ut possint, omni praeiudicata opinione deposita, veritatem penitus perscrutari. Volumus enim ibi doctrinae catholicae simul et orthodoxae una pariter procedat expositio, ut cuivis sui iudicii viro evidens fiat quibus e fontibus utraque manaverit, ,ex Apostolorumne praedicatione, Ecclesiae perenni magisterio ad nos tradita, an aliunde.

Quod igitur rei christianae in Oriente! bene vertat, Nos Motu proprio constituimus et sancimus :

I. Institutum studiis rerum orientalium provehendis Romae esto, quod, praecipua sub vigilantia curaque Summi Pontificis positum, pontificii titulo decoretur.

II. Illud S. Congregationi pro Ecclesia Orientali proxime subiectum erit, per eamque Nobis ac Nostris successoribus.

III. Propria distinctaque sedes Instituto erit in iis prope Vaticanum aedibus, ubi « Hospitium de Convertendis » vulgo dictum, usque adhuc fuit: id quod fieri volumus sine ullo detrimento ipsius Hospitii.

IV. Hae in Instituto tradantur disciplinae:

a) Theologia orthodoxa quae varias orientalium christianorum de divinis rebus doctrinas attingat, cum praelectionibus de Patrologia orientali, de Theologia historica ac de Patristica

b) Ius canonicum omnium Orientis christianarum gentium - .,

c) Multiplex Orientalium Liturgia,

d) Byzantii Orientisque reliqui Historia tum sacra tum civilis : cui praelectiones accèdent, de Geographia ethnographica,

de Archeologia sacra, de Constitutione earum gentium civili et politica

e) Litterae sermonesque Orientalium.

V. Horum omnium studiorum cursus biennio conficiatur.

VI. Scholas Instituti frequentabunt sacerdotes ex latino ritu qui in Oriente sacrum ministerium obituri sunt: easdem frequentare licebit non modo clericis nostris orientalibus, sed etiam iis orthodoxis qui sint veritatis altius inquirendae cupidi.

VII. Ne quid autem adiumenti ad studia ibidem desit, Instituto Bibliothecam adiungimus'bene apparatam cum a librorum delecta copia, tum a scriptis periodicis quae ad rem pertineant.

Quae vero hic a Nobis constituta sunt, ea in perpetuum valere iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv mensis octobris MDCCCCXVII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

SODALITAS SACRATISSIMI CORDIS IESU PRO PIANDIS ANIMABUS IN PURGATORIO IGNE DETENTIS, QUAE IN NOVO TEMPLO EIUSDEM TITULI ROMAE SEDEM HABET, ERIGITUR IN ARCHISODALITATEM ET INDULGENTIIS AC PRIVILEGIIS AUGETUR.

BENEDICTUS PP. XV.

Ad perpetuam rei memoriam. — Saluberrimo sane proposito, ad animas vita functorum eluendas, Sacratissimi Cordis Iesu merita, praesertim per Augustum Altaris Sacrificium, offeruntur; neque enim quidquam cogitari possit aut animabus illis utilius aut ipsimet Cordi Iesu iucundius. Quae quidem pia exercitatio, tam longe ante a B. Margarita Maria Alacoque summopere commendata, ut latius in communem usum reciperetur, sacerdos Victor Jouet, missionarius, cuius incensam pietatem et insigne religionis studium placet hic peculiari modo commemorare, in hac alma Urbe Sodalitatem condidit a Sacratissimo Corde Iesu

pro piandis animabus in purgatorio igne detentis, quae a Cardinali Vicario die xxxi mensis maii, an. MDCCCXGIII canonice erecta est. Sedem ea primum habuit in oratorio publico, quod idem missionarius, ut excolendo ad pietatem populo, ex permagna novarum domorum accessione confertissimo, quantum poterat, prospiceret, in regione quae *Prati di Castello* vulgo nuncupatur, paulo ante constituerat; sed deinceps, oratorio iterum atque tertium ob maiorem in dies fidelium frequentiam, in eiusdem tamen regionis finibus, translato, sedem bis commutavit. Empta interim area cum exstructa ibi domo, sacerdos Jouet, divinae spei plenus, novi templi, quod affabre gothicae structurae formas refert, fundamenta iecit; at eximium opus ipsius missionarii obitu interceptum est. Tum fel. rec. decessor Noster Pius X, Litteris Apostolicis die xx mensis ianuarii an. MCMxiii datis, Sodalitatem regendam commisit missionariis a Sacro Corde Iesu e provincia Italica, qui, cum fundatore spirituali necessitudine coniuncti, novissima religionis solatia eidem morieriti impertiverant; itemque iussit aedificationem templi continuari, curante Petro Benedetti, Procuratore eorundem missionariorum generali, quem et Sodalitatis Moderatorem et novae sacrae Aedis in paroeciam erigendae primum suo tempore futurum Parochum designavit. Cum vero eiusmodi templum, honori Sacratissimi Cordis Iesu pro piandis in purga torio igne detentis animabus dicatum, propediem sit publico cultui aperiendum, idem dilectus filius Petrus Benedetti a Nobis demisse postulavit ut Sodalitatem, quam moderatur, tum Archisodalitatis titulo ac privilegiis ornare, tum larga indulgentiarum copia augere de apostolica benignitate velimus. Quibus ipsius moderatoris precibus eo libentius obsecundamus, quod vel a pueris magna complecti assuevimus miseratione defunctorum animas, quas Deus, sibi caritate coniunctas, veluti aurum rude, purgat et expolit, ut caelesti beatitate dignas efficiat, itemque, 'haud secus ac proximi decessores Nostri, frugiferum opus, ad eas iuvandas a pientissitno missionario institutum, vehementer probamus atque habemus carissimum. Itaque, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum yi perpetuumque in modum, *Sodalitatem Sacratissimi Cordis Iesu pro piandis animabus in purgatorio igne detentis*, in templo eiusdem tituli prope Tiberini in regione vulgo *Prati di Castello* canonice constitutam, in Archisodalitatem erigimus, addita facultate sodalitates omnes alias eiusdem tituli atque instituti, ubique terrarum antehac erectas vel in posterum erigendas, servata forma Constitutionis Clementis Pp. VIII, sibi aggregandi, cumque iis communicandi indulgentias omnes et privilegia quae eidem Archisodalitati nunc confirmaturi vel concessuri sumus aut quae in posterum

concedentis, quaeque cum aliis communicari liceat. Audito igitur dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, decernimus, abrogatis quibuslibet aliis indulgentiis ac privilegiis, Archisodalitatem sic per Nos erectam his indulgentiis ac privilegiis iam nunc frui quae sequuntur. Scilicet de omnipotentis Dei misericordia ac Bb. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis Christifidelibus qui eidem Archisodalitati in posterum nomen dederint, quo die inscribentur, -si, rite confessi ac sacra synaxi refecti, ecclesiam aliquam vel publicum oratorium visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam; ac tam adscriptis quam in posterum adscribendis eidem Archisodalitati sociis, in cuiusvis eorum mortis articulo, si vere poenitentes et confessi et Eucharisticis dapibus recreati, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint, item plenariam; iisdem sociis, tam adscriptis quam in posterum Archisodalitati adscribendis, qui die dominico infra octavam Festi SSmi Cordis Iesu vel alio quolibet die eiusdem octavae, sacramentali admissorum confessione expiati atque angelorum epulis refecti, ecclesiam vel oratorium Archisodalitatis visitaverint et preces, ut superius diximus, effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Ad hoc, ut pia exercitia, secundum Archisodalitatis tabulas peragenda, cum uberiore fiant spirituali tum ipsorum sociorum, tum animarum defunctorum, emolumento, praesentibus pariter et futuris Archisodalitatis sociis, qui piis exercitationibus, quae in ecclesia Archisodalitatis pro animabus in purgatorio igne detentis peraguntur, per integram hebdomadam intererint, modo consuetas conditiones impleverint, indulgentiam plenariam largimur; item, semel in mense, si in singulis eiusdem mensis hebdomadibus, una vice saltem, per integram horam pia exercitia peregerint in animarum Purgatorii suffragium. Praeterea iisdem sodalibus, qui, singulis annis, diebus festis Ss. Fabiani et Sebastiani, idest die xx, S. Francisci Salesii, i. e. d. xxix m. ianuarii; S. Franciscae Romanae, i. e. d. ix, S. Gregorii Magni, i. e. d. xii, S. Iosephi, i. e. d. XIX, S. Catharinae Ianuensis, i. e. d. xxn m. martii; S. Antonii Patavini, i. e. d. xiri m. iunii; S. Laurentii mart., i. e. d.x, S. Bernardi, i. e. d. xx m. augusti; S. Nicolai Tolentin., i. e. d. x, S. Michaelis Archangeli, i. e. d. xxix m. septembris, contrito saltem corde Archisodalitatis ecclesiam visitaverint et ad Summi Pontificis mentem oraverint, de

numero poenalium in forma Ecclesiae consueta septem annos totidemque quadragenas: quoties vero aliquod pietatis vel caritatis opus secundum finem Archisodalitii, corde saltem contrito, exerceant, et praesertim defunctorum corpora ad locum sepulturae pio comitatu prosequantur, vel quoties precatiunculam recitent « Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace », de numero item poenalium dierum, in forma Ecclesiae consueta, centum expungimus. Atque hic placet commemorare, Romanos Pontifices decessores Nostros omnibus fidelibus prima noctis hora psalmum « De profundis », aut orationem dominicam cum salutatione angelica et prece « Requiem aeternam » pie ac devote recitantibus centum dierum indulgentiam semel in die lucrandam, et, consuetis conditionibus, semel in anno, indulgentiam plenariam largitos esse: quam decessorum Nostrorum benignam concessionem in fidelium memoriam redigimus et redigi volumus, ut frugifera eiusmodi exercitatio latius apud christianum populum percrebrescat et propagetur. Omnibus vero indulgentiis tum plenariis tum partialibus, de quibus supra, ea excepta quae in articulo mortis lucrifieri potest, liceat poenas vita functorum expiare. Ut singularibus praeterea privilegiis Archisodalitatem ipsam ornemus, omnibus sacerdotibus, qui eidem adscripti sint, veniam facimus applicandi, bis in hebdomada, indulgentiam altaris Missae quam pro defunctis celebrent; itemque largimur, ut Missae omnes, quae in suffragium animae alicuius socii vita functi applicentur, perinde animae illi prosint ac si essent ad altare privilegiatum peractae. Denique, ut novum templum, quod propediem, uti diximus, Christifidelibus patebit, peculiaribus gratiis augeamus, concedimus indulgentiam quotidianam perpetuam, defunctis quoque applicabilem, ab omnibus et singulis ex utroque sexu fidelibus qui illud visitent, consuetis conditionibus, lucrandam; et praeterea, ut tria eiusdem sacrae aedis altaria, idest maius et duo altaria B. Mariae Virgini et S.Gregorio dicata, privilegio quotidiano perpetuo polleant. Decernentes has Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, vel in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis iudicandum esse ac definiendum, atque irritum et inane fore quidquid super his a quovis, qualibet auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar aliisque Constitutionibus et sanctionibus apostolicis ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuslibet. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis seu exem-

piis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXV mensis octobris anno MCMXVII, Pontificatus Nostri quarto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

• 6

EPISTOLA

AD PETRUM S. R. E. CARD. M AFFI, ARCHIEPISCOPUM PISANUM, ,ET ALPHONSUM S. R. E. CARD. MISTRANGELO, ARCHIEPISCOPUM FLORENTINUM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS ETRURIAE, QUI EX ANNUO CONVENTU COMMUNES LITTERAS MISERANT.

Dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Omnem vestram de Ecclesiae sanctae utilitate deque humani generis salute curam declarant eae communes litterae quas nuper ex annuo conventu ad Nos magna cum pietatis significatione dedistis. In quibus primum merito vos quidem iuris canonici Codicem, quem Nos, Deo adiuvante, promulgavimus, summis laudibus prosequimini, uti rem mirabilis cuiusdam opportunitatis. Sed laudes istae ad Nostrum fel. rec. decessorem omnino- aut certe ex maxima parte reddunt; Nos praeclaro operi quod is instituerat et prope absolutum reliquerat, dumtaxat extremam manum imposuimus. Restat ut illud tam sit catholico nomini fructuosum, quam est Apostolicae Sedi honorificum. Qua in re non sane est vestra pastoralis officii defutura diligentia. Quod autem secundo loco scribitis, probari admodum vobis ea quae de divini verbi praedicatione a Nobis praecepta sunt, gaudemus, eo magis quia vos intelligimus in eodem genere similia haud ita pridem praecepisse. Itaque has in primis Nostras praescriptiones, quae adeo sunt cum animarum bono coniunctae, in vestris dioecesibus religiose servatum iri pro certo habemus, *r*- Quod postremo attigistis de recenti hortatione Nostra ad belligérantes, utinam eas voces eodem accipiant omnes animo quo Nos edidimus, id est vacuo a partium studiis, studioso tantum salutis communis. Nam si hoc fiat, quidni iam componatur illa iusta mansuraque pax, cuius Nos adumbrata lineamenta proposuimus? Ceterum

quisquis suae mentis est compos vel ex hoc aestimare potest quam sint malae fidei qui inconsiderata m plebecularum temeritatem adversus Nos concitare contendunt, quasi horum incommodorum quibus laboratur, auctores fautoresque fuerimus. Equidem homines nefarios atque improbos qui omni ope nituntur ex animis imperitorum extrahere radicitus religionem, posthac cessaturos esse in pessimo proposito non speramus. Sed Nos tamen omnes omnium miserias in visceribus Iesu'Christi complectentes, vincere in bono malum perseverabimus, simulque obsecrare Deum ut, misericordiae memor, tandem pacis munera hominibus ipse largiatur. - Quorum auspicem et paternae Nostrae benevolentiae testem, vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, vestroque clero et populo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die iv mensis octobris MCMXVII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS XV.

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA POENITENTIAM! APOSTOLICA

SECTIO DE INDULGENTIIS

QUO MODO MUTILATI INDULGENTIAS LUCRARI POSSINT QUIBUSDAM ACTIBUS CULTUS ADNEXAS.

Beatissime Bater,

Henricus Genovesi, G. P., cappellanus militaris nosocomii Gorlae I, in Mediolanensi archidioecesi, humillime exponit quae sequuntur:

Multi mutilati signo Crucis se munire vel genua flectere coram Ssmo Sacramento non possunt, et proinde privantur indulgentiis hisce cultus actibus adnexis. Quam ob causam orator a Sanctitate Vestra enixe gratiam postulat ut praedictas indulgentias lucrari possint mutilati qui signum Crucis facere nequeunt, dummodo formulam recitent, et qui in genua provolvi non possunt, dummodo captu inclinent.

Et Deus...

SSmus D. N. Benedictus Div. Prov. PP. XV, in audientia diei 19 vertentis mensis infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, perlibenter excipiens praemissas preces, concedere dignatus est ut indulgentias, pro quibus lucrandis recitatio precum una cum aliquo corporis actu iniungitur, quem mutilati peragere impares sunt, isti lucrari valeant fusis dumtaxat precibus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae in Sacra Poenitentiaria die 22 octobris 1917.

GULIELMUS CARD. VAN ROSSUM, *Poenit. Maior.*

L. © S.

F. Borgongini Duca, *Secretarius.*

SACEA ROMANA BOTA

^BíTURGEN.

LOCATIONIS

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno tertio, die 22 aprilis 1911, BR. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Fridericus Cattani, Auditores de Turno, in causa* B iturgen.-Locationis, *inter* Victorianum Canonicum Razzanelli, *repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, et* Capitulum Ecclesiae Cathedralis BiturgensiSj *repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Angelum D'Alessandri, hanc tulerunt definitivam sententiam.*

1. Victorianus Canonicus Razzanelli, e gremio Capituli Biturgensis, die 19 ianuarii 1910 ab eodem Capitulo petiit ut ad septem annos sibi locaretur aedificium quoddam, olim Dei cultui in honorem S. Ioannis dicatum, diu vero desecratum, cum ibidem populum fidelem *cinematographicis* spectaculis instruere proponeret, oblata pensione annua centum libellarum, quam loci Municipium pro locatione earumdem aedium iam ad finem vertente solvebat, dummodo prius reparationibus opportunis renovaretur, confecto praecipue de novo eiusdem pavimento, quod prorsus detritum erat: « ... occorrono alcuni restauri e *Y* impiancito « nuovo, essendo l'attuale affatto rovinato. Quando tutto sia rimesso in « buono stato, come deve essere un locale che si alloga, sono disposto « a pagare il canone annuo stesso pagato fin qui dal Municipio, fis« sando la durata almeno per sette anni da cominciare il prossimo « agosto ». Capitulum Cathedrale die 22 ianuarii 1910 unanimi voto precibus Canonici Razzanelli annuit, ea tantum posita conditione ut aedificium nec alteri sublocaretur, nec sine consensu Capituli substantialiter mutaretur.

2. Expirato mense augusti 1910 contractu locationis cum Municipio inito, cum mora nimia haberetur in aedificio reparando, Canonicus Razzanelli pluries ad Capitulum scripsit, diebus nimirum 4, 20 et

25 octobris, ad obligationem urgendam: quam Capitulum prius declinare quaerebat (ep. 28 oct.), postea vero, iuxta iam deliberata et decisa in sessione capitulari diei 22 ianuarii 1910, acceptavit: « ... il Capitolo « si atterrà scrupolosamente alla deliberazione presa in proposito il « 22 gennaio del corrente anno, e curerà che tali restauri siano eseguiti « quanto prima » (ep. 18 nov. 1910).

Pavimentum de novo reiecit, et die 12 mensis maii 1911 Canonicum Razzanelli, postquam documento, conditiones contractus ineundi exhibente simul cum procuratore Capituli subscriptionem apposuerat, in possessionem rei locatae immisit. Locus tamen aptus nondum erat quo populus conveniri posset ad spectacula cinematographica conspicienda, cum parietes dealbati non fuerint. Conducton insistenti ut hoc opus dealbationis perficeretur Capitulum respondit id fieri non posse sine praevio examine et consensu Praefecti monumentis; habito vero huiusmodi consensu, ob nimios sumptus necessarios opus aggredi noluit. Ad iura sua tuenda Canonicus Razzanelli rerum statum mense novembris 1912 Episcopo primo exposuit, deinde ad S. Congregationem Concilii mense maii 1913 confugit, quae censuit concordiam inter partes ineundam fuisse, quae si fieri non posset, rem esse iudicialiter in primo gradu dirimendam a Curia episcopali.

Interim statuit Capitulum distributiones chorales ab initio anni 1913 Canonico Razzanelli non esse pendendas, quia pretium locationis non solverai.

Cum partes de concordia facienda non convenerint, res, ordine iudiciali servato, coram tribunali dioecesano agitata est, cuius sententia die 5 augusti 1915 prodiit, terminis sequentibus prolata:

« *a)* riconosce ed ammette a favore dell'attore Razzanelli il diritto « alla imbiancatura delle pareti dell'ex-chiesa di S. Giovanni;

«6) stabilisce e determina la decorrenza del canone di affitto dal «giorno in cui la imbiancatura sarà eseguita;

« c) respinge la domanda Razzanelli relativa al rifacimento dei « danni;

« *d)* accoglie la domanda Razzanelli limitata alle competenze pagate « all'avvocato Concistoriale ed alle spese per il ricorso alla S. Congre- « gazione del Concilio;

« e) veduta la sentenza emessa dalla S. Congregazione del Concilio « in data 22 giugno 1914 ritiene superfluo pronunciarsi sulle disposi- tioni della medesima;

« condanna il Rmo Capitolo alle spese relative al processo da íiqui- « darsi in separata sede dal Presidente ».

3. Contra sententiam Curiae Biturgen. ad N. S. Ordinem appellationem Capitulum rite interposuit, et lis contestata est sub sequentibus rogandi formulis:

1) an constet de nullitate sententiae die 5 augusti 1915 a Curia Biturgen. prolatae;

2) an teneatur Capitulum favore Canonici Victoriani Razzanelli parietes dealbare aedificii eidem locati ;

3) a quanam die incipere debeat favore Capituli solutio pensionis pro locatione debitae;

4) an et in quanam mensura teneatur Capitulum favore Canonici Razzanelli damna et expensas reficere in casu.

4. Capitulum ex duplici capite sententiam Curiae dioecesanae nullitate impetit, nempe : *a)* ex capite recusati iudicis qui simul cum aliis duobus iudicibus collegialiter agentibus exceptionem suspicionis contra seipsum interloquutoria sententia reiecit et de merito causae principalis iudicavit; et *b)* ex capite denegatae opportunitatis defensionis.

5. Notissima quidem est regula a Pio VIII in Const. *In throno iustitiae,* n. 13, diei 27 decembris an. 1561 statuta (Magn., *Bull. Rom. Luxem.,* tom. 2, n. 44) et aliis Constitutionibus Pontificiis repetita et confirmata, nimirum, Const. Pii IV, *Cum ipso,* n. 13, die 30 iunii 1562 et Const. *Gum nuper Nos,* eiusdem diei pro Referendariis Signaturae lustit. (Magn., *Bull. Rom.,* tom. 2, n. 58, 59) ; Const. Pauli V, *Universi agri (De Reformatione omnium Tribunalium Urbis,* diei 1 martii 1612, n. 5; *De auditorio Rotae,* n. 19; Magn., *Bull. Rom. Luxemb.,* tom. 3, n. 71); .et Const. Clementis VIII, *Litium dispendiis,* n. 1 (Magn. *Bull. Rom. Luxemb.,* tom. 3, n. 18) qua praecipitur non esse attendenda capita nullitatis sententiae « praeterquam ex defectu iurisdictionis, citationis « vel mandati», in Const. Clementis VIII ex gr. legitur: « Statutum «fel. rec. Pii PP. IV, praedecessoris Nostri, ne iudices Almae Urbis . nullitates attendant nisi ex defectu iurisdictionis, citationis vel man- « dati, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione extendimus », etc. Id continua observantia in decisionibus N. S. Tribunalis servatum est. Cfr. Recentior., dec. 36, n. 2, par. 10, tom. 1; dec. 69, n. 1, par. 10, tom. 1; dec. 416, n. 17, par. 16, dec. 490, n. 1, par. 18, t. 2; dec. 237, n. 28, par. 19, t. 1 ; De Luca, *De iudic,* disc. 6, n. 2 et disc. 36, n. 22; idem *De Relat. Curiae,* disc. 31, n. 43. Item Rota coram Many, *Treviren.-Diffamationis,* an. 1913.

6. Verum haec regula solemnitates iudicii respicit quae lege positiva praescribuntur non autem illa elementa iudicii substantialia, quae ex iure naturae requiruntur, et sine quibus iudicium proprie dictum

consistere nequit. Unde scribit Sigismundus Scaccia *(De Iudic,* lib. 2, cap. 3, qu. 14, n. 189 seq.): « Ideo alias valde scandalizatus fui de quodam «iudice, qui, attendendo verba dictae Constitutionis S. D. N. Clemen- « tis VIII, eamque non intelligendo, sententiam latam ab alio iudice sine < ullis actis, praeter citationem ad sententiam, declaravit esse validam, « quia dicebat in ea non deficere citationem, et esse latam a iudice « habente iurisdictionem, et inter personas habentes legitimum manda- « tum; quia erat lata inter principales et non inter alias personas, in « quibus potuisse deficere mandatum. Ratio, quare ista sententia sit nulla, « est, quia sicut domus non potest consistere in aere, sine fundamentis, « et filius non potest dari, nisi sit genitus, ita neque sententia potest « consistere et stare sine terminis substantialibus, et sine actis; quia ter- « mini et acta sunt bases et fundamenta sententiae... illa Constitutio non « disponit quod possint omitti termini substantiales, sed solum removet « nullitates, et removendo nullitates, non censetur removere eam quae « apparet ex facie actorum »

7. Capita nullitatis, vero, in praesenti casu proposita substantiam iudicii, prout de iure naturae consistit, potius quam eiusdem solemnitates, a lege positiva praescriptas, attingunt. Legitur enim in Decreto Gratiani, cap. *Quod suspecti,* 15, Caus. 3, qu. 5: « Quod suspecti et ini- « mici iudices esse non debeant, et *ipsa ratio dictat,* et plurimis pro- « batur exemplis... Nam quodammodo *naturale est* suspectorum iudicum « insidias declinare et inimicorum iudicium semper velle refugere ». Quod iterum renovatur in lib. 2, *Decretalium,* cap. 41, tit. 28, *De appel- lat.* Cf. 1 *Apertissimi* c. *De Iudic. ;* Schmalzgrueber, lib. 2, tit. 27, *De Appell.,* n. 130; Pirrhing, eod. loc, n. 265; Reiff., eod. loc, n. 316. Et dictat ipsa natura neminem posse iudicem esse in propria causa; « in «re enim propria iniquum admodum est alicui licentiam tribuere sen- « tentiae » (L. un., C, *Ne quis in sua causa iudicet.).* Cf. Pirrhing, lib. 2, tit. 1, n. 74 seq.: Reiff., lib. 2, tit. 1, n. 204; Lega, *De iudiciis,* par. 1, n; 545... Iudex vero qui de exceptione suspicionis contra seipsum videt, in causa propria iudicare dicendus est, cum huiusmodi exceptio ipsius personam directe tangit, secus ac in quaestione de competentia ipsius, quae potius publicam eius potestatem respicit (Lega, *De iudiciis,* loc cit., n. 545...).

Item defensio est iuris naturalis (L. *Ut vim,* 3 ff., *de lustit. et iur.),* prout causa rei favorabilior est quam actoris, iuxta regulam XI *de Reg. Iur.,* in 6).

Unde duo capita nullitatis sententiae a parte appellante proposita nequeunt excludi per regulam S. Rotae, qua attendendos esse statuitur,

tanquam causas nullitatis, tantummodo defectus iurisdictionis, citatio-* nis et mandati. .

8. Causa recusationis iudicis, in prima instantia allegata, est quod unus ex tribus iudicibus delegatis, Rev. D. Iosephus Conti, ab actore V. Razzanelli haeres suus fiduciarius et executor testamentarius nominatus fuerat, ac proinde ob vinculum amicitiae cum actore suspectus evasit. Exceptio suspicionis die 18 martii 1915 mota fuit, i. e. post litis contestationem quae die 28 ianuarii 1915 locum habuit. Reiecta igitur fuit a tribus iudicibus collegialiter agentibus « perchè *inoltrata intempesti-* ***vi*** *vamente ».*

9. In variis locis Corporis Iuris agitur de causis legitimis recusationis iudicis, quin tamen omnes taxative assignentur. Ita in Can. *Quod suspecti,* 15 Caus. 3, qu. 5; in diversis capitibus tit. 29, *De Oßcio lud. Deleg.,* scilicet, cap. causam duae 17; cap. *Cum super,* 23; cap. *Insinuante,* 25; cap. *Cum Raphael,* 35; cap. *Suspicionis* 38; et in cap. Causam 18 *De iudiciis* tit. 1, lib. 2, *Decretal....* Conveniunt tamen Doctores huiusmodi causas ad pauca quaedam capita reduci posse; nimirum: *a)* utilitatem iudicis patrimonio derivantem directe aut indirecte ex litis obiecto; *b)* iudicis affectionem aut odium in alterutram aut utramque litigantium personam; c) vel eius affectionem in causam, in qua advocati aut procuratoris aut aliam partem egerit; vel quia similem causam habet, in qua tanquam pars litigans intervenit (cf. Lega, *De lud.,* par. 1, n. 546; Pirrhing, lib. 2, tit.T, *De foro comp.,* n. 202, 203; Schmalzgrueber, tit. 28, *De Ap.,* n. 137, 138).

10. in iure vero provisum est ut huiusmodi suspicionis exceptio, sicut et aliae exceptiones dilatoriae, ante litis contestationem proponatur; nam reus qui litem coram iudice contestatur, in eum consentire et iuri excipiendi contra illum renuntiasse censetur (cap. *Inter monasterium,* 20, tit. 27; *De sent. et re iudicat.,* lib. 2, X; arg. cap. *Insinuante,* 25, *De Off. Deleg.*; Authent. Offeratur eod, tit. *De lit. contest.;* Schmalzg., in tit. 25 *De Exceptione.,* n. 20, et tit. 28 *De Appell.,* n. 133; Reiff., in tit. *De Appell.,* n. 320; Pirrhing, in *De Appell,* n. 268). Ad rem Schmalzgrueber (loc. cit., n. 20): « Quando reus in iudicio ordinario litem contestatur, iudicium suscipit et acceptat; cum deinde excipit adversus « personas, locum, tempus, iudicium recusat. Igitur qui post litis conte- « stationem exceptionem dilatoriam opponit, pugnantia loquitur, sed « pugnantia loquens non est audiendus, ergo, etc. Procedit hoc maxime « de iis exceptionibus, quae respiciunt personam iudicis, quia scilicet « iudex dicitur suspectus, vel incompetens, etc., nam hae ante omnem « actum iudicialem opponi debent, ne alias reus in iudicem suspectum

« consentire, vel incompetentis iurisdictionem prorogare videatur, ut « notat Vallens hic n. 7, Engel, n. 2, Konig, n. 15, cum aliis ».

11. Non tenet, tamen, huiusmodi regula, ut patet, si causa suspicionis post litem contestatam exorta fuerit, nam quae de novo emergimi novo indigent auxilio (L. *De aetate,* 11, ex causa 8 ff. *de interrog. in iure fac.)* vel si ante litem contestatam quidem exstiterit, sed tantummodo post ipsam reo innotuerit, de quo fidem iureiurando facit. Nam impossibilium nulla est obligatio, et iusta ignorantia, iuxta regulam *ignorantia de reg. iur.,* in 6, excusat. Ita decrevit Urbanus III (in cap. *Pastoralis,* 4, *De exceptionib.,* tit. 25, lib. 2, X : « (Proponentes exceptiones « dilatorias post tempus assignatum) nullatenus audiantur, nisi forte « aliqua de novo sibi competens exorta fuerit, vel is, qui voluerit eam « opponere, fidem facit iuramento, se postmodum ad illius notitiam « pervenisse » (Cf. Schmalzgr., in tit. 25, *De exceptionib.,* n. 21 et in tit. 28, *De Appell,* n. 133; Reiff., in tit. 28, *De Appell,* n. 321; Pirrhing, in tit. 2, *De foro Comp.,* n. 204 et in tit. 28, *De Appell,* n. 269).

12. Facta, quae exceptionem propositam respiciunt, in re nostra sunt clara. Capitulum tantummodo post litem contestatam suspicionis exceptionem opposuit, cuius tamen causa, nominatio nempe Praepositi Ios. Conti, munere iudicis in causa fungentis, in haeredem fiduciarium et executorem testamentarium actoris Razzanelli, iam ante litem initam exstitit neque iuramento Capitulum fidem fecit huiusmodi factum post litem contestatam ad eius notitiam primo pervenisse. In sententia interloquutoria dicitur: « Vista la dichiarazione in data 20 marzo 1915 del « convenuto eccipiente, che, invitato entro congruo tempo a produrre « quanto credesse del caso a sostegno della sua eccezione, *nulla di « fatto produsse* ». Ideo, iuxta decretum Urbani III, excipiens non erat audiendus, ac proinde iudex recusatus haud supersedere tenebatur, nec rem arbitris dirimendam relinquere, prout ius regulariter requirit in casu exceptionis ad tramitem iuris propositae, sed meritò exceptionem declinatoriam simul cum aliis iudicibus incontinenter reiecit.

13. Praeterea, etiamsi nulla dici posset sententia interloquutoria diei 27 martii 1915, qua exceptio suspicionis reiecta fuit, inde tamen concludi nequit sententiam definitivam in causa principali fuisse nullam, quia ab illa sententia interloquutoria appellatum non fuit, sed Capitulum excipiens pergebat se sistere coram iudicum collegio in ulteriori processu. Nam ex non interposita appellatione ab ulteriori processu sanatur nullitas iudicii ex suspicione iudicis proveniens, ut docet Rota in *Argentina-Goadiutoriae* coram Ghislierio, decis. 20, par. 6, rec. 21, febr. 1631, n. 27 ; *Milevitana-Parochialis* coram Cerro, decisio 152,

par¿ 11, rec. n. 8; *Aretina-Cappellaniae* coram Carrillo, dec. 7, par. 7, • rec. n. 4. Quod autem praepositus Maccarelli non appellavit ab ulteriori processu, patet ex eius declaratione die 30 martii 1915 ad Curiam seu Tribunal missa, quae ita se habet: « Benché potessi interporre «appello alla S. Rota contro il decreto di codesto Tribunale, col « quale ha respinto la eccezione di suspicione da me avanzata contro « il giudice assessore D. Giuseppe Conti, pure invio in doppio órigi- « naie la risposta al libello Razzanelli, attèndendo il giudizio». Iuri appellandi, nempe, a sententia interloquutoria renunciavit, sicque a recusatione iudicis, recessu: defensiones suas tribunali exhibuit, et ab eo sententiam expectavit: iudicem suspectum, igitur, acceptavit. Neque vim renuntiatae appellationis contra sententiam interloquutoriam diminuere valet declaratio eiusdem praepositi in eadem epistola facta qua ius sibi reservavit a sententia appellandi. Sanatio enim nullitatis ob causam legitimam suspicionis non pendet ab exercitio vel secus iuris appellandi a sententia definitiva, sed a voluntate litigantis, qua iudicem suspectum se acceptare indicat. Haec vero voluntas in casu nostro sufficienter manifestata est a Capitulo excipiente in renuntiato iure appellandi ab ulteriori processu in illa instantia ubi sedit iudex suspectus.

14. Nullum vero fundamentum habet alterum caput accusationis a parte appellante propositum, de iure nempe defensionis ipsi denegato. Ex declaratione enim praesidis tribunalis dioecesani apparet parem facultatem tum Capitulo convento tum actori fuisse factam iura sua tuendi. Scribit dictus praeses die 20 decembris 1916: « Il Tribunale... accordò « congruo tempo alle parti per produrre in doppia copia scritta le pro- « prie ragioni, indi, scambiate fra le parti queste ragioni, ossia la prin- « cipale, assegnò congruo tempo perchè ciascuno ribadisse le argo- « mentazioni avversarie^ Difatti a dì 30 marzo 1915 le parti avevano « presentato al Tribunale le proprie defensionali. A dì 7 aprile queste « defensionali furono per ordine del presidente scambiate in copia ori- « ginale alle parti. L'attore produsse la sua risposta il 7 maggio 1915, « il convenuto invece non la produsse* sebbene questo giorno era stato « stabilito come ultimo termine, quindi (con lettera in data 8 maggio), « fu invitato a dire se aveva o no altro da addurre a cognizione del « Tribunale in merito alla defensione Razzanelli, ed egli rispose con la « nota del 10 maggio 1915 dicendo: 1) di aver già esaurientemente rispo- « sto, 2) di riservarsi, ecc., quando sarà a sua cognizione la *conclusionale* ».

15. Ex hisce factis incontroversis patet: *a)* elapso termino pro responsione facienda Capitulum nihil respondisse ; *b)* et invitatum a Tribunali

ut explicite declararet an respondere voluerit, iure respondendi renunciasse, quia argumentis actoris per primam suam scripturam satis responsum fuisse censuit. Simul, utique, postulavit, implicite saltem, ut responsio actoris sibi nota fieret, cui replicandi facultatem praetendebat. At replicandi facultates ad ius substantiale defensionis, prout de iure naturae requiritur, ex sese non pertinet. Tantummodo si aliqua omnino nova in responsione alterius partis deducta fuerint, quae novum et probabile fundamentum praeberent sententiae sibi adversae, potest litigans replicandi facultatem, tamquam ius substantiale defensionis, sibi vindicare. Huiusmodi autem circumstantia noviter deduetorum in responsione actoris non habetur, neque id probare Capitulum tentavit. Quod autem actor in cursu istius responsionis olivae ramum porrexit, haud alienum se monstrans contractus rescissioni, quo via aperta videretur ad concordiam inter partes ineundam, ad quaestionem nostram non pertinet, quae unice de iure substantiali defensionis rei conventi in lite agenda vertitur. Coeterum, de concordia facienda ante litis ingressum frustra actum est, nec prudens agendi ratio id iterum in cursu litis tentari suadebat

Ex neutro accusationis capite, igitur, de nullitate sententiae dioecesanae constat.

16. Quod ad meritum causae spectat, quaestio agitur de contractu locationis conductionis, qui est « contractus consensualis bonae fidei, « quo usus rei, vel opera personae, conceditur alteri pro certa mercede » (Pichler, lib. 3, tit. 18, *De locai, et conduci.,* n. 3 cum communi).

17. Utpote *consensualis,* solo partium consensu exterius manifestato perficitur (Reiff., üb. 3, tit. 18, n. 2; D'Annibale, tom. 2, n. 488); ad validitatem «ius, nempe, non requiritur instrumentum (De Luca, *DeLocat.,* disc. 16, n. 5, et in Summ., n. 12) quod « ad solam meliorem proba- « tionem efficacioremque obligationem, ac magis promptam exsecutionem « fieri solet » (De Luca, *De regalib.,* disc. 81, n. 2).

18. Utpote contractus *bonae fidei,* benignam interpretationem admittit secundum aequum et iustum, ita ut iudex multa possit arbitrari quae secundum bonam contrahentium fidem contractui inesse censentur, licet verbis non fuerint expressa: nimis lati enim solent esse termini huiusmodi contractuum bilateralium, ut omnia utrinque onera ab initio a contrahentibus determinate exprimi possint. Glossa, in cap. *Venerabilis* v. *Bonae fidei, De exceptionib.;* Abbas, ibid. n. 15 seq., Engel, in tit.-De *pactis* 35, n. 18, 19. Ad rem Reiffenstuel, lib. 1, tit. 35, *De pactis,* n. 119: « Contractus bonae fidei dicuntur qui obligant secundum verba ex aequo « et bono intellecta... ut sunt emptio, venditio, locatio », etc. Atque ex hisce contractibus dicitur generari actio bonae fidei. Et sub n. 127,

postquam plures esse differentias asseruit inter contractum stricti iuris * et bonae fidei, prosequitur: « Prima est quod in contractibus bonae fidei, « si lis oriatur, iudicium feratur ex aequo et bono, etiam ultra id quod « nominatim in contractu a partibus conventum est (§ *In bonae fidei « Instit. de aotionib.).* Dummodo sit tale, quod si contrahentibus in « mentem venisset, utrique expressissent, arg. I. *Quia tantundem* ff. *De « Negot. gest.* ». Cf. Pichler, lib. 3, tit. 18, *De Locai, conduci.,* n. 21; et lib. 2, tit. 1, *De actionib.,* n. 22.

19. Inter obligationes locatoris enumerantur sequentes : primo, liberum rei locatae usum modo et tempore per conventionem determinato **(Conducton)** concedere; secundo, ea quae in re locata indigent reparatione, ita reparare ut usus non impediatur (Pichler, lib. 3, tit. 18, *De locat et cond.,* n. 11). In *Iure Born.,* I, *Ex conducto,* 15, 8, *Si in lege,* 24, § 4, I, *Si merces,* 25, § 1 et 3, f. h. t. Cf. Reiff., tit. 18, *De locat. et conduci.,* n. 30; D'Annibale, tom. 2, n. 488 ed 3; Wernz, tom. 3, par. 1, n. 266, § VII).

20. Si vero per locatorem steterit quominus conductor tempore modoque determinato re conducta frui nequeat, tenetur ad refundendum pretium (si quidem acceperit), et simul ad interesse (Reiff., loc. cit.). Item D'Annibale, 1. c: « Si is (conductor) non potuerit uti re locata ... « mercedem non solvit pro rata temporis ... Sin demum facto locatoris, « siquidem voluntario, ... is nedum mercedem non exigit, sed conductori « refundere, praestare debet quod eius interest ». Idem Pichler h. t., n. 17: « Si ex culpa locatoris, non tenetur solvere pro illo tempore, quo « usus non est re conducta ».

21. Eadem substantialiter circa locationem praescribuntur in iure civili italico. Nimirum, *a)* instrumentum non requiritur ad contractus validitatem, siquidem inter essentialia contractus, sub art. 1104 seq. recensita, non reperitur. Praxis etiam confirmat, quae sinit in publicis tabulis referri denunciationes contractus verbalis a locatore tantum signati.

b) Quoad obligationes locatoris statuit art. 1575: « Il locatore è « tenuto per la natura del contratto e senza bisogno di speciale stipu- « lazione 1) a consegnare al conduttore la cosa locata; 2) a mantenerla « in istato di servire all'uso per cui venne locata »; art. 1576: « Il loca- « tore è tenuto a consegnare la cosa in buono stato di riparazioni di « ogni specie »; art. 1580: « Se durante la locazione la cosa locata ha « bisogno di riparazioni urgenti e che non possono differirsi fino al « termine del contratto, il conduttore deve soffrire, qualunque sia l'in- « comodo, ecc. Se però tali riparazioni continuano oltre i venti giorni,

« viene diminuito il prezzo della locazione proporzionalmente al tempo « ed alla parte della cosa locata di cui il conduttore è rimasto privo».

Ad rem Pacifici-Mazzoni *(Ist. Dir. Giv.,* tom. 5, n. 164): «La cosa « deve essere consegnata in buono stato di riparazioni di ogni specie « (art. 1576) e in stato di servire all'uso, per cui venne locata (arg. «art. 1575, 2); perocché altrimenti mancherebbe l'oggetto formale del « contratto, il godimento della cosa. Se la cosa si trova in tale stato, è « questione di fatto, da sciogliersi avuto riguardo alla natura della cosa, « e all'uso per cui venne locata, e qualche volta ancora alla condizione « dei luoghi e perfino delle persone. L'obbligo di riconsegnare la cosa « in buono stato di riparazione di ogni specie e in stato di servire all'uso « per cui venne locata, importa che il locatore vi faccia le riparazioni « necessarie al tempo della consegna. Egli deve farvi le riparazioni di « ogni specie : non solo le straordinarie e le ordinarie propriamente dette, « ma eziandio le piccole riparazioni che per uso sono a carico del con- « duttore ».

22. Haud praetereunda duximus in hac materia legis civilis hodiernae praescripta; nam, licet forum ecclesiasticum iure suo proprio regatur, normam iudicandi, tamen, ubi sacri canones vel deficiunt vel dubii sunt, a iure civili desunt, iuxta ea quae decernit Lucius III in cap. I, *De novi operis nunciatione.* Ait enim : « Quia vero, sicut humanae leges non « dedignantur sacros canones imitari, ita et sacrorum statuta canonum *« priorum principum constitutionibus adiuvantur* ... praesentibus literis « mandamus, etc. ... negotium ipsum secundum *legum* et canonum sta- « tuta ... non différas terminare. Nam quum te creda mus *in utroque iure « peritum,* securius diximus causam per tuam sollicitudinem terminari ». Quod confirmatur etiam ex aliis locis Corporis Iuris, uti in cap. *Dilecta, Nos Igitur, De confirm. utili;* cap. 1, *De emption. et vendit.;* cap. *Nos quidem,* § fin. *De Testam;* cap. *Inter alia,* 6, *De Immunit. ecclesiast.* Unde Fagnanus, in cap. *Gum esses,* n. 18, *De Testam.,* ait : « Ubicumque « non reperitur aliqua dispositio iuris civilis expresse immutata a iure « canonico, non debemus inducere discrepantiam inter ius canonicum « et ius civile: imo lex civilis servari debet etiam in foro Ecclesiae; ut « cap. 1 et ibi Abbas n. 3 et Ioan. Andreas et aliis communiter ». Et in cap. *Super specula,* n. 30, cum aliis dicere non dubitavit: « Legista sine « canonibus parum valet, canonista sine legibus nihil ». Cfr. Reiff., Proemium, n. 224 seq.; Pirrhing., tit. *De Constit.,* n. 81.

23. Haec vero intelligi debent de iure civili hodierno, nisi agatur de interpretatione legis ecclesiasticae, quae iure antiquo romano vigente lata est, vel de iis legibus Caesareis quae inter canones receptae sunt, et

quodammodo canonizantur, ac proinde veluti sacri canones, potius quam leges civiles, habendae sunt. Cfr. Reiff., Proem., n. 78 et 227. Ideo enim ius civile supplere potest iuris canonici defectui, quia legitima auctoritate conditum est, cui in re temporali obsequium debetur: huiusmodi vero auctoritas legitima est profecto illa hodierna, cui reapse subiicimur. Ad rem D'Annibale, tom. 1, n. 201, ed. 3: « Cum utraque potestas « a Deo sit, et ad eumdem finem (i. e. modo superius explicato) tendat, << foventur mutuo; eapropter, quoties materia communis est utriusque « iuris, ius civile suppletur ex iure canonico; et contra, quod iuri cano-***« ilico*** deest, suppletur ex iure civili. Non quidem romano quod olim «viguit, sed quod nunc viget praeter quam si agatur de his legibus « quae in ius canonicum translatae sunt, quippe quae non amplius «leges, sed canones dicendae sunt. Nihilominus, ius canonicum, quando « ex iure civili capit interpretationem, non ex eo quod nunc viget, sed « ex iure communi interpretandum est; quia hoc imperante condi-« tum fuit ».

24. *Ad factum quod attinet.* Termini contractus inter actorem et Capitulum initi in epistola illius ad Capitulum missa die 19 ian. 1910 declarantur, qui a Capitulo in responsione die 22 eiusdem mensis facta acceptati fuerunt, excluso tantummodo iure conductoris sive sublocandi sive aedificium substantialiter mutandi sine eiusdem Capituli consensu. Scribit Canonicus Razzanelli in dicta epistola: « A norma delle pratiche « corse rivolgo al Rev. Capitolo la domanda per ottenere a titolo di « locazione la già Chiesa di S. Giovanni, attualmente tenuta dal Muni-« cipio con scadenza al prossimo agosto. Lo *scopo* mio è di *ritornare in « qualche modo questa Chiesa al culto, per il che occorrono alcuni restauri « e il piancito nuovo,* essendo l'attuale affatto rovinato. Quando tutto « sia messo *in buono stato come deve essere un locale che si alloga,* sono « disposto pagare il canone annuo stesso pagato fin qui dal Municipio, «fissando la durata almeno di sette anni da cominciare col prossimo « agosto ».

25. Onera, itaque, a Capitulo in contracto ineundo assumpta, et ante traditionem aedificii in manus conductoris adimplenda, erant: 1) pavimentum novum substruendi, 2) alias reparationes faciendi « (alcuni « restauri e piancito nuovo) » et 3) totum aedificium ad bonum statum reducendi, prout in re locata fieri solet. Et haec quidem omnia intelligenda erant relate ad scopum actoris, nempe, ut aedificium, olim ecclesia consecrata, aliquo modo de novo adhiberetur ad cultum divinum promovendum. Et quaeritur an, attentis huiusmodi conductoris scopo et natura contractus ipsius, inter onera a Capituli locatore assumpta

recenseri debeat dealbatio parietum, de qua in terminis contractus non fit expressa mentio. Huic quaestioni affirmative respondendum est. Nam scopus conductoris, licet indeterminate expressus « (ritornare in qualche « modo questa Chiesa al culto) », quocumque tandem modo intelligatur, sive de spectaculis cinematographicis quibus res fidei et morum illustrarentur, sive de alio modo pietatem fidelium erga Deum alendi, includit populi convocationem in aedificio locato, et parva spes haberi poterat ut ibi populus convenire voluerit, dum in statu pessimo et indecenti parietes remanerent.

26. De huiusmodi conditione parietum ita sub iuramento, ad rei veritatem exponendam, loquitur Architectus Vinc. Zigari, a Canonico Razzanelli an. 1916 vocatus ut de statu parietum referret: « Le pareti « della Chiesa trovansi in cattivo stato, sia in rispetto all'intonaco, che « manca in molte parti, sia per *l'imbiancatura, che non è stata eseguita « da epoca certamente superiore ai dieci anni:* dallo stato delle pareti « stesse ho potuto inoltre rilevare che, tranne pochi rappezzi di into- « naco eseguite al basso di esse, nessun altro lavoro è stato fatto per « migliorarne *le condizioni deplorevoli;* lo stato generale del locale, poi, « è tale da renderlo assolutamente inadatto a proiezioni luminose, *man- « cando esso di ogni decenza e proprietà ».*

Haud aliter parietum conditio exhibetur in contractu sublocationis inter Canonicum Razzanelli et Municipium die 11 augusti an. 1915 factae; ibi sub num. 4 legitur: « Il Comune prende in consegna il locale nelle « condizione nelle quali trovasi presentemente, e cioè con il pavimento « costruitovi di recente ed in buono stato, ma con le pareti in parte « stonacate, mancanti di colore e con numerosi strappi che in alto ven- « nero già stuccati dal Comune a proprie spese al fine di servirsi del « locale ad uso di magazzino pel grano ». Et duos menses post captam possessionem aedificii locati, Canonicus Razzanelli scripsit in Memoriali ad Curiam misso: « considerando che nel contratto non si era « fatta menzione ... dello stato assai sconcio delle pareti interne... ».

27. Supposito vero, quod ad usum, ad quem destinatum fuerat aedificium locandum, necessaria fuit parietum dealbatio, ex natura ipsius contractus sequitur, iuxta ea quae superius in iure exposita sunt, onus dealbandi Capitulo locatori incubuisse. Locator enim debet « liberum « rei locatae usum modo et tempore per conventionem determinato « concedere, et ea quae in re locata indigent reparatione, ita reparare « ut usus non impediatur » (Pichler, 1. c); seu, ut statuit ius italicum: « Ii locatore è tenuto a consegnare la cosa in buono stato di ripara- « zioni di ogni specie (art. 1576). Mantenerla in stato di servire all'uso

« per cui venne locata » (art. 1575), et id quidem, « senza bisogno di « speciale stipulazione ».

28. Non obstat quod in instrumento ab utraque parte subscripto, dealbationis parietum nulla mentio facta fuerit, quia, prout supra vidimus, contractus consensualis et bonae fidei, uti contractus locationis, non indiget instrumento, quod ad solam eius probationem de- more adhibetur, et iuxta aequum et iustum interpretandus est, etiam ultra id quod nominatim conventum fuerit (Reiff., lib. 1, tit. 35, *De pactis,* n. 127). Praeterea, in ipso instrumento a partibus subscripto, refertur ad terminos contractus iam consensu partium die 22 ianuarii 1910 initi, qui, uti dictum est, onus dealbandi parietes ex parte Capituli implicite includit.

29. Ex *forma,* deinde, modificationis contractus a Canonico Razzanelli die 24 nov. an. 1910 Capitulo propositae, patet mentem conductoris fuisse onus dealbandi parietes ad Capitulum spedasse. Tunc, enim, proposuit ut Capitulum ipsi solveret libellas 200 ad parietes dealbandos, et praeterea tempus locationis ad 12 annos extenderet, et clausulam restrictivam « per ritornarla in qualche modo al culto » a terminis contractus auferret. Addit patronus Capituli, actorem simul se paratum praestasse ad pavimentum suis sumptibus reiiciendum : quod, etsi ex actis directe non constet, ab altera parte non negatur. Dato, igitur, quod hoc verum sit, patet actorem, ulteriores concessiones a Capitulo postulantem - extensionem locationis ad 12 annos et Uberiorem usum aedificii, - si onus dealbandi parietes ex praevio contractu ad ipsum potius quam ad Capitulum spedasse censuisset, ducentas libellas non ad parietes dealbandos petiisset, sed ad partem sumptuum in pavimento refiriendo, quod onus ad Capitulum indubie spectabat, utpote expressa mentione in terminis contractus ab eodem acceptatis determinatum.

30. Denique, ipsum Capitulum fassum est se obligatum fuisse ex pactis initis ad parietes aedificii locandi dealbandos. Scribit, enim, Praepositus Capituli in epistola ad actorem missa die 1 aprilis an. 1913: «Per quello poi che si riferisce alla ex-Chiesa di S. Giovanni locatale, « il Capitolo non si è rifiutato nè si rifiuta di eseguire i restauri secondo « i patti. Che se non l'ha fatto fin qui per la parte meno importante, « Le è ben nota la ragione, cioè la mancanza di mezzi dopo aver soste- « nuto l'ingente spesa per rifare il pavimento. Se V. S. avesse pagato « le 100 lire d'affitto scaduto fin dal maggio 1912, la cosa sarebbe andata « diversamente, perchè il Capitolo avrebbe potuto disporre di quella « somma per completare i famosi restauri ». Ilio tempore, vero, quaestio

principalis inter actorem et Capitulum de parietum delibatione agebatur. Pavimentum enim iam refectum erat, ut ex mox relata epistola liquet. Porro, Capitulum ignorare non potuit actorem duos circiter menses post captam possessionem rei locatae protestationem formalem apud Curiam edidisse, Capitulo communicandam, et Praeposito Capituli reapse communicatam, circa dilatam huius oneris ex parte Capituli adimpletionem, et ab hac protestatione actorem non resiluisse. Ideoque confessio obligationis ex parte Capituli alias reparationes faciendi iuxta pacta inita, ad parietum dealbationem necessario referebat.

31. Neque dici potest conductorem iuri suo renunciasse per captam possessionem rei locatae antequam parietes dealbati fuerunt. Nam huius facti Canonicus Razzanelli sufficientem et rationabilem explicationem exhibet in dicta solemni protestatione diei 22 iulii an. 1911, qua excluditur quaevis iuris renunciatio: scribit enim: «nell'adunanza di detto « giorno (i. e. della consegna, 12 maggio 1911) il Rmo Presidente Mac- « carelli, nel leggersi l'atto relativo, da esso minutato, con decorrenza « del 12 maggio stesso, dichiarò che non si era potuto eseguire l'im- « biancatura delle pareti, perchè, per i segni di pittura in affresco « che vi si vedono qua e là, sebbene in cattivo stato, avendone inter- « pellato l'Architetto Castellucci, aveva questo risposto di tenere so- « speso fino alla sua venuta qua, che sarebbe stata fra una ventina « di giorni ».

Persuasus, nempe, rationibus a Capitulo adductis, sperabat intra paucas hebdomadas restaurationes pactas ad effectum fore perductas: quo temporis intervallo uti potuit ad spectacula cinematographica paranda, quae in aedificio locato exhibenda proposuerat. Transactis vero duobus mensibus, et re adhuc infecta, protestatus est circa moras inductas ad iura sua versus Capitulum tuenda.

32. Huic tamen pacto de parietum dealbatione conductor implicite renunciavit, aedificium Municipio sublocando. Eatenus enim ad dealbationem parietum Capitulum tenebatur, quatenus ad finem praefinitum contractus necessaria erat: hic vero finis, utraque parte consentiente, in sublocatione mutatus est, et aedificium locatum destinatum est pro reliquo tempore contractus ad usum granarii, ad quem parietum dealbatio non requiritur.

Dum igitur, DD. Auditores, secundo dubio respondentes, decernunt Capitulum teneri favore Canonici Vict. Razzanelli parietes dealbare aedificii eidem locati, hanc obligationem omnino cessasse intelligunt a die incoeptae sublocationis, attentis praesertim: 1) quod terminus sublocationis coincidit cum termino locationis prius initae, et 2) quod conductor,

ut infra declarabitur, nullum ius habet ob impeditum usum rei locatae ut tempus locationis extendatur.

33. Quod ad tertium dubium attinet. A quanam die incipere debeat favore Capituli solutio pensionis pro locatione debitae notandum est pensionem pro locatione debitam esse a prima die initae actualis locationis seu captae possessionis rei locatae. Ab inita enim locatione actuali praesumitur haberi fruitio rei locatae, et fruitioni eiusdem respondet debitum correlativum pensionis a conductore locatori solvendum. De hac die conventum fuit inter partes in instrumento locationis, et designata fuit dies 12 maii 1911, qua die Canonicus Razzanelli possessionem reapse cepit rei locatae. Tantummodo virtute huius possessionis captae, qua evasit actualis conductor, an. 1915 aedificium Municipio, consentiente Capitulo, actualiter sublocare potuit. Nullum novum pactum eo tempore cum Capitulo initum fuit, sed derogatum solummodo fuit conditioni secundae contractus prius initi, qua vetabatur sublocatio: « il Capitolo ... derogando alla seconda condizione, ecc., soltanto per « ciò che riguarda il subaffitto ». Per se, igitur, debita erat pensio pro re locata a die 12 maii 1911.

34. Exoneratur vero actor a solutione huius pensionis a die 12 maii an. 1911 usque ad diem 11 augusti 1915, iuxta iuris praescripta superius declarata, quia toto hoc tempore re locata uti non poterat ad scopum in pactis praefinitum, idque ex facto Capituli locatoris, quod parietum dealbationem, ad dictum scopum necessariam, exsequi detrectaverat. Si per locatorem steterit, uti loquuntur Canonistae supra citati, quod usus rei locatae impediatur, conductor pro rata temporis a solutione pretii absolvitur, et si illud iam solverit, idem ipsi cum interesse restituendum est. Et ius civile italicum, art. 1580: « Se tali riparazioni « (quibus nempe impeditur usus rei locatae) continuano oltre venti « giorni, viene diminuito il prezzo della locazione proporzionalmente al «tempo ed alla parte della cosa locata di cui il conduttore è rimasto « privo ». Et si totaliter usus rei locatae impediatur., remissio fit totius pretii pro rata temporis, uti arguit Franciscus Ricci *(Dir. Civ.,* vol.. 8, n. 84).

35. Iamvero, a die incoeptae locationis, 12 maii 1911, ad diem 11 augusti 1915, quando aedificium per contractum sublocationis ad usum granarii cessum fuit Municipio, totaliter impeditus fuit usus rei locatae ex parte conductoris, idque rationi conditionis non adimpletae a Capitulo locatore, prout supra explicatum est. Usus enim rei locatae non habetur ex eo quod apparatus einematographicus cum accessoriis conductor ibi deposuerat, ut praeparatio fieret ad spectacula exhibenda,

cum id nihil ipsi profuerit, nisi ipsa spectacula locum habere potuerint. Solutio, igitur, pensionis favore Capituli pro locatione debitae incipere debet a die quo actor aedificium Municipio sublocavit, seu a die 11 augusti an. 1915. Actor, tamen, ius non habet ut contractus extendatur ultra septennium conventum, cum in neutro iure, ecclesiastico vel civili, huiusmodi contractus extensio ob impeditum usum rei locatae concedatur.

36. Quoad quartum dubium de damnis et expensis, dicendum est ex actis non constare sive de damnis actori illatis sive de expensis ab altera parte reficiendis. Petenti enim a iudice refectionem damnorum vel expensarum onus incumbit probandi 1) damna sibi iliata esse, 2) et quidem ex culpa iuridica rei conventi; et expensas similiter ab eo solutas fuisse ex culpa eiusdem, vel saltem favore illius (Cap. *Si culpa tua*, 9, tit. 36, *de iniur. et damn. dat.*, lib. 5, X; D'Annibale, tom. 2, n. 201, cum nota 20; Rota, in *Thelesina - Eefect. Damnor.* coram Prior, die 4 aprilis 1916). In casu nostro neque damna sibi illata fuisse, neque expensas ratione praecise contractus locationis ab eo solutas fuisse probavit actor. Ratio etiam lucri cessantis a scopo contractus ab illo initi excluditur, cum non lucri causa, sed ad divinum cultum aliquo modo promovendum factus fuerit. Utensilia, deinde, ad proiectiones luminosas faciendas, adversario asserente, et actore non contradicente, non ad finem huius contractus comparaverat, iisdemque contractu durante alibi usus est.

37. Hisce omnibus tum in facto tum in iure perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes, Christi Nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus et declaramus et definitive sententiamus, singulis propositis dubiis ita respondentes:

Ad I. *An constet de nullitate sententiae diei 5 aug. 1915 a Curia Biturgen. prolata: Negative.*

Ad II. *An teneatur Capitulum favore Canonici Victoriam Razzanelli parietes dealbare aedificii eidem locati : Affirmative, iuxta modum in sententia declaratum.*

Ad III. *A quanam die incipere debeat favore Capituli solutio pensionis pro locatione debitae: A die 11 aug. 1915.*

Ad IV. *1) An et 2) in quanam mensura teneatur Capitulum favore Canonici Razzanelli damna et expensas reficere in casu : Negative ad primam partem; ad secundam provisum in primo.*

Declaramus praeterea, firma manere ea quae a iudicibus prioris instantiae circa expensas processus decreta sunt, et condemnamus Capi-

tulum reum conventum ad omnes expensas iudiciales huius instantiae solvendas, exclusis tamen honorariis patroni adversi.

Ita declaramus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram défini* tivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De ref.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 27 aprilis 1917.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Fridericus Cattani Amadori.

L. « S.

Ex Cancellaria, die 30 maii 1917.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

In officiali *Codicis Iuris Canonici* editione nonnullae irrepsere mendae, quas Ssmus in audientia infrascripto Cardinali hodie concessa corrigendas prout sequitur praecepit:

Can.	**54, § 1**	*legatur:*	**vitio subreptionis aut obreptionis nullum**
»	**120, §2**	**»**	**supremi religionum iuris pontificii Superiores, Officiales maiores Romanae Curiae**
»	**306**	**»**	**Paschatis, Ascensionis, Pentecostes**
»	**325**	**»**	**cum throno ac baldachino et iure**
»	**344, §.2**	**»**	**Religiosos autem exemptos Episcopus**
»	**421, § 1, n. 4**	**»**	**inserviunt ad normam can. 412, § 2.**
»	**544, § 3**	**»**	**religionis postulatu aut novitiatu**
»	**600, n. 1**	**»**	**visitantibus vel aliis Visitatoribus**
»	**628, n. 1**	**»**	**Ordini vel Sanctae Sedi, ad normam**
»	**681**	**»**	**serventur, congrua congruis referendo, praescripta**
»	**822, § 1**	**»**	**ad normam iuris, salvo praescripto can. 1196.**
»	**956 ,**	**»**	**religioso professo de quo in can. 964, n. 5.**
»	**1227**	**»**	**electio sit nulla**
»	**1249**	**»**	**celebretur, sub dio aut in quacunque**
»	**1252, § 4**	**»**	**cessat, excepto tempore Quadragesimae, nec pervigilia**
»	**1301, § 1**	**»**	**in forma iuris civilis valido**
»	**1557, § 2, n. 1**	**»**	**contentiosis, salvo praescripto can. 1572, § 2;**
»	**1599, § 2**	**»**	**causas de quibus in can. 1557, § 2 aliasve quas**
»	**1840, § 3**	**»**	**Iudex in decreto quo, non servata iudicii forma, vel reiicit**
»	**1913**	**»**	**non datur distincta appellatio**
»	**2182**	**»**	**can. 467, § 1, 468, § 1, 1178, 1330-1332, 1344**
»	**2237, § 1, n. 2**	**»**	**Censuris Sedi Apostolicae reservatis;**
»	**2237, § 1, n. 3**	**»**	**poenis inhabilitatis ad beneficia**
»	**2265, § 2**	**»**	**nisi positus fuerit ab excommunicato vitando vel ab alio excommunicato post**

Ex aedibus Vaticanis die 17 mensis octobris anni 1917.

PETRUS Card. GASPARRI,
a Secretis Status.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 30 ottobre 1917, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con *V* intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati officiali e dei Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù del Venerabile Servo di Dio Antonio Maria Gianelli, Vescovo di Bobbio, fondatore dell' Istituto delle Figlie della Madonna dell'Orto.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre, in esecuzione del « Motu Proprio » *Cum Iuris Canonici* del 15 settembre p. p., si è benignamente degnato di istituire la Commissione Pontificia per l'interpretazione del Codice di Diritto Canonico, nominandone Presidente l'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Gasparri ed annoverando fra i componenti dell'anzidetta Commissione gli Emi e Revmi Signori Cardinali: Gaetano de Lai, Vescovo di Sabina; Basilio Pompilj, Vescovo di Velletri; Guglielmo Van Rossum, Gaetano Bisleti, Filippo Giustini e Michele Lega. v

Alla medesima Commissione Sua Santità ha assegnato come Segretario Monsignor Luigi Sincero e come Consultori i Monsignori: Benedetto Melata, Guglielmo Sebastianeiii, Serafino Many, Salvatore Luzio, Evaristo Lucidi, Carlo Salotti, Augusto Boudinhon; i Revmi Padri: Benedetto Ojetti d. C. d. G.; Pietro Bastien, dei Benedettini Cassinesi; Michele Sleutjes O. F. M.; Gioacchino da S. Simone Stock, dei Carmelitani ' Scalzi ; Pietro Vidal d. C. d. G. e il Revmo Don Dante Munerati, dei Salesiani di Don Bosco.

Parimenti con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare-

is *ottobre 1917.* L'Emo signor Cardinale Donato Sbarretti, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Misericordia di Denver.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

2 ottobre 1917. Mons. Giuseppe Pompili, Vicario Generale di Costantinopoli.

Prelati Domestici di S. S.:

19 luglio 1917. Mons. Carlo Piftoux, della diocesi di Porto Luigi.
25 agosto » Mons. Magno Niedermair, della diocesi di Augusta.
12 ottobre » Mons. Marco Mathieu, della diocesi di Orano.
13 » » Mons. Giacomo Gloven, della diocesi di Leeds.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 ottobre 1917. Al sig. Guglielmo Enrico Dunn, Lord Mayor di Londra.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 agosto 1917. Al sig. **caV.** Enrico Marrel, dell'archidiocesi di Lione.
19 ottobre » Al sig. Lidy Wassané Zémanel, Console di Etiopia ad Asmara.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 luglio 1917. Al sig. Ferdinando André, della diocesi di Porto Luigi.
10 ottobre » Al sig. Raimondo De Basterra y Zábala, già addetto all'Ambasciata di Spagna presso la S. Sede.
19 » » Al sig. Leone Robin, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Adriano Guitton, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Enrico Maitre, della diocesi di Digione.
20 » » Al sig. ing. Luigi Gulli, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Al sig. Antonio Pederzini, della medesima archidiocesi.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

13 ottobre 1917. Mons. Pietro Alesch.
» » » Mons. Giovanni Battista Grosso, dell'archidiocesi di Torino.

13 ottobre 1917. Mons. Vincenzo Chimenti, della diocesi di Cefalù.
» » » Mons. Roberto Guagnoni, dell'archidiocesi di Corfú.
» » » Mons. Giovanni D. V. Ruggero, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Francesco Maybaum, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Mons. Andrea Cesarano, dell'archidiocesi di Amalfi, promosso da Cameriere d'onore in abito paonazzo.
15 » » Mons. Elia Simorre, della diocesi di Costantina e Ippona.
» » » Mons. Pompeo Petroncini, della diocesi d'Imola.

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

13 ottobre 1917. Mons. Giovanni Castella e Marquet, della diocesi di Barbastro.

Cappellano d'onore extra urbem *di S. S.:*

20 ottobre 1917. Mons. Raffaele Gargiulo, della diocesi di Castellamare di Stabia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

13 ottobre 1917. Mons. Luigi Chiarelli, della diocesi di Ceneda.
» » » Mons. Gerardo Sprenger, della diocesi di Monastir.
». » » Mons. Enrico Jansen, dell'archidiocesi di Colonia.
16 » » Mons. Emanuele Gali Companioni, della diocesi di Cienfuegos.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

29 settembre 1917. Il sig. Conte Adriano Aloisi-Masella, promosso da Cameriere d'onore soprannumerario.

NECROLOGIO

Ottobre 1917. Mons. Alfonso Glorieux, Vescovo di Boise-City, Idaho (Stati Uniti d'America).
» » Mons. Giordano Zaninovic, dei Predicatori, Vescovo di Lesina.
> » Mons. Domenico Tàccone-Gallucci, Arcivescovo titolare di Costanza di Scizia, Assistente al Soglio Pontificio.

Annus IX - Vol. **IX** **Die** 1 **Decembris** 1917 **Num.** 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

MOTU PROPRIO

de ecclesia s. mariae angelorum in portiuncula apostolicae sedi immediate subiecta.

BENEDICTUS PP. XV

Decessor Noster fel. rec. Pius X, ob memoriam instituti septem ante saeculis Ordinis Fratrum Minorum, apostolicis litteris « Omnipotens ac misericors », die xi aprilis MCMIX datis, cum aedem S. Mariae Angelorum in Portiuncula ad Basilicae Patriarchalis et Capellae Papalis dignitatem ëveheret, eamdem cum continenti domo seu conventu Suae Suorumque successorum immediatae iurisdictioni subiecit. Iisdem in litteris S. Rituum Congregationi mandavit ut caeremoniarum codicem componeret de sollemnibus sacris ibi celebrandis « iuxta caeremonialém qui Patriarchalibus Basilicis de iure competit ». Eiusmodi nunc confecto codice et a Nobis approbato, reliquum est ut quae ad exercendam ibidem Pontificiam iurisdictionem pertinent, definiantur. Nos igitur Motu proprio eam ipsam iurisdictionem dilecto Filio Nostro Philippo tituli S. Angeli ad Forum piscarium Diacono Cardinali Giustini, ut Ordinis Fratrum Minorum apud Apostolicam Sedem Protettori, eiusque hoc in munere successoribus Cardinalibus delègamus. Quod si accidat ut Ordo Fratrum Minorum Cardinali Protectore careat, propterea quod eius protectionem id est singularem curam ipse sibi reservaverit Summus Pontifex, tum ad Basilicae S. Mariae Angelorum adiectique coenobii gubernationem Cardinalis Legatus a Pontifice eligetur. Cardinalis vero Protectoris vel Legati hac in re vicarius posthac erit Minister provinciae seraphicae

praepositus, salvo et incolumi Ministri Generalis iure. Quae autem hic statuta sunt, ea rata ac firma semper fore iubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxi mensis novembris MCMXVII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV

EPISTOLAE

AD R. P. FLAVIANÜM PRAT, EXEUNTE ANNO CENTESIMO AB INSTITUTA SODALITATE SS. CORDIUM IESU ET MARIAE, CUI PRAEPOSITUS EST.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Exorientem istam sodalitatem amplissimis laudibus decessor Noster f. r. Pius VII merito prosecutus est; eiusmodi enim, legifero patre praeeunte, actuosae caritatis documenta iam dederant sodales, ut difficile non esset futura Instituti documenta coniicere.

Nunc autem, centesimo appropinquante laetabilis eventus anniversario die, libenter Nos eas laudes iteramus; siquidem longe auctior ante oculos versatur religiosorum familia, eaque huius saeculi spatio clarissimis nobilitata factis, clericos conformando, pueros recte instituendo, pro salute animarum domi forisque atque in ipsis barbariae finibus elaborando. Idque eo libentius quod haec tanta in christianam societatem promerita non aliter quam Apostolicae huic Sedi obsequendo adeptos vos esse comperimus. Perseverate igitur in proposito ; non enim meliora sunt tempora quam cum, in summa rerum omnium perturbatione, Ecclesiae ac civitatis resarcire damna, praesertim in Gallia, tantopere contendistis. Nec vero ubertatem fructuum optimorum unquam desideramus, dum ardens et assiduus SSmae Eucharistiae cultus studia exacuerit vestrae caritatis.

Atque auspicem caelestium munerum Nostraeque erga vos propensissimae voluntatis testem, apostolicam benedictionem, tibi, dilecte fili, et omnibus quibus praees sodalibus amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxir mensis octobris MCMXVII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV.

II

AD RR. PP. DD. CAROLUM, ARCHIEPISCOPUM FIRMANUM, CETEROSQUE PICENI EPISCOPOS GRATIAS AGENS DE PIETATIS ADHAESIONISQUE TESTIMONIO, OCCASIONE ANNUI CONVENTUS REVERENTER EXHIBITO.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communes litterae, quas, Firmi nuper congregati, ad Nos dedistis, visae Nobis sunt haud exiguam habere significationem voluntatis vestrae. Ornastis enim Nos iudicii vestri testimonio et officiis eumulastis, quae pergrata habuimus, ut pergrata habere solemus ea omnia, quae fratrum ac filiorum redolent pietatem. Quid rescribendo potissimum persequatur, suggerit litterarum earumdem argumentum. Gratulati enim Nobis estis de promulgato nuper Codice Iuris Canonici et gratias egistis de iis apostolicae providentiae coeptis, quibus occurrere quodammodo contendimus hisce tantis huius belli calamitatibus. In utraque re habetis, venerabiles fratres, in quo Nobis probetis studia vestra. Indiget enim Ecclesiae disciplina, ad novas leges instaurandas, sollertia vigilantiaque praesertim episcoporum : ac piarum subsidia precum multum valent ad hoc, ut quae homines proposito sancto aggrediuntur, fecundet Deus gratiae suae auxilio, suaeque gloriae faciat inservire. At vero haec, quae amore magis quam necessitate impulsi scribenda ad vos duximus, vix innuisse sufficiat. Novimus enim virtutem vestram: novimus qua officii conscientia munera prosequimini pastoralis ministerii.

Auspex divinarum gratiarum Nostraeque testis benevolentiae sit interim apostolica benedictio, quam vobis omnibus, venerabiles fratres, et gregi unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxvn octobris MCMXVII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD RR. PP. DD. LUDOVICUM, ARCHIEPISCOPUM IANUENSEM, CETEROSQUE LIGURIAE EPISCOPOS, DE LITTERIS GRATIAS PERSOLVENS, QUAS, AD ANNUUM CONVENTUM CONGREGATI, OFFICIOSISSIME DEDERUNT.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Officia pietatis, quae Nobis attulerunt communes vestrae litterae, quo animo, quam libenti quamque grato acceperimus, vix dicto opus est. Scripsistis

enim congregati ea in urbe, in qua editi in lucem, Dei beneficio, sumus cuiusque memoria ac desiderio tantopere commovemur, deque iis acturi negotiis, quae et vobis et Nobis curae sunt maximae. Ab his potissimum argumentum sumeremus rescribentes, nisi perspectum haberemus eam vos commendare in regendo vigilantiam ac in providendo sollertiam, quae currentes incitare vetet. Hoc unum est a quo abstinere non sinunt tempora, hortari vos ut studia operamque vestram in id nunc maxime intendatis, ut traditi unicuique vestrum fideles, quae adversi casus huius turbulentissimae tempestatis praebent, recte aestimantibus, monita salutaria, nimirum ut deviam quisque corrigat vitam : ut ad percutientem se revertatur: ut Eum inquirat, quem misere dereliquit, ea et serio secum ipsi considerent et animose amplectantur.

Auspicem divinorum munerum Nostraeque testem benevolentiae,apostolicam benedictionem vobis omnibus, venerabiles fratres, clero populoque unicuique vestrum commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxvin octobris MCMXVII, Pontificatus nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD RR. PP. DD. FRANCISCUM, ARCHIEPISCOPUM CALARITANUM, CLETUM, ARCHIEPISCOPUM TÜRRITANUM CETEROSQUE SARDINIAE EPISCOPOS, AD ANNUUM COETUM CONGREGATOS, DE OPFICIOSIS COMMUNIBUS LITTERIS GRATIAS AGENS.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod anno nondum elapso, ex quo proxima comitia habuistis, eadem, superioribus diebus, vos iterum habuisse scribitis, agnoscimus diligentiam vestram. Gregis curam excubare assidue, utilia eidem providere, praecavere adversa, incommodis, si quae officiant, tempestive mederi,proprium est boni pastoris. Cui quidem laudi qui bona studet mente, animum videlicet sic instituendo, nihil ut ad seipsum referat, ipse sibi nihil arroget, a seipso exspectet nihil, omnia postulet a Deo, hunc quidem suum recte ministerium implere censemus: hunc perutilem Ecclesiae et Nobis navare operam. Quod vero Nobis gratulamini promulgatum nuper Codicem et iterata ad pacem hortamenta, pergratam habemus vestrae significationem voluntatis, quae nullum officii erga Nos studiique munus, aut tempus praetermittit. Ceterum Nobis, sive Codicem promulgantibus, sive pacem suadentibus, quae res, quae spes proposita fuerit, neminem

latere arbitramur, qui probe consideret ad Ecclesiae disciplinam restituendam et firmandam quanti intersit omnes in unum collectas habere •leges, quantaque iam in necessitate versemur voracem huius belli Hammam, quantocius exstinguendi.

De delatis officiis gratias vobis, venerabiles fratres, ut par est, habemus, Nostramque in vos atque in greges vestros benevolentiam testatam volumus apostolica benedictione, quam caelestium auspicem gratiarum, cum vobis, tum illis omnibus peramanter in Domino impertimus.:', • ;

Datum Romae, apud S. Petrum, die iv novembris MCMXVII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

• i

DECRETUM

DUO INSTITUUNTUR EPISCOPI INSPECTORES PRO SACERDOTIBUS ET CLERICIS IN FRANCORUM EXERCITU DEGENTIBUS.

Ut curae et regimini spirituali tot sacerdotum et clericorum, qui in Francorum exercitu aut militant aut capellanorum officio funguntur, plenius provideretur, SSmus D. N. Benedictus PP. XV hisce S. C. Consistorialis litteris deputat et eligit eorum Inspectores duos Rnios Episcopos, DD. Carolum Ruch et Gabrielem Llobet, cum potestate ordinaria sacerdotes omnes et Seminariorum alumnos, dum in exercitu manent, visitandi et in iis quae ad animarum regimen et curam pertinent dirigendi et gubernandi, tamquam proprii eorum Ordinarii, ad tramitem sacrorum canonum. Itaque Seminariorum alumni et sacerdotes universi qui in Francorum copiis, qualibet de causa, versantur, duobus memoratis lnspectoribus debitam reverentiam et obedientiam, in iis quae ad regimen et curam animarum pertinent, ex conscientia tamquam Ordinariis suis praestabunt.

Duo autem Rmi Inspectores inter se amice convenient circa modum munera sua partiendi. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis die 19 novembris 1917.

C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

S. C. Consistorialis decretis, Ssmus **D.** N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

30 octobris 1917. — Titulari episcopali ecclesiae Miletopolitanae praefecit R. D. Emmanuelem Bidwell, antistitem urbanum et parochum ad S. Mariae loci *Chelsea,* quem constituit Auxiliarem Emi ac Rmi Archiepiscopi Westmonasteriensis.

— Titulari episcopali ecclesiae Metellopolitanae R. D. Gulielmum Keatinge, capellanum militarem seniorem in exercitibus anglicis, quem deputavit Episcopum castrensem pro spirituali cura catholicorum qui in iisdem militant agminibus.

2 novembris. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Nacoliensi R. P. .D. Casimirum Ruszkiewiecz, iam episcopum titularem Berisensem, Auxiliarem Rmi Archiepiscopi Varsaviensis.

— Cathedrali ecclesiae Minscensi R. D. Sigismundum Lozinski, canonicum ecclesiae metropolitanae Mohiloviensis et in archiepiscopali seminario professorem.

3 novembris. — Cathedrali ecclesiae Clavarensi R. D. Amedeum Casabona, presbyterum archidioecesis Ianuensis et in Pontificio Seminario Romano Maiori ad Lateranum directorem spiritualem.

10 novembris. — Cathedrali ecclesiae Kerriensi et Aghadonensi R. D. Carolum O' Sullivan, decanum Capituli cathedralis et parochum loci *Trotee* in eadem dioecesi.

— Cathedralibus ecclesiis Cornetanae et Centumcellarum R. D. Lucam Piergiovanni, vicarium capitularem Pisaurensem et eiusdem Capituli cathedralis archidiaconum.

— Abbatiae Nullius Sublacensi R. D. Simonem Laurentium Salvi, e congregatione Cassinensi primitivae observantiae, abbatem regularem monasterii S. Scholasticae. •

13 novembris.— Titulari episcopali ecclesiae Nicopolitanae R. D. Ioannem Marcum Gannon, parochum S. Birgittae de Madville dioecesis Eriensis (S. U. A.), quem deputavit in Auxiliarem Rmi Episcopi Eriensis.

— Titulari episcopali ecclesiae Clazomensi R. P. D. Gregorium Castro O. M., hactenus episcopum Cuxhensem in Repub. Peruviana.

17 novembris. — Titulari episcopali ecclesiae Vagensi R. *B.* Ioannem Forbes, e Missionariis Africae.

17 novembris 1917. — Cathedrali ecclesiae Mandelensi R. D. Aloisium Ferretti, antistitem urbanum, canonicum cathedr. ecclesiae Ferrariensis.

26 novembris. — Cathedrali ecclesiae Pastopolitanae in Repub. Columbiana R. P. Antonium M. Pueyo de Val, e Congregatione Filiorum Immaculati Cordis Mariae.

'*27 novembris.* — Cathedrali ecclesiae Diniensi R. D. Iosephum Martel, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis.

S. CONGREGATIO DE PßOFiGrAM)A FIDE

NOMINATIO

Brevi Apostolico nominatus est:

15 novembris 1917. — *Coadiutor cum futura successione Vicarii Apostolici de Uganda,* R. P. Ioannes Forbes, e Congregatione Missionariorum Africae.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

TUNQUINEN.

DECRETUM INTRODUCTIONIS CAUSAE BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI IOSEPHI MARIAE DIAZ SANJURIO, EPISCOPI PLATEARÜM ET VICARII APOSTOLICI TUNQUINI CENTRALIS, MELCHIORIS GARCIA SAMPEDRO, EPISCOPI TRICOM1EN. EIUSDEM IN VICARIATU SUCCESSORIS, ORDINIS PRAEDICATORUM, ET ALIORUM PLURIMORUM, TUM EX EODEM PRAEDICATORUM ORDINE TUM SAECULARIUM, AB ANNO 1856 AD ANNUM 1862 IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, IN TUNQUINO INTEREMPTORUM.

In acerbissima illa contra catholicam Fidem insectatione, quae, medio saeculo decimonono, in Tunquino excitata fuit, innumerabiles Dei Servos, fortiter pro Christo certantes, exilia, carceres, cruciatus, mortem ipsam passos fuisse ex actis processualibus et documentis authenticis in hac causa exhibitis comperitur. Inter cetera extat libellus, auctori-

tate et mandato regis Tu-Duc, a supremo tribunali causarum capitalium typis datus, ad normam et usum tribunalium provinciarum, qui codex erat iudicibus impositus ad ferendas sententias adversus christifideles super asserta crimina et poenas eisdem respondentes. Decretum autem regium, anno 1854 editum, statuerat, ut in cunctis terris regio dominio subiectis christiana religio radicitus exstirparetur. Neque solum christianos afflictos, cruCiatos et damnatos, sed ipsas res sacras et religiosas, aedes, supellectiles, imagines et cruces eversas et destructas fuisse legimus. Impium et crudele spectaculum antiquis Neronianis, Decianis et Diocletianis persecutionibus consimile! In tam nefaria christiani nominis oppressione, quae, Tu-Duc rege, ab anno 1856 ad annum 1862 insaeviebat et in tanta heroum occumbentium multitudine, selecta quaedam se exhibet ac sistit numerosa et generosa phalanx quae ad dominicanam familiam plus minusve pertinet, quaeque constat e sodalibus, vel sacerdotibus, vel tertiariis, vel catechistis, vel de aliis plurimis fidelibus Cuiusvis aetatis, sexus et conditionis, qui, pastorum vestigia secuti, similem quoque passionem et gloriam obtinuerunt. Hisce enim omnibus, uti doctores et pastores maiores, praeibant Iosephus Maria Diaz Sanjurio, Platearum episcopus, in Tunquino centrali vicarius apostolicus, et Melchior Garcia Sampedro, episcopus Tricomiensis et eiusdem in Vicariatu successor, uterque Ordinis Praedicatorum decus et ornamentum. Plurium e praefatis Dei Famulis, ubi primum licuit, Vicarii Apostolici diligentes confecerunt informationes super probata virtute, constantia in fide et glorioso martyrio, easque litteris consignatas ad sacrum Ordinem christiano nomini propagando miserunt; quibus deinceps alia documenta adiecta sunt ab ipsis Vicariis Apostolicis exarata ante eorum necem. Quum, inspectis temporum, locorum rerumque difficultatibus, inquisitiones, ad normam iuris, institui non potuissent, instante Ordinis Praedicatorum et huius causae postulatore, Pius Papa IX, f. r., indulsit, ut exhibita documenta ordinariae inquisitionis loco haberentur, et de causa illorum Servorum Dei disceptaretur in singulari Sacrae rituum Congregationis coetu, audito in scriptis voto R. P. D. Promotoris Fidei. Hinc Fidei vindex Petrus Minetti, bo. me., anno 1869, rogatus ut, super dubio de signanda Commissione introductionis causae beatificationis seu declarationis martyrii nonaginta et octo Servorum Dei, suffragium suum scripto traderet, ipse plerosque e designatis Dei Famulis extra aleam controversiae posuit, de nonnullis vero uberiores probationes exquirendas esse dixit. Interim Vicarii Apostolici in variis Tunquini partibus, ordinaria auctoritate, condiderunt Romamque miserunt processiculus de martyrio plurimorum Christifidelium, qui, furente persecutione regis Tu-Duc, ab

anno 1856 ad annum 1862 pro ..catholicae Fidei professione, uti fertur, necati fuere. Quibus processiculis accesserunt additio nales inquisitiones annis 1893 et 1894, intra ambitum Vicariatus Tunquini Orientalis, Centralis et Septentrionalis, adornatae itemque Romam delatae. Hoc temporis intervallo octo martyres tunquinenses Ordinis Praedicatorum fastis beatorum adscripti sunt; nempe Franciscus Gii de Federich, Matthaeus Alonso Leziniana, Hyacinthus Castañeda et Vincentius Liem a Pace, sacerdotes missionarii, saeculo decimo octavo pro Christi fide interfecti, Hieronymus Hermosilla, episcopus Melipoletanus et vicarius apostolicus Tunquini Orientalis, Valentinus Berrio Ochoa, episcopus Centuriensis et vicarius apostolicus Tunquini centralis, eorumque Socii Petrus Almato, sacerdos missionarius Ordinis Praedicatorum, et Iosephus Khang, indigena tunquinensis, cathechista tertii ordinis Sancti Dominici. Praesens autem quaestio in aliud tempus opportunum remissa fuit. Nunc vero, amotis difficultatibus, prout omnium erat in votis, aditus factus est disceptationi de ineunda causa Tunquinensi beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei, ex Ordine Praedicatorum, Iosephi Mariae Diaz Sanjurio et Melchioris Garcia Sampedro, episcoporum et vicariorum apostolicorum Tunquini centralis, eorumque Sociorum, qui maxima pars fuerunt Tu-Duchianae insectationis. Quum de singulis hisce heroibus speciales notitiae in praesenti decreto describi nequeant, satis erit quaedam attingere de eorum ducibus, episcopis et vicariis apostolicis. - Et primus occurrit Iosephus Maria Diaz Sanjurio, qui in pago *Suego*, dioecesis Lucensis in Hispania, natus die 25 octobris anni 1818, a pueritia ita cum studiis pietatem coluit, ut duodennis prima tonsura initiatus fuerit. In seminario dioecesano philosophicis ac theologicis disciplinis et in Universitate Compostellana utrique iuri multa cum laude incubuit; Ad superiora charismata aspirans et a quibusdam vinculis solutus, praehabito prudentum consilio et Dei ope implorata, ad Ordinem Praedicatorum convolavit. In Oconiensi collegio habitum recepit et, peracto tyrocinio, ad professionem religiosam admissus est. Sacris ordinibus auctus, superiorum iussu primum insulas Philippinas petiit, inde ad? missiones Tunquini Centralis transiit. Illic iuventuti instituendae pro viribus adlaboravit et, in coadiutorem Vicarii Apostolici adlectus, paulo post eidem Vicario vita functo in missionum regimine, licet invitus, successit. Gregis sibi commissi custos, pastor ac defensor, nulli pepercit industriae ac labori; donec, exorta Tu-Duchiana persecutione, in pago *Bùi Chu* comprehensus et ad civitatem *Num Dinh* deductus, ibique accusatus et in carcerem coniectus, ad necem damnatus est. Praestat referre verba decreti quo rex Tu-Duc sententiam mortis confirmavit: « Cum falsa secta

Iesu a nobis nostrisque maioribus stricte rigoroseque prohibita semper fuerit, europaeusque nomine Ioseph An, praedictae sectae magister principalis, gentem nostram ut errores huiusmodi sequatur, seducturus, ingressus sit, cuius crimen clare et manifeste omnibus patet, iubemus et praecipimus, ut statim ac hae litterae recipiantur, caput ei abscindatur; in altum mittatur, ad ceterorum omnium cautionem et documentum, posteaque cum corpore in flumen proiiciatur, ut a nobis tantorum maiorum radix penitus auferatur et evellatur ». Per tres circiter menses episcopus Iosephus Maria, in vinculis manens, ad se accedentes filios et fratres apostolico zelo ad perseverantiam in fide et ad extremum pro Christo certamen viriliter sustinendum hortatur. Ipse autem, oratione; ieiunio et sacramentorum receptione ad mortem iam paratus, die undecima iulii anni 1857, hilari ac placido vultu, decretum regis audit atque orans Deo gratias agit. Ad supplicium adductus, carnifices alloquitur: « Rex et mandarini iubent ut hodie vos me interficiatis; sed ego triginta ligaturas vobis do, ut meum caput tribus ictibus amputetis; primum ictum peto ad agendum gratias Deo, qui me creavit et ad hoc perduxit regnum, ut hic gloriam suam praedicareni; secundum peto ad reddendas gratias parentibus meis carnalibus; et tertium peto ut eum tamquam testamentum ovibus meis relinquam ad exemplum ne formident, sed cupiant mei imitatores in morte esse et caelum scandere mereantur, ut ibi cum omnibus sanctis societatem aeternam possideant ac vivant in saecula saeculorum ». Hisce dictis Dei Famulus, quadam iucunditate perfusus, caput obtulit camitici, qui illud amputa vit et quidem usque ad tertium ictum. Anima herois in caelum evolavit, caput vero, in altum elatum, mox una cum corpore in flumen proiectum fuit. Piscatores de flumine caput extraxerunt illudque donarunt Mariae Ai, quae reverenter ad sacerdotem Tuam detulit, corpus autem nunquam reperire potuerunt. - Alter Dux ex nobili phalange fuit Melchior Garcia Sampedro, episcopus Tricomiensis et vicarius apostolicus Tunquini Centralis, qui cum adolescentibus familiaribus suis Dominico Tiep et Dominico Hien passus est. Hic Dei Famulus, in oppido S. Petri de Arroto, Asturiensis provinciae, in Iberico regno, natus, a piis honestisque parentibus, civili et **Christiana** institutione imbuitur. Absolutis in Ovetensi ephebeo theologicis studiis, christianae perfectionis desiderio permotus, Oconiense collegium Ordinis Praedicatorum ingredi petiit; ibique, libenter exceptus, tyrocinio peracto votisque nuncupatis, ad Philippinas insulas, praesidum iussu, transmeavit. Inde, quum ad missiones inter infideles obeundas esset inclinatus, voti compos effectus, ad illas destinatur quae sodalibus S. Dominici concreditae fuerant in Tunquino Imperio, quo Melchior appulit

anno 1849. Illic Dei Famulus Provincialis et magistri generalis Vicarii munia gessit. Platearum Episcopo Iosepho Mariae Sanjurio, Tunquini Centralis Vicario Apostolico, adiutor cum futura successione renuntiatus, deinceps in locum defuncti suffectus est. Temporibus illis Ecclesiae catholicae valde infensis, Melchior Garcia Sampedro, episcopus Tricomiensis, constanti animo et invicta fortitudine Vicariatum Tunquini Centralis rexit ac -gubemav.it. Vertente anno 1858, dum in pago *Hienlao* versabatur, a militibus irrumpentibus et pagum obsidentibus captus cum praedictis suis familiaribus, ad principem urbem deducitur arctisque vinculis adstrictus et in carcere detentus a militum cohorte custoditur. Adveniente die 38 iulii, Dei Famulus eiusque familiares per vim é carcere abrepti, cruciati et capite damnati, supremam horam placide expectant. Duobus Sociis, qui a Melchiore postremam absolutionem et benedictionem receperant, e medio per necem sublatis, carnifices in Episcopum irruunt. Eius cruribus manibusque abscissis, morientis et dulcissimum nomen Iesu invocantis caput quindecim ictibus amputatila Immolata hostia, Deo acceptissima, carnifices, dissecto ventre abstrahunt fel et iecur, corpus -tritaque membra in foveam iam paratam deiiciunt, caput autem et iecur ad varias urbis portas antea suspensa, postridie in mare submergunt. Huius Servi Dei eiusque familiarium panni sanguine aspersi in veneratione a christianis haberi coeperunt, uti tabulae processuales et ipse Praesul Valentinus Berrio-Ochoa, qui deinceps pro Christo necatus est, plane testantur. - Quod attinet vero ad praesentem causam numerus eorum qui Tu-Duchianae persecutionis victimae fuere et quorum acta colligi potuerunt, ascendit ad mille septingentos et ultra, in quatuor classes, iuxta valorem testationum distributos, omnis conditionis, sexus et aetatis, inter quos adnumerantur praefati duo Episcopi Vicarii Apostolici et quinquaginta quatuor sacerdotes, tam saeculares quam regulares ex Ordine Praedicatorum. - Itaque, quum omnia in promptu sint, instante Rmo P. Ludoyico Iosepho Fanfani, Ordinis Praedicatorum postulatore generali, attentis litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum cum respectivo clero et Vicariorum Apostolicorum cum missionariis et christifidelibus Missionum Tunquinensium aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Ioannes Cagherò, huius causae Ponens seu Relator, in Ordinario sacrorum rituum Congregationis coetu particulari subsignata die ad Vaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et sacra eadem Congregatio, post relationem ipsius

Emi Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, omnibus accurate discussis ac perpensis ita rescribendum censuit: *Signandam esse, si Sanctissimo placuerit, Commissionem introductionis causae mille quadrigentorum et duorum Servorum Dei, primae et secundae classis, qui in separato elencho recensentur.* Quoad alios biscentum sexaginta et unum tertiae classis, eadem sacra Congregatio rescripsit: *Dilata et coadiuventur probationes ;* ceteris vero quartae classis expunctis. Die 13 novembris 1917.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua resolutiones eiusdem Sacri Consilii ratas habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis causae beatificationis seu declarationis martyrii praedictorum MCDii Servorum Dei primae et secundae classis ; scilicet Iosephi Mariae Diaz Sanjurio et Melchioris Garcia Sampedro, episcoporum et vicariorum apostolicorum Tunquini Centralis, et Sociorum. Die 14, eisdem mense et anno.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Pro-Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

- V -

MASSILIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DUR-BARATT

Benedicto PP. XVfeliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno tertio, die 30 aprilis anni 1917, RR. PP, DD. Guilelmus Sebastianelli, Decanus, Ponens, *Maximus Massimi et Iulius Grazioli, Auditores de turno, in causa* Massilien.-Nullitatis matrimonii, *inter* Henricam Dor, *repraesentatam per legitimum procuratorem Nazarenum Ferrata, advocatum, et* Alfridum Barat, *interveniente et disceptante in causa Rev. Substituto Defensoris Vinculi ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

in Ecclesia parochiali S. Benedicti, vulgo *Saint-Menet,* dioecesis Massilien., die 5 septembris 1895 Henrica Dor vigesimum tertium suae aetatis annum agens matrimonium contraxit cum Aifrido Barat. Cum autem in sponsa plena defuisset libertas, nuptiae haud felicem exitum habuere; vita enim coniugalis discordiis fuit agitata, pluries interrupta et anno 1908 plene dissociata per sententiam divortii civilis. Post tres annos Henrica, quae iam alteri viro adhaeserat, conscientiae suae satisfacere cupiens, libellum obtulit Curiae Massiiiensi, ut eius cum Aifrido matrimonium nullum declararetur ex capite vis et metus. At iudices Massilienses die 20 iunii 1913 iudicarunt non constare de matrimonii nullitate, a qua sententia actrix ad H. S. Auditorium provocavit, petens eodem tempore novam et supplet!vam inquisitionem. Hac rite peracta, die 23 ianuarii curr. anni sententia prodiit Henricae favorabilis. Interposita autem, prouti de iure, appellatione a Revmo vinculi Defensore, hodie iterum, atque iterum, causa disceptanda proponitur sub consueta formula dubii: *An sententia rotalis diei 23 ianuarii 1917 sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Ius quod spectat. - Patres dixerunt certissimum esse, iure saltem canonico, matrimonium initum sub influxu metus gravis, iniusti, extrinseci, et directi ad extorquendum consensum esse nullum; cap. 14, 25,

tit. *De sponsal. et matrim.* Quod dicendum quoque est de metu, qui ex reverentia ei debita, cui quis subest, originem ducit, unde reverentialis appellatur. Verificatur hic metus in subdito respectu superioris, in filia respectu matris, patris ac fratris maioris tum praecipue, cum hic munus gerit patrisfamilias. Huiusmodi autem mentis trepidatio, si sola adsit, absque alio adminiculo, tamquam levis censetur et insufficiens ad invi-tandos actus sub eius influxu positos: cap. *Quamvis,* tit. *De pactis,* in VI. Secus autem-dicendum, quando metus reverentialis est qualificatus; i. e. quando metus aliis copulatur adiunctis; v. g. iurgiis, increpationibus, minis, precibus importunis, ac diuturnis, etc. Nec accessorium est, ut omnia recensita adiuncta verificentur: sufficit enim ut constet metui adiunctas fuisse preces instantes ac repetitas, et persuasiones diuturnas atque importunas. « Preces (ait Pirhing, lib. IV, tit. I, § 5, num. 119) «importunae, ac saepius repetitae, etsi non solae, coniunctae tamen « cum metu reverentiali personae rogantis et moleste instantis inferunt « metum cadentem in virum constantem, ideoque sufficiunt ad infe- « rendum metum ». Conferri possunt etiam Schmalgr., lib. I, tit. 40, n. o; Reiffenstuel, lib. I, tit. 40, § 4, n. 24 et inter recentiores Wernz¿ tom. IV, n. 264, Gasparri, *De matrim.,* vol. II, num. 942 tertiae ed. aliique. Eamdem sententiam tenuit Rota in dec. 870, n. 7 c. Emerix. « Suasiones « et preces habentur loco eompulsionis et coactionis et ingerunt metum « cadentem in constantem virum ». Et in alia dec. 326, n. 13 c. Ludo-visio. « Huiusmodi persuasiones importunae, quando sumus in persona, «cui debetur reverentia, iustum metum constituunt et vim coactionis « habent ». Ratio est, quia si ille, in cuius potestate sumus, et cum quo familiarem habemus consuetudinem, diuturnas et importunas adhibet preces, in patientis animo certissima suasio oritur Superioris odii et indignationis diu vel semper duraturae, quod malum grave est.

Ad probandum metum sufficiunt duo testes omni exceptione maio-res, etiamsi alii de libera deponunt voluntate; ratio est, quia isti depo-nunt de actu interno soli Deo cognito, illi vero de actu externo et sensu perceptibili. Testibus autem omnibus praeferendi sunt, qui metum incus-serunt, quia testantur de facto proprio.

Modo ad factum. - In primis Patres adnotare voluerunt, quod, exi-stente repugnantia et animi aversione, libertas arcetur et violentia prae-sumitur. Hoc tenuit Rota in decisi 326, c. Ludovisio, et tradit Cosci, *De separ. thori,* lib. I, cap. 2, n. 54, scribens: « Ex parte mulieris per « testes dicitur probatus metus si deponant... de ipsius aversione erga « coniugem ante et post matrimonium ». Iamvero Henricam animum

adversum constanter habuisse in Alfridum acta testantur :« Ma fille (ait « mater actricis in secunda depositione) disait que Mr Barat ne lui pfai- « sait pas, qu'il ne lui était pas sympathique, et qu'elle ne voulait pas « se marier ». Et Paulus Dor: « Elle manifesta sa repulsion de la façon « la plus formelle, et elle déclara clairement à Mr Barat qu'elle n'en « voulait pas. Elle évitait de se trouver seule avec lui, ce qui manifestait « encore son antipathie à son égard ». Eadem habet Anna Paul nata Vitalis: « Elle (Henrica) était refractaire à ce mariage » et confirmat Fridericus Segond his verbis: « J'ai été témoin des'tristesses de la jeune « fille pendant ses fiançailles et lorsque je lui en demandais les raisons, « elle me repondait évasivement en me disant, qu'elle craignait, qu'elle « avait peur de se marier avec un homme qu'elle connaissait très peu « et dont le caractère léger et violent lui faisait peur ».

Haec repugnantia perduravit usque ad matrimonii celebrationem. Etenim diebus immediate matrimonium antecedentibus, cum cognovisset Henrica inhonestos sui sponsi amores, hanc arripuit occasionem insistendi precibus, apud matrem, ut tractatus matrimonii abrumperentur. Immo post ipsum contractum civilem, novum habens argumentum de corruptis Alfridi moribus: « Ce fut pour ma sœur (deponit Paulus Dor) « l'occasion de manifester de nouveau son refus formel de contracter ce « mariage, et dans une scène violente elle nous déclara que le mariage « civil ayant eu lieu, l'affaire d'argent était réglée, mais qu'elle ne vou- « lait pas aller plus avant, et contracter le mariage religieux». Et idem testis interrogatus a iudice: « Est-il vrai que_____.votre sœur refusa « toujours, n'acceptant pas ce mariage,: qu'elle détestait, mais le subis- « sant brisée par les résistances, allant à l'Eglise en victime et complè- « tement désespérée et forcée? » reposuit: « Oui, tout cela est vrai ».

Hac existente aversione, nil mirum quod Henrica Ecclesiam ingressa ad ritum religiosum explendum copiosas effunderet lacrymas: « Elle a «pleuré et sangloté tout le temps » ait Paulus Dor et mater: « Elle n'a «fait que sangloter tout le temps de la célébration à tel point que le « prêtre me disait après la cérémonie », etc. Lacrymae pariter et singulus adfuere in ipso momento, quo sponsa suum debebat consensum proferre. Hoc actrix fatetur in sua prima depositione ad .10: « Au « jour du mariage devant le prêtre, qui m'a demandé le consentement, « non seulement je n'ai pas donné le consentement intérieur, mais même « extérieurement je n'ai pas dit " Oui „ et n'ai répondu que. par un « sanglot ». Quod confirmat mater: «.Au moment que le prêtre lui « demandait son consentement, elle pleurait tellement que personne n'a « pas entendu le " Oui „ ». Et Fridericus Segond: « Au moment, où le

«prêtre lui demandait son consentement, Mlle Henriette Dor répondit « par un sanglot, je ne pus entendre le " Oui „ sacramentel, et j'en fis « part le soir même à ma femme ». .

Inito matrimonio, non cessavit aversio Henricae in Alfridum. Per totam enim diem matrimonii sponsa: « était très triste », ait V. Giraud. Iter nuptiale cum sponso arripere nolebat, coacta a viro matrimonium consummavit; continua erant inter coniuges iurgia et contentiones, ita ut haud semel fuerit cohabitatio interrupta. Tandem, instituta de facto an. 1906 separatione inter sponsos, post duos annos petitum et obtentum fuit divortium civile. Haec omnia ex actis evincuntur.

Nec desideratur causa aversi animi Henricae in virum. Aifridus enim Barat nec suis dotibus, nec sua agendi ratione is erat, qui Henricae animum sibi allicere poterat; nam mater ait Alfridi « extérieur *m* « lui était pas entièrement favorable » et Fridericus Segond: « J'ai rare- « ment vu un homme (Alfridum) ayant moins de sens moral».

Secundo loco acta non solum praesumptivam, sed etiam positivam et directam nobis exhibent coactionis probationem. Qua in re animadvertendum ante omnia est Henricam, antequam matrimonium contraheret, subiectam fuisse non solum matri, sed etiam fratri, qui, mortuo^ patre « étant le fils aîné, et de plus faisant vivre toute la famille par « (son) travail » habebatur uti caput familiae, quod testatur mater his verbis: « Mon mari en mourant avait confié (Paulo), le soin de tous, et « nous l'avons toujours considéré depuis lors comme le chef de famille ». Quando ergo ex parte coniugum Paul propositum fuit ditissimi Alfridi cum Henrica matrimonium, mater et frater Henricae, sive ut se liberaren! ab angustiis pecuniariis, inter quas versabantur, uti legitur in sententia appellata, sive ut possint «améliorer la situation pécuniaire » uti asserit A. Barat, totis viribus egerunt, ut aversum Henricae animum flecterent ad propositas nuptias ineundas. Quaenam autem media adhibuerint tabulae processuales nos docent. Et primo mater in sua prima depositione haec habet: « J'ai cherché à prendre son cœur, en essayant « de lui faire comprendre que cette union pouvait faire le bonheur de « la famille et que s'obstinant dans son refus, elle pouvait au contraire « nous rendre malheureux. C'est une pression morale que j'ai employé « en la gourmandant parfois ». Et in secundo interrogatorio: « Ce que « je peux dire, c'est que j'ai usé de tout mon pouvoir de mère pour «amener ma fille à une union, que j'estimais très avantageuse, et à « laquelle, me semblait-it, un simple caprice l'empêchait de se prêter ... « J'ai insisté auprès de ma fille perpétuellement, et de telle manière «que je ne lui laissais plus de liberté d'esprit. Je lui disais que si

«elle refusait cette union, qui me semblait de nature à nous sauver «tous, elle ne mériterait plus d'être considérée comme de la famille, « elle ne serait plus ma fille ». Frater vero : « Nous ne lui avons «pas donné de coups. Mais .....nous nous sommes efforcés de la con- « vaincre qu'il fallait absolument faire ce mariage. Je l'ai menacée **9** « comme étant le chef de famille de lui supprimer les subsides, si elle « refusait, c'est une pression morale et de chaque jour, que nous avons «employé». Allatas depositiones confirmant testes de visu. Ita fridericus Segond: «J'ai été témoin de la pression exercée sur elle par la «famille». Ang. tandem Barat: «J'ai personnellement assisté à des « conversations entre le frère et la sœur, dans lesquelles le frère mani- « f estait **i** un caractère violent et autoritaire, même emporté ». Quae verba consona sunt responsioni matris Henricae ad 4 in suppletiva inquisitione: » Il y a eu (ait) plusieurs scènes extrêmement violentes « entre ma fille d'une part, moi et mon fils aîné de l'autre ».

Testibus de visu accedunt testes ex auditu. Sic Mathildis Dor: « Je «l'ai su après le mariage, combien elle avait été pressée par sa mère « et par son frère ». Pariter Maria Ronchetti interrogata a iudice: « Quel « genre de contrainte ou de violence a-t-elle (Henrica) subi? », reposuit: «C'était une contrainte morale d'après ce qu'elle me disait: puisque « d'après son dire son frère et sa mère la poussaient pour des ques- « tions pécuniaires, ce mariage étant d'après eux obligatoire pour sortir « de leur situation. Et elle m'ajoutait: " Mais je ne me marierai pas, «je ne m'en sens pas la force, et je préférerais travailler „ ». Et Eugenia Paret: « Mr Barat était riche, et Mme Dor mère a forcé sa fille à faire «ce mariage. Sa mère la grondait tous les jours parce qu'elle ne vou- « lait pas ce mariage, et Mlle Dor me disait: "Ma mère ne voit pas « qu'elle peut faire mon malheur, car ce n'est pas pour un jour qu'on «se marie,,. Elle m'a souvent manifesté de la sorte sa repulsion pour « ce mariage ». Similia habent L. Thibaud et Aloysia Dor Gauthier. Iamvero, omisso etiam quod malum grave pro unoquoque, maxime pro puella, sit privari pecuniario subsidióla suis despici et derelinqui, ac veluti causam haberi, ex qua grave damnum familiae obveniat, ambigendum non est in casu adfuisse preces et suasiones importunas, continuas et diuturnas, quae iuxta ea, quae supra in iure exposuimus, praetergrediuntur limites simplicium et licitarum suasionum, quibus parentes uti possunt ad filios suadendos, et metum reverentialem gravem constituunt.

Quod evidens fit, si matris, eiusque filii indoles attendatur: « Quant « à sa mère, testatur Petrus Thibaud, elle m'a fait l'impression d'une «personne très capable d'imposer sa volonté ». Et Leonia pariter Thi-

baud: «Je dois dire que c'est une personne très autoritaire et vio-« lente ». Eadem habet Aloysia Dor Gauthier: « Ma mère était auto-« ritaire et violente, mon' frère aussi ». Petrus tandem Ribera : « Sa « mère et son frère rn'ont paru avoir un caractère plutôt autoritaire, « surtout la mère, que je connus davantage ». Ex adverso indoles Henricae a testibus describitur debilis. Mater enim dicit filiam habuisse « une nature très faible, et très bonne, et c'est là-dessus que je comp-« tais pour qué ma pression morale agisse sur elle ». Quod confirmat A. Dor: « Ma sœur était d'un caractère à se laisser faire ». Et Iulius Maillet: « La jeune fille était plutôt timide ». Neque refert quod Henrica matrimonium contraxerit in vigesimo tertio suae aetatis anno constituta. Quamvis enim in genere mulieres praefatam aetatem habentes facile pressuras contemnere possunt, praesumptio tamen cedere debet veritati, si testes omni exceptione maiores, uti in nostra specie, contrarium deponant.

Una remanet solvenda difficultas proposita a solerti Defensoris vinculi Substituto contra suppletivam inquisitionem, quam incivilem appellat ex doctrina tradita a ci. Santi in lib. II, tit. XX. Verum praeter quamquod in nova instructione novi producti fuerunt testes et novi propositi articuli, sufficiat adnotare instructionem peractam fuisse auctoritate H. S. Auditorii, consentiente Riño Vinculi Defensore, qui voluit ut actrix, mater, frater, aliique testes iterum excuterentur super quaestionibus, quas ipse propria manu exaravit.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, ad propositum dubium respondemus *affirmative* ad I partem; *negative* ad II.

Ita dicimus, decernimus ac sententiamus mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam SS. Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De ref.*, Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 30 aprilis 1917.

Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, *Ponens.*
Maximus Massimi.
Iulius Grazioli.

Ex Cancellaria, 30 maii 1917.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

PLAGENTINA

IURIUM

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno tertio, die 31 maii 1917, RE. PP. DD. Petrus Rossetti, Ponens, *Raphael Ghimenti et Maximus Massimi, Auditores de Turno, in causa* Piacentina - Iurium *inter* Rev. Dominum Aemilium Stevani *appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, et* Rev. Dnum Caesarem Antonietti *appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Nazarenum Patrizi, interveniente et disceptante in causa R. Promotore Iustitiae, sequentem protulerunt definitivam sententiam.*

Praepositura parochialis ecclesiae S. Antonini M., quae Placentiae, post Cathedralem Ecclesiam, principem locum tenet, sacerdoti Aemilio Stevani fuit concredita, cum sacerdos Antonietti canonici honorarii munere iam in ea fungeretur, confessarius etiam et cappellanus deputatus. Utriusque sacerdotis tale non erat ingenium, ut amico foedere simul possent uniri et cum consensu in domo Dei ambulare: ille enim, quae sui muneris erant, exequi exoptabat cum plena et independenti libertate, observationes sibi contrarias nolens admittere; iste, econtra, censoris partes sibi quandoque vindicabat, quoad ecclesiae regimen Praepositi carpens agendi rationem. Quare brevi factum est, ut praepositus Stevani nedum praesidi Fabricae'consilium expresserit excludendi a congressibus sacerdotem Antonietti, sed etiam huic directe nuntiavit, se in posterum in eius locum sacerdotem alium recepturum, qui et missam celebraret, et sacras functiones perageret: « È mio fermo proposito di sostituire a V. S. Revma un altro sacerdote nell'applicazione « della Messa ora detta da lei a S. Antonino, e di non usare per l'avvenire dell'opera di V. S. in tutte le funzioni istituite dalla Fabbriceria, « ed in quelle ancora celebrate a conto di privati » (Litt. 7 iulii 1913). Quod aliis in litteris diei 11 eiusdem mensis et anni, magis magisque confirmavit.

Inde inter ipsos ortae sunt contestationes, quae cum componi non potuerint, duplici iudicio, de iniuriis uni, alteri de iuribus, coram Ordi-

nario dioecesano praebuerunt occasionem. In utroque iudicio contendentium iura fuerunt definita; sed, quae in iudicio de iniuriis die 5 maii 1915 prodiit sententia, rei iudicatae auctoritatem obtinuit; at non item quae lata fuit in iudicio de iuribus. Hoc in iudicio cum praepositus Stevani aegre ferret, .sacerdotem Antonietti in sua ecclesia sacram ministerium exercere, petiit, ab eo probari ius sibi competere ad illud, ut posset illum removere si in probatione defecisset «Il sottoscritto istituisce col « presente atto formale giudizio innanzi a questo Revmo Tribunale dio- « cesano, perchè FAntonietti provi il suo diritto, che egli dice di pos- « sedere, in forza di disposizioni di Mons. Scalabrini, di ritenere, indi- « pendentemente e contro la volontà del parroco, le mansioni, di cui « sopra. In caso contrario si domanda, che venga espressamente rico- « nosciuto il diritto del sottoscritto di rimuovere l'Antonietti ». Verum sententia inde orta praeposito actori fuit adversa, qui ideo H. S. T. legitime appellavit, et in hodierno turno quaestio proposita resolvenda disceptatur sub formula dubiorum:

I. - *An Sacerdoti Antonietti ius sit, independenter a praeposito parocho, in ecclesia S. Antonini fidelium confessiones excipiendi, sacraque peragendi pro legatis paroeciae adnexis, ut in memoriali diei 10 martii1914.*

Quatenus negative:

II. - *An praepositus parochus ius habeat eumdem sacerdotem dimittendi in casu.*

Ius quod attinet. - Sunt certe parochis nonnulla iura: at non ita absoluta, ut nulli sint obnoxia limitationi seu restrictioni; ipsi enim episcoporum subsunt iurisdictioni, qui eorumdem, aliorumque rectorum ecclesiarum totius dioecesis regimen moderantur. Enimvero « episcopus « solus (ait Thomassinus *Vetus et nova Ecclesiae Disciplina,* vol. I, p. I, « 1. % c. 10, n. 10) pastor est primus et princeps ovilis in tota dioecesi « sparsi, et a Deo sibi commissi. Eius ideo *unius* est pastores subsidiarios « accersere, et alios aliis sui gregis partibus praeticere, sive parochos « instituat, sive poenitentiarios creet, sive confessarios deleget ». Quod etiam accuratius D'Annibale *(Sum. Theolog. Mor.,* vol. I, cap. III, art II, n. 98) docet: «Uti in partem sollicitudinis R. P. vocati sunt episcopi « iure divino, ita in partem sollicitudinis episcoporum vocati sunt parochi « iure canonico. His igitur, quasi vicariis episcopi, credita est animarum « cura ». Quamobrem in potestate episcoporum est, ea, quae sunt parochorum, gerere sive per se, sive per alium, quotiescumque ipsis videbitur, dummodo nihil eis detrahat, ex reditibus sive certis, sive incertis, obventionibus et id genus ceteris. Quemadmodum ergo Romanus

Pontifex sua utitur potestate in universa Ecclesia, et in hoc ab episcopis est independens, ita episcopi iurisdictionem exercent in tota dioecesi sine dependentia a parochis.

ideo possunt episcopi, etiam absolute et independenter a parochis, aliisque ecclesiarum rectoribus, in quibus sunt audiendae confessiones, stricto iure confessarios destinare. « Parochi frustra repugnant (scribit « Ferraris, *Bïbl. Can. Iur.*, V, *Parochus,* art. III, n. 70) si episcopus dederit « confessario facultatem audiendi confessiones suorum dioecesanorum. « Confessarius enim, qui absolutam facultatem obtinuit ab episcopo « audiendi confessiones in alterius parochia *independenter* a voluntate « et consensu parochi, non indiget de rigore iuris, sed solum ex quadam « aequitate, consensu parochi. Et ratio est quia singuli parochiani sunt « subditi episcopo tamquam pastori universali omnium, etiam ipsorum « parochorum; episcopus enim habet absolutam iurisdictionem in tota «sua dioecesi *independenter* a parochis, et potest, *ipsis invitis,* saluti «suarum ovium, prout melius sibi videbitur expedire, consulere ». Hoc idem docet Bonacina, tom. I, *de Poenit. Sacr.*, disp. 5, qu. 7, punct. 4, § 1, n. 17; Suarez, disp. 17; La Croix, lib. 6, p. 2, num. 1523. *Stricto* inquam *iure;* episcopi enim *de facto,* nisi aliter circumstantiae suadeant, ordinario confessarios delegant cum clausola, *de licentia seu cum consensu parochi vel rectoris ecclesiae;* idque ut debitus servetur ordo, et obsequium ex quadam aequitate parocho vel ecclesiae rectori praestetur (Genicot, *Theol. Mor.*, vol. II, n. 321), non vero ex necessitate; adeo ut, hac etiam licentia non obtenta, confessarius *valide* confessiones recipiat (Bonacina, 1. c, n. 18). Sic universalis fert consuetudo (Marc, *Inst. Alphons.*, vol. 2, p. 274).

Possunt etiam episcopi hac eadem ratione legatorum implementum, aliasque sacras functiones clericis sibi bene visis committere. Ait Pitonius *(Discep. Eccles.*, tom. 1, Discept. 17, n. 2) : « Episcopus habet ius «eligendi, seu providendi et deputandi clericos in ecclesiis non nume- « ratis, tam cathedralibus, quam collegiatis, et aliis inferioribus» et Wernz (vol, II, p. II, n. 828) scribit: « Episcopus non prohibetur quo- « minus, etiam *invitis parochis, tum* moderatione quadam, aliis sacerdo- « ti bus functiones sacras *in parochia* peragendas deleget ». Hoc docet etiam Berardi *(Ius Gan. Univ.*, tom. I, diss. IV, c. 3).

Attamen parochis competit quaedam externa potestas administrativa, quae licet vera perfectaque iurisdictio fori externi non sit, tamen est potestas quaedam *oeconomica* vel *domestica* in parochiam ut societatem imperfectam, quae praeter iurisdictionem fori poenitentialis, administrationem quoque externam habet adnexam (Wernz, *Ius Decret.*, vol. II,

n. 828; Giraldi, *Additam, ad Barò. De Paroc.,* tom. **I,** c. 16, n. 3; **S.** Alph., *Theol. Mor.,* lib. III, 228 et 1032; Rota, in *Cameracen.,* 27 ianuarii 1914 c. Lega). Ex quo sequitur, omnes, qui servitio parochialis ecclesiae quocumque modo sunt addicti, licet ab episcopo delegati, teneri ad leges servandas, quas parochus, cum episcopi approbatione (Wernz, l.c, n. 756, II b), statuendas censuerit pro recta paroeciae administratione et spirituali bono animarum. In hoc non censentur episcopi parochorum potestati derogare et proinde, hoc sub respectu, praesumuntur voluisse, clericos a se directe deputatos a parochis pendere, ne ordo •turbetur, et scandala vel contentiones oriantur.

Quod ad factum spectat. - Cum in casu de independentia quaeritur Sacerdotis Antonietti, in sacris muneribus obeundis, a praeposito Stevani, hoc sensu quaestio retinetur proposita, an ius ad ea exercenda in Basilica S. Antonii sit illi quaesitum *directe* ab episcopi mandato, ut constat ex actu citationis; hic enim, cum potestatem habeat a parochi potestate independentem, per suam delegationem et ius constituit independens, quin parochus huic se opponere valeat: at non ideo concessa intelligitur independentia a praepositi Stevani potestate administrativa, cui sacerdos Antonietti subiicitur, cum de iuris exercitio agitur.

Hoc posito, canonicis honorariis, nonnisi nomina et iura honorifica una cum stallo in choro competunt (Wernz, II, n. 777, VI): et ideo omni vi probandi caret argumentum, quod oriri praetenditur ex titulo canonici honorarii sacerdoti Antonietti collato. Nihil impedit quominus, de episcopi mandato, etiam canonicis honorariis nonnulla incumbant onera ab ipsis fideliter implenda; sed hoc ex titulo extrinseco et a canonicali diverso ac distincto oritur (Gennari, *Consultazioni Canoniche,* Cons. XII, n. 2). Quare in casu, potiusquam a titulo canonici honorarii, aliunde est petenda probatio; idque licet canonici honorarii in Basilica S. Antonini fuerint creati ut « ministerio abolito canonicorum titularium « ministerium proprium sufficiant », et sacerdos Antonietti fuerit renuntiatus canonicus « ut collapsurus ecclesiae cultus consistere et soli- « dari possit »; quod enim sit ministerium per canonicos honorarios substituendum ministerio abolito canonicorum titularium; quis sit in specie cultus collapsurus per electionem canonici Antonietti in Basilica servandus, nos latet, et ideo chorale servitium dumtaxat ab episcopo volitum potest intelligi et retineri.

Actoris intentioni documentum respondet a vicario generali Piacentino sub die 20 martii 1915 relaxatum: «Debitamente autorizzato, « dichiara il sottoscritto, nella miglior forma, che il m. rev. sac. Anto-

« nietti D. Cesare, allorquando dal compianto Mons. Vescovo Scaïabrini « fu eletto canonico onorario della Basilica di S. Antonio in Piacenza, « venne addetto alla Basilica stessa coll'incarico di esercitare in essa il « sacerdotale ministero, particolarmente in ordine alle sacramentali cou- « fessioni dei fedeli, e colle stesse mansioni, che ebbe in suo vivente il « canonico Casella. Attesta pure e dichiara lo scrivente, che il pre- « detto m. rev. sig. can. Antonietti è stato confermato in tutte le sue «mansioni ed attribuzioni anche da S. E. Rev. Mons. nostro Vescovo «sino dalla sua venuta in diocesi». Hoc ipsum praeposito Stevani idem vicarius generalis iam pandiderat in suis Litteris diei 12 iulii 1913 ad eum missis: «In realtà consta a questa Curia dell'incarico dato dal «compianto Vescovo Mons, Scaïabrini al predetto can. Antonietti di « celebrare in codesta Basilica, e di ascoltare le confessioni dei fedeli; « incarico che sempre gli venne mantenuto e riconosciuto, e che attual- « mente è autorizzato ad esercitare ».

Cum ergo sacerdos Antonietti, praeposito Costa instante, fuit renuntiatus canonicus honorarius in Basilica S. Antonini, voluit Episcopus Scaïabrini ut ipse sacrum etiam ministerium in ea exerceret, praeter chori servitium; et ideo, praeter titulum canonici honorarii, ei commisit etiam munus fidelium confessiones in Basilica excipiendi, missas pro legatis paroeciae adnexis celebrandi, aliasque sacras functiones peragendi. Hoc vel actor ipse concedit; sed addit, in casu agi de simplici facultate concessa, sicut ordinario concedi solet, non vero affirmari, *verum ius* fuisse constitutum: « le parole è *autorizzato ad eser- « citare* altro non importarlo per se stesse che una facoltà concessa « dall'Autorità, ma *senza nessun diritto* di fronte al parroco della chiesa: « come quando si dà la facoltà di celebrare o confessare ad un sacer- « dote qualunque... sebbene si usino le parole " è autorizzato „ non si « intende dare *il diritto* di confessare e celebrare in una chiesa senza « il consenso o beneplacito dei rettore di questa chiesa : che pertanto «rimane libero di ammetterlo o meno». Sed frustra hoc praepositus observat, qui in sua sententia decipitur. Nam munia praefata ab ipso praeposito Costa, cui onus incumbebat providendi ecclesiae servitio propter suam administrativam potestatem, canonico Antonietti, qui erat confessarius in dioecesi approbatus, concedi potuissent; quin Epi* scopi implorare! opem. Sed defacto intervenit episcopus, qui ideo aliquid aliud certe voluit, quod praepositus non potuisset concedere. Voluit, scilicet, assignare canonico Antonietti officium praedicta munia in Basilica peragendi. Et revera ei assignavit officium, c|uod antea canonico Casella fuerat assignatum, cum iisdem iuribus et oneribus:

ita enim legitur in alio documento Curiae Placentinae, dato sub die 21 maii 1917: « Morto il canonico Casella nell'ottobre 1902, dal prefato « Mons. Vescovo Scalabrini venne nominato, nell'ottobre stesso anno, a « sostituire il Casella come canonico onorario, il Rev. D. Cesare Anto- « nietti cogli stessi " obblighi e diritti „ in detta chiesa di S. Antonino ». Iamvero Rev. Casella non erat tantum canonicus honorarius, sed habuit etiam speciale mandatum et officium exercendi sacrum ministerium in Basilica S. Antonini, cuius gratia stipendium quoque recepit: « A chiun- « que appartenga si attesta », legitur in mox citato documento, « constare « a questa Curia, che il Rev. D. Gherardo Casella, nominato canonico « onorario della Basilica di S. Antonio di questa Città, con Decreto « Vescovile 5 maggio 1880, venne IN SEGUITO dal compianto Vescovo « Mons. Giovanni Battista Scalabrini *espressamente incaricato, oltre che « ad assistere alle sacre funzioni, ad ascoltare in modo speciale le con- « fessioni* dei fedeli nella Basilica stessa, assegnandogli per tali man- « sioni l'annua fissa retribuzione di lire italiane *seicento* ». Cum ergo Gerardus Casella esset iam canonicus honorarius, per subsequentem actum, et a canonicali titulo distinctum, fuit etiam constitutus Basilicae eapellanus cum iuribus et oneribus determinatis; et consequenter hoc idem est retinendum canonico Antonietti fuisse concessum; adeo ut cum et ipse iam esset canonicus honorarius, mandatum quoque et offi- cium cappellani per distinctum actum obtinuerit cum facultate audiendi fidelium confessiones, aliaque peragendi, quae antecessor Casella exer- cuerat, et cum iure stipendium recipiendi intuitu huius muneris assi- gnatum: « Venne nominato ... a sostituire il Casella come canonico ono- « rario il Rev. D. Cesare Antonietti cogli "stessi obblighi e diritti „ in « detta chiesa di S. Antonino, quantunque riceva come assegno [41] una « somma minore „ cioè lire quattrocento annue, e l'Antonietti fu pure, «come il Casella, incaricato a celebrare la messa in S. Antonino per i « legati della Chiesa ».

Praedictis ergo documentis attentis, constat aperte de Episcopi dele- gatione canonico Antonietti data, controversa munia in Basilica S. Anto- nini rite obeundi, ex quo ius ortum habuit a praeposito parocho inde- pendens ; is enim est valor delegationis Superioris, ut consensu inferioris non indigeat. Ambigi vero nequit, documentorum Placentinae Curiae plurimi faciendam esse auctoritatem, quae ideo in iudicium plenam faciunt probationem, quoadusque contrarium certo non constet. Docu- menta enim in actis exhibita sunt quidem instrumenta privata, eum non sint a publico notario et cum legitimis solemnitatibus confecta, sed sunt instrumenta ***authentica,*** cum a vicario generali scripta, ***authen-***

tico sigillo-'Curiae, seu episcopi, sint munita, quae publico instrumento, *quoad vim probandi,* aequivalent ex cap. 1 et *% De fid. instrum.,* et ex Novella 49, cap. % § %

Dicere non relevat, ut Actoris patronus observat, Episcopum Placentinum, cuius nomine et mandato vicarius generalis praefata documenta dedit, testem qualificatum in casu non posse retineri, cum, de Antecessoris sui facto loquutus, scientiae suae originem non assignaverit. Cum enim munia, quae documenta continent, Curiae constare dixisset: « *Consta* a questa Curia dell'incarico dato dal compianto vescovo « Mons. Scaïabrini. Si attesta *constare* a questa Curia » etc. *ex actis* Curiae id afformatum fuisse praesumitur, nisi probetur contrarium cap. *Mandata,* 6, *de praesumpta,* cap. *Semel maius, 8, de regul. Iur.,* in 6; et non obstat, haec acta *in specie* non fuisse declarata; maxime si attendatur, in casu hoc ex prudenti consilio forte contigisse. Quare fides vicario generali non est detrectanda cum de iis testatur, quae vel tempore remoto in Curia acta sunt. Sed insuper vicarius generalis non de uno R. P. Scaïabrini facto testatur, sed testatur etiam de facto delegationis, quae actu est « incarico, che sempre gli venne mantenuto e riconosciuto, « e che *attualmente è autorizzato ad esercitare* ». Et siquidem in persona vicarii generalis retineri velit Episcopus loquutus, documentum de facto proprio testatur, cum ea sit mens Episcopi ut can. Antonietti controversa munia iure obeat in Basilica, idque vel a primo ingressu in Placentinam Sedem: « è stato confermato in tutte lé sue mansioni e attri- « buzioni da S. E. Rev. Mons. nostro Vescovo sin dalla sua venuta in « Diocesi » ; et ideo iniuria prorsus asseritur, vicarii generalis testimonium sine cognitione causae fuisse prolatum. Quare vicarius generalis, contrariis expositis non obstantibus, testis qualificatus est retinendus qui omnimodam meretur fidem et plenam in iudicio facit probationem ; et consequenter RR. PP. petitionem reiiciunt ab actoris patrono in actis exhibitam, qua praetendit, documenta produci quibus illius innititur testimonium: salva eidem procuratori facultate probandi concludenter, falsum sive ex dolo sive ob errorem fuisse testificatum.

Neque dicatur, hac Episcopi agendi ratione admissa, iura praepositi parochi fuisse violata. Nam primo, ut optime observat Pirhing (lib. I, tit. 31, n. 148): « Non infertur praeiudicium nisi alicui subtrahatur quod « in favorem eius institutum est: iurisdictio autem, praesertim fori interni, « non datur in favorem pastorum, sed subditorum. Ergo si superiores « praelati, videlicet episcopi, ea quae iurisdictionis sunt, committunt « aliis, quia ita expedire videtur ad salutem plebis, et gloriam Dei, nuL « lum fit praeiudicium inferioribus praelatis, aut rectoribus » (S. Thomas,

3 pars, in supplem. qu. 8, art. 5, ad. 1). Sed, insuper, ius audiendi confessiones non competit Parocho privative respectu ad alios, etiam tempore paschali comprehenso, ut apud omnes convenit. Ideo S. G. EE. et RR. die 3 aprilis 1584 statuit, parochos prohibere non posse sacerdotes etiam saeculares ab episcopo approbatos sive simpliciter, sive pro tota Dioecesi, sive pro eorum paroecia, ne • confessiones audiant in parochia (Maupied, *Iuris Canonici universi compendium,* vol. 1, p. 1416). Sic etiam ad praepositum in casu non pertinet missarum celebratio pro legatis paroeciae adnexis, neque pertinent nonnullae aliae religiosae functiones; haec enim operae parochiali incumbunt, quae est a praeposito parocho independens, licet hic sit eius membrum et simplex consiliarius, quaeque Episcopi est subiecta iurisdictioni. Unde parochialium iurium laesio non concipitur; haec enim suo caret obiecto. Caeterum, cum Episcopi delegatio ius contulerit canonico Antonietti determinata munia in Basilica obeundi, quin illum a praepositi parochi administrativa potestate subtraxerit, ex una parte episcopus legitime usus est sua potestate, et ex altera praepositi parochi iura sarta tectaque manent. Ideo corruunt quae in contrarium sunt exposita.

Nunc vero, cum canonicus Antonietti ius possideat, independenter a Parocho, sacrum ministerium in Basilica exercendi; cumque ideo a Praeposito eo privari non possit, nihil refert inquirere an praepositus Stevani legitimam causam habeat illum dimittendi. Quare quae ad hoc in suppletiva instructione, plus quam par ßit et etiam sinat christiana caritas, fuerunt collecta perpendi non debent, et ideo sine examine RR. PP. dimittunt. Quod si canonicus Antonietti in suo munere defecerit, et potestatem praepositi administrativam aliquo modo violaverit, patet recursus ad episcopum qui vel illum in officio continebit, vel pro modo culpae providebit, et etiam, si casus ferat, ab Ecclesiae servitio removebit. Parochi enim non habent fori externi iurisdictionem; ideoque nequeunt, ne ad abusus quidem tollendos, leges ferre poenasque decernere. Hinc si externo adiumento ipsis opus est, debent recurrere ad episcopum (Marc, *Institutiones Alphonsianae,* vol. I, n. 144. Cfr. Conc. Trid., sess. 24, t. I, *De reform.).*

Hisce omnibus in iure et in facto rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, dicimus, declaramus et definitive sententiamus propositis dubiis respondentes: Ad 1m *Affirmative.* Ad 2m *Provisum in primo:* proindeque sententiam Curiae Placentinae confirmamus et pro confirmata ab omnibus haberi declaramus,

statuentes insuper expensas compensatas inter partes, illis exceptis quae ex actis résultant debitae Cancellariae Nostri S. Tribunalis, quae omnes uni praeposito Stevani incumbunt.

Ita pronunciamus et definitive sententiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 8, sess. XXV, Conc. Trid., *De ref.*, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae in Sede Tribunalis die 31 maii 1917.

Petrus Rossetti, *Ponens.*
Raphael Chimenti.
Maximus Massimi.

L. $ S.

Ex Cancellaria, die 6 iunii 1917.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. P. M. A. JANVIER, O. P., PE SOCIETATE QUAE NUNCUPATUR « CORPORATION DES PUBLICISTES CHRÉTIENS ».

Mon Révérend Père,

Le Saint-Père a pris connaissance du projet de programme de la « Corporation des publicistes chrétiens », que Vous avez bien voulu me transmettre par Votre lettre en date du 23 octobre courant.

Je suis heureux de Vous annoncer que Sa Sainteté a pleinement approuvé les dispositions de ce programme, de la réalisation duquel Elle attend de bienfaisants résultats pour l'Eglise et la société. Le Souverain Pontife a daigné me charger en même temps de Vous envoyer, ainsi qu'à tous les membres de la Corporation, la bénédiction apostolique, comme gage de Sa bienveillance paternelle et des grâces abondantes qu'il implore pour le succès de cette belle œuvre.

En me faisant l'agréable devoir d'être l'interprète de ces Augustes sentiments, je saisis l'occasion pour y ajouter de mon côté mes vœux les plus chaleureux pour le rapide progrès et les meilleurs résultats de cette noble initiative et vous renouveler, mon Révérend Père, l'hommage de mon entier dévouement en Notre-Seigneur.

Rome, le 31 octobre 1917.

P. CARD. GASPARRI.

MONITUM

In emendationum *Codicis Iuris Canonici* indiculo, pag. 557 horum *Actorum* edito, legendum erat:

« Can. 1252, § 4 *legatur:* cessat, excepto festo tempore Quadragesimae, nec pervigilia ».

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 13 novembre 1917, nel palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti Ordinaria *Particolare,* nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, insieme coi Rmi Prelati officiali, hanno discusso e dato il loro votó sopra la Introduzione della Causa di beatificazione, ossia dichiarazione del martirio dei Servi di Dio Giuseppe Maria Diaz Sanjurio, Vescovo tit. di Platea e Vicario Apostolico del Tonchino Centrale, Melchiorre Garcia Sampedro, Vescovo tit. di Tricornia e successore del suddetto in quel Vicariato, ambedue dell'Ordine dei Predicatori, e di moltissimi compagni, parte dello stesso Ordine e parte secolari, uccisi dall'anno 1856 a tutto il 1862 nel Tonchino, come si asserisce, in odio alla Fede.

PENITENZIERIA APOSTOLICA

NOMINA

Con Biglietto dell'Emo Signor Cardinale Penitenziere Maggiore il Santo Padre si è degnato di nominare:

21 novembre 1917. Mons. Salvatore Luzio, professore di Diritto Canonico nel Pontificio Seminario Romano, *Canonista della Sacra Penitenzieria Apostolica,*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, in data 29 novembre, la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di nominare Segretario della nuova Sacra Congregazione *pro Ecclesia Orientali* l'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicolò Marini, e di eleggere á componenti la medesima gli Eoli e Revmi Signori Cardinali: Vincenzo Vannutelli, Antonio Vico, Raffaele Merry del Val, Pietro Gasparri, Domenico Serafini, Andrea Frühwirth, Raffaele Scapinelli di Lèguigno, Michele Lega, Aidano Gasquet.

La stessa Santità Sua si è degnata di nominare Assessore della medesima S. Congregazione ITllmo e Revmo Monsignor Isaia Papadopoulos, Vescovo titolare di Grazianopoli, e Consultori: S. E. Mons. Ignazio Rahmani, Patriarca Siro; S. E. Mons. Ladislao Zaleski, Patriarca latino d'Antiochia; grillali e Rmi: Mons. Vincenzo Sardi, Arcivescovo di Cesarea di Palestina; Mons. Luigi Petit, Arcivescovo di Atene; Mons. Maurizio Landrieux, Vescovo di Digione; Mons. Camillo Laurenti; Mons. Girolamo Rolleri; Mons. Renato Graffin; Mons. Giulio Tiberghien; e i Rmi: P.Giovanni Torossian, Procuratore Generale dei Mechitaristi; P. Antonio Delpuch, Vice-Procuratore dei Missionari d'Africa (Padri Bianchi) ; P. Abate Gabriele Cardani.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

16 novembre 1917. L'Emo Signor Cardinale Raffaele Merry "del Val, *Protettore dell' Istituto delle Ancelle del Sacro Cuore e della Vergine Immacolata, di Siviglia.*

17 » » L'Emo Signor Cardinale Raffaele Scapinelli di Lèguigno, *Membro della S. Congregazione dei Religiosi.*

28 » » L'Emo Signor Cardinale Filippo Giustini, *Protettore dell'Istituto « Réunion au Sacré-Cœur de Jésus » di Bordeaux.*

» » » L'Emo Signor Cardinale Aidano Gasquet, *Archivista della Santa Sede.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

13 novembre 1917. Mons. Giuseppe Pellicer-Guin, dell'archidiocesi di Saragozza.
20 » » Mons. Antonio Filippo Kremer, della diocesi di La Crosse.

Prelati Domestici di S. S..

25 giugno 1917. Mons. Patrizio Lorenzo Duffy, della diocesi di Charleston.
9 agosto Mons. Pietro Christ, della diocesi di Scranton.
25 » Mons. Magno Niedermair, della diocesi di Augsburg.
3 novembre Mons. Angelo Rotta, canonico coadiutore della Basilica Vaticana.
Mons. Amedeo Piccinini, dell'archidiocesi di Modena.
6 Mons. Paolo Giobbe, Rettore del Collegio Urbano di Propaganda.
10 Mons. Giovanni Fernandez Limones, dell'archid. di Valenza.
13 Mons. Robustiano Carra y Ladron de Guevara, dell'archidiocesi di Saragozza.
14 » Mons. Carlo A. O'Hearn, Rettore del Collegio Americano degli Stati Uniti.
Mons. Arturo Hinsley, Rettore del Collegio Inglese.
Mons. Orazio Mann, Rettore del Collegio Beda.
18 Mons. Carlo I. Weber, della diocesi di Superior.
Mons. Giuseppe F. Mueller, della medesima diocesi.
Möns. Giovanni A. Barney, della medesima diocesi.
20 Mons. Vincenzo La Puma, sottosegretario della S. C. dei Religiosi.
26 » Mons. Armando Mignon, della diocesi di Blois.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine Piano con Placca:

15 novembre 1917. A S. E. il signor Ministro Michele Gavrilovitch, già delegato del Governo Serbo presso la Santa Sede.

La Commenda dell'Ordine Piano:

*22 novembre 1917** Al sig. Bartolomeo Teeling, Cameriere segreto di Spada e Cappa soprannumerario.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 novembre 1917. Al sig. dott. Eulogio Romero, già Presidente del Consiglio dei Ministri nel Perù.

La Commenda dell'Ordirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 agosto 1917. Al sig. cav. Enrico Marrel, dell'archidiocesi di Lione.
10 novembre » Al sig. avv. Antonio Manaresi, dell'archidiocesi di Bologna.
19 » » Al sig. Giuseppe Luigi Goyoaga y Escario, della diocesi di Vittoria.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

8 novembre 1917. Al sig. Giorgio Horton, già Console degli Stati Uniti a Smirne.
9 » » Al sig. Renato Paturel, della diocesi di Saint-Brieuc.
» » » Al sig. Francesco Perrio,, della medesima diocesi.
» *24* » Al sig. Alfonso Gérard, della diocesi di Blois.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

5 novembre 1917. Mons. Giuseppe Sanfeliu Giver, dell'archidiocesi di Valenza.
15 » » Mons. Ferdinando Cento, della diocesi di Macerata.
19 » » Mons. Riccardo Fortis, dell'archidiocesi di Torino.

Cameriere d'onore in àbito paonazzo di S. S.:

16 ottobre 1917. Mons. Francesco Giovanni Enrico Boex, della diocesi di Bois-le-Duc.

Cappellano Segreto di S. S.:

14 novembre 1917. Mons. Alberto Piermattei, della diocesi di Montefiascone.

NECROLOGIO

26 ottobre 1917. Mons. Giovanni Antonio Hofman, vescovo tit. di Telmesso ed ex-vic. ap. di Ghan-sì Meridionale in Cina.
3 novembre 1917. Mons. Gioachino Bertrán y Asensio, vescovo di Avila.

INDEX GENERALIS RERUM

(ANN. IX — VOL. IX)

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRAE CONGREGATIONES

TRIBUNALIA

OFFICIA

INDEX DOCUMENTORUM
CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I. - ACTA BENEDICTI PP. XV

ANNO	MENSE	DIE	
1917	Iul.		*Cum ex Apostolico mimer e.* - Decernitur Wilcanniensem dioecesim, additis sex districtibus paroecialibus a dioecesi Bathurstensi disiunctis, nomen posthac assumere Wilcannia-Forbes, eiusque episcopum residere alternos in civitate Bröken-Hill et in civitate Forbes per sex anni menses . . . .
	Oct.		*Saluberrimo sane proposito.* - Sodalitas Sacratissimi Cordis Iesu pro piandis animabus in purgatorio igne detentis, quae in novo templo eiusdem tituli Romae sedem habet, erigitur in Archisodalitatem et indulgentiis ac privilegiis augetur . . . .

V. - EPISTOLAE.

ANNO	MENSE	DIE	
1916	Maii		*Votre touchante supplique.* - Ad R. P. Emmanuelem Bailly, magistrum generalem Ordinis Augustiniani a B. V. Maria sideribus recepta: ob plura et praeclara merita Societatis « de Nôtre-Dame de salut » gratulatur, quam idem Ordo condidit atque etiam nunc naviter moderatur. . . . .
	Aug.		*Nous avons pris connaissance.* - Ad R. P. Henricum Le Floch, Pontificii Seminarii Gallici in Urbe moderatorem, de eius opere cui titulus « Les élites sociales et le sacerdoce » gratulabundus . . . .
	Oct.		*Pietà profonda di padre.* - Ad Iacobum card. Gibbons, archiep. Baltimorensem, operam commendans Comitatus ad adiuvandos miseros Belgarum pueros instituti, decem millia libellarum pro eisdem mittit
	Dec.	17	*Scribendi ad vos.* - Ad Antonium card. Mendes Bello, patriarcham Lisbonensem, ceterosque Lusitaniae archiepiscopos atque episcopos, de communibus litteris obsequii plenis gratias agens . . . . . .
			Mentes animosque. - Ad R. fratrem Stratonicum, centesimo exeunte anno ex quo Institutum, cui praeest, Parvorum Fratrum Mariae conditum est . . . .
			Administrationem Apostolicam Luganensem. - Ad R. P. D. Alfredum Peri-Morosini, episcopum tit. Arcensem, cui facultatem facit munere abdicandi administrationis apostolicae Luganensis ecclesiae.
1917	Ian.	10	*Communi vestra epistola.* - Ad Ioannem S. R. E. Presb. Card. Csernoch, archiepiscopum Strigoniensium, ceterosque Hungariae archiepiscopos, de filialis venerationis testimonio .per communes litteras ab iisdem praesulibus, annuum conventum celebraturis, obsequenter exhibito, gratias persolvens . . . . .
			Probe Nos quidem. - Ad R. P. Alexium Mariam Lépicier, Ord. Servorum B. M. V. priorem generalem, . eius tractatum theologicum de Sanctissima Eucharistia dilaudans . . . .

IV. - ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS.

ITI

INDEX ANALYTICUS RERUM NOTARILIUM

A

B

C

I-J

• . : K . • ••

R

' IV

INDEX PERSONARUM

B

D

E-

G

N

It

S

T

NONUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « *Acta Apostolicae Sedis* »

ABSOLVITUR DIE 30 DEC. 1917. - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS